

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Totius Latinitatis lexicon

secundum tertiam editionem, ..., correctum et auctum labore variorum

**Forcellini, Egidio**

**Schneebergae, 1831**

E

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1620](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1620)

Cum duce Cumaea fallit sermone laborem. Flor. 4. 11. Prima dux fugae regina. Stat. Th. 4, 778. Dux tarda. Et ib. 12, 226. vesana. P Ducis et mari et terra dicuntur a Nep. Aristid. 2. et Timoth. 2. Διασκευαστες, ii scil. populi, ex quibus in bellis Graecia comparatis. P In re militari minus est quam imperator. Hic enim est, quem penes summa belli et auspicia sunt: ille potest dux dici, quamvis ab imperatore secundus. Cic. Off. 3, 26. a med. Atilius Regulus cum in Africa ex insidiis captus esset, duce Xanthippo Lacedaemone, imperatore autem patre Annibalis Hamilcare.

DY

DYAS, adis, f. numerus binarius, δυας. Macr. Somn. Scip. 1, 6 et 12. et Augustin. Conf. 4, 15. DYMAEL, orum, m. plur. Δυμαίος, populi Achaiae, quorum urbs Dyme, Romanorum colonia. Cic. Att. 16, 1, Plin. 4, 5, 6.

DYMANTIS, idis, f. Δυμαντις, Hecuba Dymantis filia, secundum Homer., ut Hyg. fab. 111. et Serv. ad Virg. A. 7, 320. docent. Ov. Met. 13, 620. Ergo alius, latrasse Dymantida, flebile visum.

\*DYMAS, antis, m. Δυμας, pater Hecubae, quae inde Dymantis dicta. V. Dymantis. Hygin. fab. 91 et 111. Ov. Her. 11, 762. P Fuit et Dymas Sogdianae fluvius. Ammian. 23, 26. Verum male (ait Cellarius) Ptolemaeum expressit, ideoque notatus est a Volesio p. 379. Est cognomen Romanum. Inscr. ap. Fabrett. p. 225. n. 598. Fausto C. Maecenatis Dymantis liberto. F. et B. A.

\*DYME, es, f. vel Dymae, arum, Δυμη, Achaiae, oppidum. Dyme est Plin. 4, 5. Dymae autem Liv. 27, 31. 32, 21. et 38, 29. P Hinc Dymaeus, a, um, ut Dymaeus ager ap. Liv. 27, 31. B. A.

DYNAMIS, is, f. δυναμις. Pl. Ps. 1, 2, 77. Quosvis amatores olivi dynamin habent maximam, h. e. vim, seu copiam. V. OLIVINA. P Ab arithmetiis vocatur dynamis numerus quadratus: cur vero, ipsos consule. Arnob. 2, p. 60. Percontare, quid sit cubus, aut dynamis, etc. Capell. 2, p. 26. potestatem vocat: Itali dicunt la potenza. V. POTESTAS. P [Dynamis, inis est cognomen Romanum. Inscr. ap. Donat. 330, 10. Ti. Julius Augustianus cum Dynamine filia sua. F.]

[DYNAMUS, i, m. potens, validus: a δυναμω, possum. Est cognomen Romanum. Inscr. ap. Maff. Mus. Ver. 288, 5. Ulpianus Dynamus. F.]

DYNASTES et Dynasta, ae, m. δυναστής, qui dominatum in aliquo loco habet, princeps, dominus, regulus: intellige apud externas nationes; a δυναμω, possum. Dicitur autem videtur proprie de iis, qui non tam amplam habent ditionem, ut reges appellari mereantur. Cic. Phil. 11, 12. Ceteri reges, tetrarchae, dynastaeque. Caes. B. C. 3, 3. Magnam imperatam regibus omnibus, et dynastis, et tetrarchis pecuniam exegerat. Nep. Ages. 7. Munera ei ab regibus, et dynastis, civitatibusque conferrentur. Id. Dat. 2. Thyus dynastes Paphlagoniae, regi dicto audiens non erat. Id. ib. 3. hunc eundem Thyum nobilem regem appellat: ex quo apparet, dynastae nomine regem quoque significari posse.

[DYNATE, es, f. δυνατή, potens. Est cognomen Romanum. Inscr. ap. Grut. 619, 5. Coelia Dynate. F.]

DYOTA. V. DIOTA.

\*DYRASPE, Scythiae fluvius. Ov. Pont. 4, 10, 53 et 610. B. A.

\*DYRIS, is, Δυρίς, nomen quo montem Atlantem incolae vocabant. Plin. 5, 1. Mox amnem, quem vocat Fut, ab eo ad Dyrin: hoc enim Atlanti nomen esse, eorum lingua convenit. Strab. 17. Οτι το εν Μαγοναρία όρος, τον Ατλαντα Ελληνιστι καλομενον, οι βαρβαροι Δυρι καλοουσι. P Scribitur et Diris, minus bene. B. A.

DYRRACHINUS, a, um, adj., ad Dyrrachium, nunc Durazzo, pertinens: quod est oppidum Macedoniae cum portu ad mare Adriacum, colonia Romanorum. Plin. 3, 23, 26. [Cic. Fam. 14, 1. Mela 2, 3. Liv. 29, 12. et 42, 48.] P Dicitur a Catull. 36, 15. Adriae taberna, quia ex Macedonia in Italiam transeuntibus, vel contra, diversorium erat commodissimum. P Dyrrachini, orum, sunt ejus urbis cives. Cic. Att. 3, 22. P Legitur et Dyrracheni. Paul. Dig. 50, 15, 8.

\*DYSCELADOS, i, f. insula maris Hadriatici. Mela 2, 7. med. B. A.

[DYSCOLIUS, ii, m. videtur idem esse ac dyscolus. Est nomen proprium in Inscr. ap. Murat. 566, 1., ubi tamen Dyscolius legitur. F.]

\*DYSCOLUS, a, um, adj. δυσκολος, difficilis, morosus. Vulg. Petr. 1, 2, 18. Laudatur et Boethius. Exstat haec vox in Not. Tir. p. 163., ubi tamen mendose discolis legitur. F. et B. A.

\*DYSCRASIA, ae, f. δυσκρασία, prava corporis temperies. Macr. Sat. 7, 10. B. A.

DYSENTERIA, ae, f. morbus intestinorum, quae exculcerata sanguinem reddunt, torminibusque excruciant. V. Cels. 4, 15., qui tamen Graece usurpat, ut et Cic. Fam. 7, 26., est enim a δὲς, male,

et ἔντερον, intestinum. Latine Plin. 28, 9, 33. Si urat dysenteria. Id. 26, 8, 28. Aizoi succus alvum sistit, et dysenterias.

[DYSENTERICUS, a, um, adj. idem ac dysentericus. Not. Tir. p. 180. Dysenteria, dysenteriacus. F.]

DYSENTERICUS, a, um, adj. δυσεντερικος, ad dysenteriam pertinens. Pallad. 3, 31. Dysenterica passio. P Item qui dysenteria laborat. Plin. 22, 24, 55. Mel datur in sorbitione dysentericis. Adde Scrib. Comp. 85.

DYSEROS, otis, m. δυσερος, infelix in amore. Graeca vox a δὲς, male, et ἔρως, amor. Auson. epigr. 92, 1. Suasisti, Venus, ecce, duas dyseros ut amarem.

\*DYSOSMUS, i, δυσοςμος. Ita vocatur scordium male olens. Appul. de herb. 70. B. A.

DYSPEPSIA, ae, f. δυσπεψία, aegra et difficilis ciborum concoctio, cruditas: a δὲς, male, et πέψω, coquo. Cato R. R. 127. Ad dyspepsiam et stranguriam mederi malum punicum.

DYSPHORICUS, a, um, adj. δυσφορικος, infelix: item male patiens. Firmic. Math. 8, 12. Dysphorici ac miseri infeliter moriuntur.

DYSPNOEA, ae, f. δυσπνοία, spirandi difficultas. Plin. 26, 7, 19. Dyspnoeae medetur centaurium majus. Id. 23, 4, 47. Balsaminum unguentum dispnoeas lenit.

DYSPNOICUS, a, um, adj. qui dyspnoea laborat. Plin. 24, 6, 14. Ammoniacum prodest dyspnoicis, pleuriticis, etc.

DYSPROPHERON, δυσπροφάρον, vitium sermonis, cum voces dictu asperae adhibentur, ut persuasitrices, praestigiatrices, atque inductrices tigres. Ita Capell. 5, p. 167. Est autem Graeca vox, a δὲς, male, et προφήω, profero.

DYSCRIA, ae, f. δυσκρία, difficultas et suppressio urinae: a δὲς, quod notat difficultatem, et ὄρον, urina. Cic. Graecis litteris scripsit Att. 10, 16. At Latinis Coel. Aur. Tard. 5, 4.

DYSCRICUS, a, um, [et DYSURICUS, a, um, δυσουρικος. Cic. Fam. 7, 26. ubi Graecis litteris scribendum. B. A.] adj. qui dysuria laborat. Firmic. Math. 8. Dysentericos, pleuriticos, hydropicos, dysuricos.

E

E Quinta Latinorum littera, et inter vocales secunda, [quam, ut ait Mart. Cap. 3, p. 58. spiritus facit, lingua paululum pressiore] a veteribus interdum pro i usurpata fuit, ut here pro heri, Vergilius, Deana pro Virgilius, Diana etc. [De pronuntiatione hujus vocalis haec habet Cic. Or. 3, 12. Quare Cotta noster, cujus tu illa lata ... nonnunquam imitaris, ut iota litteram tollas, et E plenissimum dicas, non mihi oratores antiquos, sed messorios videtur imitari. Quae ita intelligunt interpp.: Cottam verbi gratia filium ut filium pronuntiasse, e vero ita dilatasse, ut ae diphthongum aequaret, baene pro bene dicendo. Equidem ita accipio: in nonnullis vocibus Cotta rusticorum more i sustulit et ejus loco plenissimum e substituit. Varro R. R. 1, 2, 14. Rustici etiam nunc quoque viam veam appellant et vellam, non villam. Quint. 1, 4, 17. Quid? non e loco i fuit? ut Menerva, Leber et Magester. Id. 9, 4, 34. E plenior littera est, I angustior. P In lapidibus nonnunquam ita exaratur II, ut FHICIT, pro fecit, BIINII MIIRINTII pro Bene merenti. Vid. Ind. Grut. 19. Lit. II. P Porro tenendum, saepe librarios e pro i substituisse in Graecis vocabulis, velut in Not. Tir. p. 21. Paraclitum, Mathematicum 80. Ephimeris 124. Sirapis 135. V. Munck. ad Hygin. p. 341.] Transit in quibusdam verbis in a, ut reor, ratus sum: in quibusdam in o, ut tego, toga. P Variam fuisse rationem pronuntiandi per e, et per ae, satis testatur Varro, qui L. L. 6, 5. scribit, alios dixisse scaeptrum, alios sceptrum, partim faenus, partim fenus. Posterioribus tamen temporibus haec pronuntiandi ratio penitus amissa est. Hinc apud auctores quosdam infimae Latinitatis non solum e pro ae scribebatur, sed etiam corripiebatur, ut heresis apud Prudent., et erumna ap. Paulin. etc. V. suis locis. [Vid. exempla apud Munck. ad Hygin. fab. 223. p. 341. P Saepe permutantur a librariis e et ae. V. Munck. ad Mythogr. vet. p. 816. e et i. Drak. ad Liv. 9, 24, 10. e et i. e. con. Id. ib. 10, 32, 6. P E per compendium significat: Edilis, Ei, Ejus, Ennius, Exercit, Ergo, Esse, Est, Etas, Exacto, Exactor, Expressum. De aliis compendiis, quorum principium est E, vide Gesn. Thes.]

E, praep. V. EX in f., eosdem enim usus habet, nisi quod e nunquam ante vocales adhibetur. EA, adv. per eum locum. Liv. 21, 32, a med. Gallis ad visenda loca praemissis, postquam comperit, transitum ea non esse, etc.

EALE, es, f. fera est in Aethiopia, magnitudine equi fluvialis, cauda elephantis, colore nigra, vel fulva, maxillas apri, majora cubitalibus cornua

habens, et mobilia, quae alterna in pugna sistit, variatque infesta aut obliqua, utcumque ratio monstravit. Haec Plin. 8, 21, 30. Videtur ita esse appellata ab εάλη 3. p. aor. 1. pass. verbi είλω, verto, circumvolvo. [\*Adde Solin. 55.]

EANUS, i, m. Quidam Jani vocem ab eundo derivant. Hinc Coruif. ap. Macr. Sat. 1, 9. docet a Cicrone non Janum, sed Eanum nominatum fuisse.

EAPROPTER vel Ea propter, propterea, quapropter. [\*Ter. Andr. 5, 5, 5. Ego deorum vitam ea propter sempiternam esse arbitror. ex lect. Bentl.] Solin. 35. Lignum attractatum ferro sine mora emoritur: eapropter vitro, aut cultellis osseis vulneratur. Col. 8, 14. extr. Hoc modo duobus mensibus pinguescunt: et ea propter etiam tenerima etc. [\*Sed Schneid. exhibuit: pinguescunt etiam majores; nam tenerima etc.] Lucr. 4, 313. Dextera ea propter nobis simulacra remittunt. [\*Cod. 6, 30, 5. Nec ea propter quod concessit in fatum, tu potes accedere ad successionem.]

EAPSE, ea ipsa: et eampse, eam ipsam, ut Fest. interpretatur. Scip. Afric. ap. eund. in Reque. Opera, factis, consiliis, reque eapse bene meritis. Pl. Aul. a. 5. v. 7. Eampse anum. Id. Cist. 1, 3, 22. Ut eampse auditis confiterier.

EARINUS, a, um, adj. εαρινος, ad ver pertinens: εαριν enim ver significat. Tertull. Hab. mul. 8. Si non potuit Deus purpureas, et earinas oves nasci jubere. V. AERINUS. P Fuit Flavius Earinus nomen pueri delicati imperatoris Domitiani, de quo multa Mart. 9, 12. 13. 14. 17 et 18. et Stat. Silc. 3, 4.

EATENUS, praep. εαίνω, usque eo, usque ad eum terminum: cui respondet qua, quatenus, quoad, etc. Col. 4, 7. Neque enim eatenus plaga consistit, qua vestigium fecit acies, sed latius inarescit. Id. 12, 9. Caules depurgati eatenus, qua tenera folia videbuntur. Cels. 2, 10, a med. Ex ulterioribus locis eatenus sanguis sequitur, quatenus emittitur. Id. 6, 6, n. 38. Mel adjiciunt eatenus, ne ex specillo destillet. Cic. Univ. 11. Qui eatenus nobis declarantur, quo ipsi volunt. [\*Id. Leg. 1, 4. Jus civile quod vocant eatenus exercebant quoad populum praestare voluerunt.] P Urbane. Id. Q. Fr. 1, 1, 3. Si quis forte esset sordidior, ferres eatenus, quoad per se negligeret eas leges etc., non ut etc. Id. Opt. gen. Or. 7. Verba persequens eatenus, ut ea non abhorreant a more nostro. Suet. Tib. 33. Eatenus interveniebat, ne quid perperam fieret. P Absolute. Pl. Most. 1, 2, 48. Ad legem cum itant, administrum eis danunt tum aliquid cognatum suum. Eatenus abeunt a fabris, h. e. in hoc dissimiles sunt fabrorum. Capit. Gord. III. 22. Gordianus adolescens, qui Caesar eatenus fuerat, a militibus, et populo, et senatu Augustus est appellatus.

EB

EBACCHOR, aris, dep. 1. valde bacchor. Lambr. Elag. 7. Matris etiam Deum sacra accepit, et adeo ebacchatus est, ut etc. Al. leg. debacchatus. Salm. ita leg. Matris etiam Deum sacra accepit, et tauroboliatum est, ut, etc., quod rectius est.

EBENINUS, a, um, adj. εβενινος, qui est ex ebano. Hieron. Ezech. 27, 16. Hebenina ligna, quae nigri coloris pretiosissima sunt. et mox. Hebenini dentes nigri coloris, qui non possunt suam mutare nigredinem. P Alii utrobique scribunt Ebenina et Ebenini.

\*EBENOTRICHON, i, n. ruta muraria. Appul. de herb. 51. B. A.

EBENUS, i, f. et Ebenum, i, n. εβενος: etymon videtur esse ex Hebr. עבן petra: ita appellatum ob duritiam, arbor non solum Indica, ut vult Virg., sed etiam Aethiopica, et Libyca, lignum habens sine medulla, intus nigri splendoris, extra buxi colore, adeoque solidum et grave, ut in aqua subsidat. Plin. 16, 40, 76. n. 3. Spississima ex omni materie, ideo et gravissima, judicatur ebenus, et buxus: neutra in aquis fluitat, etc. Virg. G. 2, 117. sola India nigrum Fert ebenum: solis est turea virga Sabaeis. Plin. 6, 30, 35. Sita est Aethiopia ab oriente hiberno ad occidentem hibernum. Meridiano cardine silvae ebano maxime virent. Or. Met. 11, 610. torus est ebano sublimis in atra Plumeus. Lucan. 10, 304. Laeta comis ebani Meroe. Et ib. 117. ebenus Mareotica. P Est qui scribit hebenus: sed in Graeca voce nulla aspiratio est.

EBIBITUS, a, um, part. v. ebibo, bibendo exhaustus. Sidon. carn. 9, 39. Atque hunc, fluminibus satis profundis Confestim ebibitis, adhuc sitisse.

EBIBO, is, bi, a. 3. εβίβω, bibendo exhaustus: ab e, et bibo. Ter. Heaut. 2, 3, 14. Aedes nostrae vix capient, scio. Quid comedenti? quid ebibenti? Petr. Sat. 20. Solut tantum medicamentum ebibisti? Plin. 8, 12, 12. Elephantos a draconibus ebibi, h. e. eorum sanguinem sugendo exhausti. Or. Met. 6, 342. Ueberaque ebiberant avidi lactantia nati. P Translate. Pl. Curc. 1, 2, 65. Quae mihi misero amanti ebibit sanguinem. [\*Ut hirudo, unde metaphora petita est. Cf. Theocr. Id. 2, 56.]

*Plin.* 5, 15, 15. A lacu amnis ebibitur, h. e. totus excipitur. *Id.* 9, 38, 62. Quinis lana potat horis, rursusque mergitur carminata, donec omnem ebibat saniem. *Hor. Sat.* 2, 3, 122. Filius aut etiam haec libertus ut ebibat heres, h. e. absumat. *P. Ebibere imperium alicujus, apud Pl. Amph.* 2, 1, 84. est obliuisci [\*sc. inter potandum.]. V. BIBO.

\*EBISCUM, i. q. Hibiscum legitur ap. *Scribon. comp.* 80 et 82. B. A.

EBITO, is, n. 3. V. BETO.

EBLANDIOR, iris, itus sum, dep. 4. ἐλαφρομα, est blanditiis aliquid impetrare, vel exprimere, extorquere. *Cic. ad Capit. sub f.* 16. ad Att. Enitere, elabora, vel potius eblandire, effice, ut, etc. [\*Ubi observa quatuor haec verba cum praepos. e composita esse, qua virium contentio quaedam significatur.] *Liv.* 27, 31. Neque enim omnia emebat, aut eblandiebatur, sed vim etiam adhibebat. *Tac. H.* 3, 37. Nec defuit, qui unum consulatus diem, magno cum irrisu accipientis tribuentisque eblandiretur. *Plin.* 9, 8, 8. Arion eblanditus, ut prius caneret cithara. *P. Translate.* *Id.* 16, 27, 51. de arboribus. Quin et protinus moriuntur aliqua, coelo fecunditatem omnem eblandito, h. e. postquam coeli et aeris bonitas fecunditatem ex iis omnem, veluti invitando alliciendoque expressit. *Colum.* 7, 5. a med. Lac infusum tantum valet, ut eblandiatur igneam saevitiam, h. e. evocet, mitiget. *Vitr.* 7, 5. Cum aspectus ejus scenae eblandiretur omnium visus. *P. Passive.* *Colum.* 8, 11. de pavonibus educandis. Sed ne haec tamen aliena est agricolae captantis undique voluptates acquirere, quibus solitudines ruris eblandiantur, h. e. quasi blanditiis leniantur et gratiores fiant. Est qui malit eblandiatur. [\*Atque sic *Schneid.* edidit.]

EBLANDITUS, a, um, part. ab eblandior. *Prud. Psych.* 328. Eblanditae virtutes, h. e. fucatae, simulatae. *P. Passive* pro eo, quod precibus et blanditiis impetratum est. *Cic. Planc.* 4. Eblandita illa, non nucleata suffragia. *Plin. Pan.* 70. sub f. Urbana conjuratione eblanditae preces. *Gell.* 11, 13. Aures cadentes apte orationis modis eblanditae, h. e. voluptate perfusae.

\*EBODE, es, oppidum Arabiae Felicis. *Plin.* 6, 28. B. A.

\*EBORACUM, i, n. urbs Britanniae, in agro Brigantum, hodie *York.* *Anton. Itin.* Meminit etiam *Ptol.*, qui Ἐβουραζον appellat. *Col. Ebor.* h. e. colonia Eboracensis, audit *Inscr.* ap. *Grut.* p. 485. n. 1. B. A.

EBORARIUS, ii, m. artifex eboris. *Imp. Constantin.* *Cod.* 10, 64, 1. et *Inscr.* ap. *Grut.* 640, 8. et ap. *Reines.* cl. 11. n. 93, 94 et 122. et ap. *Murat.* 947, 6., ubi legitur eburarius.

EBORATUS, V. EBURATUS.

EBORENSIS, e, adj. ad Eboram, Ἐβουρα, pertinens, Lusitaniae urbem inter Anam et Tagum fluvios, nunc *Erora*, olim, teste *Plin.* 4, 22, 35. [\**Mela* 3, 1.], etiam *Liberalitas Julia* a C. Julio Caesare est appellata. *P. Eboreses, ium*, sunt incolae illius urbis. *Inscr.* ap. *Grut.* 199, 4. Terminus inter Pacenses et Eboreses.

EBOREUS, a, um, adj. ἐβουραῖος, qui est ex ebore, eburneus. *Plin.* 36, 5, 4. n. 12. Jovem fecit eboreum in Metelli aede. *Quint.* 6, 3. circa med. Oppida eborea in triumpho Caesaris. [\**Ulp. Dig.* 33, 7, 12, 43. Mensae eboreae.]

\*EBORODUNUM, i, oppidum Galliae Narbonensis, in regione Caturigum, hodie *Embrun*, judice *Hard.* ad *Plin.* 3, 20. et *Cellario* in *Orb. Descr. Notit. provinc. Eburodunum* audit *Anton. Itin.* et *Eburonum Tab. Peut.* Quin et in *Notit. provinc.* appellatur *Castrum Ebrudunense* et *Ebrudunum* in *Notit. Imper.* B. A.

EBOSIA, et Ebusia, ae, f. insula eadem quae Ebusus, de qua V. in EBUSITANUS. *Stat. Silv.* 1, 6, 15. Et quas percoquit Ebosia cannas. *Al. leg. cannas.* V. CAUNEUS.

EBRIA, V. BRIA.

EBRIACUS, a, um, adj. idem ac ebrius. *Pl. Aul. fr.* ap. *Non.* 2, 306. Homo ebriacus somno sanari solet. *Al. leg. ebriatus.*

EBRIAMEN, inis, n. μέθρα. Vertit *Tertull.* ex S. *Script. de Jejun.* 9. his verbis: De Samuele mater: Vinum, inquit, et ebriamen non bibet.

EBRIETAS, atis, f. μέθη, status ebrius, cum quis scilicet ebrius est. [\**Cic. Tusc.* 4, 12. Inter ebrietatem et ebriositatem interest. Nempe ebriositas est proclivitas ad ebrietatem.] *Plin.* 30, 15, 51. Ebrietatem arect pecudum assus pulmo praesumptus. *Or. A. A.* 1, 597. Ebrietas ut vera nocet, sic ficta juvabit. *Hor. Ep.* 1, 5, 16. Quid non ebrietas designat? operta recludit, Spes jubet esse ratas etc. *P. Translate.* *Plin.* 13, 4, 9. de caryotis. Rumpit se pomi ipsius ebrietas, calcatis similis, h. e. nimia succi copia. *P. In ebrietatem multa luculenter* *Senec. ep.* 83. a med.

EBRIO, as, avi, atum, a. 1. ebrium reddo, μεθύσκω. *Maer. Sat.* 7, 6. a med. Mulieres pro ebriantur. *P. Translate.* *Id. Somn. Scip.* 12. cir-

ca med. Priusquam materialis influxio in corpus venientes animas ebriaret.

EBRIOLATUS vel Ebriolatus, a, um, adj. ebrius. *Laber. ap. Non.* 2, 306. Ebriolati mentem hilarem accipiunt. Adde *Pl. fragm. ib.* ubi *Non.* habet ebriacus, alii ebriatus.

EBRIOLUS, a, um, dimin. ebrii. *Pl. Curc.* 2, 3, 15. Tristes atque ebrioli incedunt. *Id. ib.* 1, 3, 36. Etiam me vocas, ebriola!

EBRIOSITAS, atis, f. φιλοψα, propensio in ebrietatem. *Cic. Tusc.* 4, 12. Inter ebrietatem, et ebriositatem interest, aliudque est esse amatorem, aliud amantem. [\**Cf.* quae s. v. ebrietas dicta sunt.]

EBRIOSUS, a, um, adj. οἰνόφλυξ, qui saepe fit ebrius. *Cic. Fat.* 5. Hunc scribit ipsius familiares et ebriosum, et mulierosum fuisse. *Sen. ep.* 83. Plurimum interesse concedes inter ebrium et ebriosum: Potest et qui ebrius est, tunc primum esse, nec habere hoc vitium, et qui ebriosus est, saepe extra ebrietatem esse. *Catull.* 27, 4. Posthumiae ebriosa acina ebriosioris. [\**Cod. Theod.* 3, 16, 1. Marito, velut ebriosus, repudium mittere uxori non licet.]

EBRIUS, a, um, adj. μεθύων, nimio vini potu alienatus, vinolentus, temulentus. Volunt esse a bria: de qua V. suo loco. *Cic. Phil.* 2, 41. Personabant omnia vocibus ebriorum, natabant pavimenta vino, maderant parietes. [\**Id. Dic.* 2, 58. Quid dicam insanis, quid ebriis quam multa falsa videantur?] *Or. Fast.* 2, 582. Anus ebria, *Sen. Med.* 69. Huc incede gradu marcidus ebrio. *Claud. Rapt. Pros.* 1, 19. Ebria Maconio firmat vestigia thyrsu. *Tibull.* 3, 6, 36. Verba ebria. *Prop.* 1, 3, 9. Ebria cum multo traherem vestigia Baccho. *Mart.* 10, 47. Nox ebria, h. e. quam ebrius quis transigit. *Id.* 31, 1. bruma, h. e. quibus diebus perpotari solet. *Claud. Cons. Prob.* et *Glybr.* 250. jam profluat ebrius annis Mutatis in vina vadis. [\**Ebrius* vocatur annis quod ebrios reddit. *P. Ceterum ebrius non semper de temulento ponitur, sed etiam de eo qui ad satietatem usque bibit. Ter. Hee.* 5, 2, 3. Cum ebria eris. *V. Ruhnck. dict.* p. 232.] *P. Translate* [\*de eo quod multum vel nimium est.] *Hor. Od.* 1, 37, 12. Regina fortuna dulci ebria. *Mart.* 14, 154. Ebria Sidoniae cum sim de sanguine conchae, Non video quare sobria lana vocer, h. e. optime imbuta. *Id.* 13, 82. Ebria Bajano veni modo concha Lucrino, h. e. bene pasta. *Id.* 10, 38. lucerna Nimbis ebria Nicerotianis, h. e. probe perfusa. *Plin.* 14, 22, 28. Ebrius jam sanguine civium, et tanto magis cum sitiens. *Pl. Capt.* 1, 1. in f. Aperitur ostium, unde saturitate saepe ego exii ebrius. [\**Cf.* *Ruhnck. dict.* in *Ter.* p. 232.] *Et Cas.* 3, 6, 18. Facite coenam mihi ut ebria sit, h. e. lauta, abundansque. *Lucr.* 3, 1056. Ebrius multis curis, h. e. obrutus. *Catull.* 45, 11. Et dulcis pueri ebrios ocellos, h. e. amoris plenos. *P. Discrimen* inter ebrium, et ebriosum dabit *Senec.* allatus in voce praeced.

EBULLIO, is, ivi, et ii, a. 4. ἀραξίω, bulliendi emitto. *Ebullire* animam est mori. *Sen. Apocol.* c. 4. et *Petr. fragm. Trag.* 42. et 62. *Burm.* *P. Pers.* 2, 10. o si Ebullit patrii praeclarum funus, h. e. prodit pompa sumptuosa funeris patrii: quod est dicere, utinam patrius moriatur. *Al. leg. ebullit*, ut sit ab *ebullo*, as, dissolvor, erumpor, ad modum bullae evanesco: ut respiciatur ad illud *Varr. R. R.* 1, 1. Homo est bulla. [\**Tert. de pall.* 2. Fontium venae ebullant. B. A.] *P. Translate* est praedicare, jactare, ostentare. *Cic. Fin.* 5, 27. Dixerit hoc idem Epicurus, semper beatum esse sapientem: quod quidem solet ebullire nonnunquam. *Id. Tusc.* 3, 18. Qui si virtutes ebullire volent, et sapientias, nihil aliud dicent, nisi eam viam etc. *Appul. Met.* 2, p. 128. 19. Dum risus ebullit, h. e. fervescit cachinnatio. *P. Simpliciter* pro fervendo bullas emittere. *Cato R. R.* 105. Ubi ebullit vinum, ignem subducito, ebullit ἀραξίως pro ebullit. Sed alii rectius leg. bullabit. V. BULLO.

EBULUM, i, n. [\*et EBULUS, i, m.] χαμαίωχνη, frutex sambuco similis folio, et bacca, non tamen aequae crescens, neque arborescens. [\**Nobis Atich, Niederholunder.* *Virg. Ecl.* 10, 27. Sanguineis ebuli baccis, minioque rubentem. *Cato ap. Plin.* 17, 9, 6. E segete evellit ebulum, cicutam. *Plin.* 26, 8, 49. Ebulum teneris cum foliis tritum, ex vino potum calculos pellit: impositum testes sanat. [\**Plin.* 25, 10, 71. Ebuli quoque, quem nemo ignorat, fumo fugantur serpentes.]

EBUR, ebōris, n. ἔλεφος, dens elephantis avulsus: qui candore et spissitudine materiae in operibus valde commendatur. Dictum putant quasi e barro. [\**Etymologia* non probanda, licet a *Sere.* ad *Virg. G.* 1, 57. prolata sit. Vox peregrina esse videtur.] *Virg. G.* 1, 57. India mittit ebur, molles sua tura Sabaei. *Cic. Par.* 1, 4. Marmorea tecta, ebore et auro fulgentia. *Id. Brut.* 73. Minervae signum ex ebore. [\**Id. Leg.* 2, 18. Ebur ex inani corpore extractum haud satis castum donum deo.] *P. Per synecdochen* dicitur de rebus ex ebore factis. *Stat. Silv.* 1, 2, 2. Cui, Pacan,

nova plectra moves, humeroque comanti Facundum suspendis ebur? h. e. lyram eburneam. *Virg. G.* 1, 480. Et moestum illacrimat templis ebur, aeraque sudant, h. e. sigilla, et statuae Deorum. *Et* 2, 193. Inflavit cum pinguis ebur Tyrrenus ad aras, h. e. tibiam. *Or. Met.* 4, 148. ense Vidit ebur vacuum, h. e. vaginam ebore ornatam. *Et Fast.* 5, 51. Ebur curule, h. e. sella curulis ebore distincta. Et absolute eodem sensu. *Id. Pont.* 4, 5, 18. Conspicuum signis cum premet altus ebur. *P. Per metonymiam* ponitur pro elephanto. *Juven.* 12, 112. quin illud ebur ducatur ad aras. *P. Ebur atramento candefacere* proverbium apud *Pl. Most.* 1, 3, 102. significat rem per se pulcram orando corrumpere. *Ebur* dicebatur candidius fieri in Tiburtinis collibus, et frigore illius coeli. *Testes sunt Mart.* 4, 62., 7, 13. *Et* 8, 28., *Sil.* 12, 229. et *Prop.* 4, 7, 82.

\*EBURA, ae, Ἐβουρα, oppidum Hispaniae Bae-ticae, Cerealis cognominatum. *Plin.* 3, 1. Hodie, ait *Hard.* est *Alcala la real*, inter Granadam et Cordubam. B. A.

EBURARIUS, V. EBORARIUS.

EBURATUS, et Eboratus, a, um, adj. ἐβουραῖος, ebore ornatus. *Pl. Stich.* 2, 2, 53. Lecti eburati, aurati. *Id. Aul.* 2, 1, 46. Eburata vehicula. *Lampr. Elag.* 4. Sella eborata, an argentata. Adde *Varr.* ap. *Non.* 3, 254.

[EBURICUS, a, um, adj. ad Eburum pertinens, (Ἐβουρικόν apud *Ptol.* 2, 11.) urbem Quadorum in Germania, nunc *Olmutz* in *Moravia.* *Inscr.* ap. *Grut.* 23, 5. Flavius Veturianus legionis IV. reversus ab expeditione Eburica ex voto posuit. *Ves-serius* legit *Burica*, nempe ad Burios pertinente, qui ex *Tac. Germ.* 43. sunt populi Germaniae ad caput Vistulae positi. F.]

[EBURINI, orum, m. plur. incolae oppidi, cui nomen Eburum, nunc *Eboli*, in Picentinis, deinde Lucaniae attributi, non longe a Picentia, prope Silarum fluvium. *Plin.* 3, 10, 15. Lucanorum Bantini, Eburini, Grumentini. F.]

EBURNEOLUS, a, um, dimin. ab eburneus. *Cic. Or.* 3, 60. Servum cum eburneola solitus est habere fistula. *Gell.* 1, 11. qui eadem verba refert, habet eburnea.

EBURNEUS, et Eburnus, a, um, adj. qui est ex ebore, vel ebore ornatus, ἐβουραῖος. *Cic. Verr.* 2, 4, 1. Signum eburneum. *Hor. Sat.* 2, 6, 104. Eburni lecti. *Virg. G.* 3, 7. humeroque Pelops insignis eburno. V. PELOPS. *Or. Pont.* 3, 4, 35. Eburnus currus. *Id. A. Am.* 203. Numeros eburnos jactare. *Virg. A.* 11, 11. Ensis eburnus, h. e. capulum habens eburneum. *Hor. Od.* 3, 27, 41. Porta eburna, h. e. qua vana somnia exeunt (V. *Virg. A.* 6, 899. et *Stat. Silv.* 5, 3, 289.) *Id. ib.* 2, 11, 22. Iyra. *P. Item candidus* instar eboris. *Or. Am.* 3, 7, 7. Eburnea brachia. *Id. Met.* 3, 422. colla. *Id. Her.* 20, 57. cervix. *Id. Met.* 10, 592. terga. [\**V. Drak.* ad *Sil.* 12, 246. *Burm.* ad *Prop.* 2, 1, 9. ad *Anth. Lat.* p. 700.] *P. Item elephantinus.* *Liv.* 37, 59. Tulit in triumpho eburneos dentes mille ducentos viginti. *P. Eburnus cognominatus* est Q. Fabius Ambustus a candore cutis. *Fest.* in *Pullus*. [\**V. Drak.* ad *Liv.* 5, 41, 2.] V. AMBUSTUS. [\**Confunduntur* a librariis *Eburnus* et *eburneus*. Illa forma ut plurimum poetis relinquenda. *V. Drak.* ad *Liv.* 5, 41, 2. Porro *Eburnus* et *aernus*. *V. Burm.* ad *Or. Met.* 4, 486. *Fast.* 3, 359.]

\*EBUROBRITUM, i, oppidum Galliae Lusitaniae. *Plin.* 4, 21. ed. *Hard.* Antea, e. g. in ed. *Elzev.*, legebatur *Eburo*, *Britium*. Hodie est *Alocabaça*. B. A.

\*EBURODUNUM, i, oppidum Galliae Narbonensis. V. Eborodunum. *P. Aliud* in agro Helvetiorum. *Tab. Peut.* Hodie est *Yverdun* vel *Yverdun*. B. A.

\*EBURONES, um, m. Ἐβουρωνες plur. populi inter Belgas, ubi nunc *Tongern*, gente, nomine, et numero Germani appellati, Condruis, Menapiis, Aduaticis, Treveris (quorum clientes erant) et silvae Arduennae finitimi: nunc Leodienses (*pays de Liège*) dicti apud Gallos. *Plin.* 4, 18. Populos Galliae Lugdunensis quondam Aulercos appellatos, nunc vero Eburones. Adde *Caes. B. G.* 2, 4, 4, 6, 5, 28. etc. B. A. [*Inscr.* ap. *Grut.* 473, 3. IIIII Vir Eburonum. F.]

\*EBUROVICES, um, populi Galliae Celticae sive Lugdunensis, ex gente Aulercorum. *Plin.* 4, 18. *Caes. B. G.* 3, 17. V. Aulerci. (Hodie *Evreux*, *Dép. de l'Eure* in *der Normandie*.) B. A.

EBUSITANUS, a, um, adj. ad Ebusum pertinens, insulam maris Iberici contra Dianium promontorium Hispaniae, nunc *Ivica*; vel ad Ebusium, urbem in eadem insula, cujus meminit *Inscr.* ap. *Grut.* 277, 5. Ordo Ebusii. *Plin.* 3, 5, 11. Ebusitana terra. *Mela* 2, 7. humus. *P. Hujus insulae nomen varie scribitur* a Graecis, et Latinis auctoribus, nam et Ἐβουσιος, et Ἐβουσιος, et Ἐβουσιος, et Ἰβουσιος: hinc *Stat. Silv.* 1, 6, 15. Ebusia habet; *Avien. Perieg.* 621. Ebusus; et *Sil.* 3, 362. Ebusus.



2, 449. ubi secum volutat coquus, quas verubus figat partes porci, quae frustra calenti Mandet aquae, quantoque cutem distendat echino, ubi cutis intelligenda videtur, surculis aut spicis ita trajecta, ut echini similitudinem accipiat. P Item ornamentum in capitulis columnarum Ionicarum et Doricarum, quia castaneorum ordinatim in patentes echinos dispositarum imaginem prae se ferunt. Vitr. 4, 3. et 7. V. ANULUS. P Item genus vasis, quod alii aereum volunt esse, in quo calices lavantur, alii ollam fictilem, alii vas salis, alii lignum cum uncinis, in quo calices ponuntur, alii ampullam vitream, alii scorream, a rotunditate echini se in pilam colligentis, vel quod echini in eo sculpti consueverint. Hor. Sat. 1, 6, 117. Astat echinus Vilis, cum patera guttus, Campana supellex. P Item cortex spinosus castaneorum. Calpurn. Ecl. 2, 83. Maturis nucibus virides rumpuntur echini. Adde Pall. Insit. 155., et Serv. ad Ecl. 7, 53.

\*ECHINUSSA, ae, f. Ἐχινούσσα et contracte Ἐχινούσα, (ab ἔχινος, i. e. plenus vel abundans echinis,) insula Euboeae vicina, quae postea Cimolus dicta est. Plin. 4, 12. B. A.

ECHION, ii, n. Ἐχίων, medicamentum ex vipera (quae Graece ἔχινος) combusta, foeniculo, ture, ad suffusiones oculorum, et caligines. Plin. 29, 6, 38. P [Fuit et Echion vel Echium, ἔχινος, herba eadem quae et Dorias et Aleibiadon appellatur. Plin. 25, 8. Paul. 7. ait, spinosam herbam esse, quae non modo a serpente commorsis cum vino pota auxiliatur, sed praesumentes quoque ex ictu nihil molestum pati sinit. Cf. Diosc. 4, 25. Haec Gesnerus. Sed V. Echios. P Echion, onis, m. Ἐχίων, pater Penthei, Agaves Cadmi filiae maritus. V. Echionides. P Item Mercurii filius, Argonauta, unus ex iis qui ad aprum Calydonium venandum ierunt. Hyg. fab. 14. Ov. Met. 8. v. 311. P Et unus e Gigantibus, qui coelum adorti sunt. Claud. Gigant. v. 104. P Et pictor clarissimus, de quo Cic. Parad. 5, 2. Plin. 35, 10. P Et statuarius, qui centesima septima Olympiade floruit, teste eodem Plin. 34, 8. B. A.]

ECHIONIDES, ae, m. Ἐχιδνίδης, filius Echionis, qui fuit unus e Cadmi sociis in Thebis condendis, ut Ov. Met. 3, 125. narrat. Id. ib. 513. Pentheus Echionides. Stat. Th. 4, 568. illum (Penthea) Flet pater, et lacerum componit corpus Echion.

ECHIONIUS, a, um, adj. ad Echionem pertinet, de quo in voce praeced. Ov. Met. 8, 345. Echionio cupis contorta lacerto. Val. Fl. 7, 301. Saevus Echionia ceu Penthea Bacchus in aula Deserit. Id. 8, 343. Echionius hydrus, h. e. quem Cadmus Thebarum auctor interfecit: ex cuius satis dentibus Echion natus est. Id. 7, 554. Echionii dentis semina. V. CADMUS. P Sumitur etiam pro Thebano. Ov. Trist. 5, 5, 53. Echioniae arces. Stat. Th. 1, 169. Echionia plebs. Adde Virg. A. 12, 515. Sic Echionius Bacchus, Pall. Insit. 45., h. e. qui Thebis praecipue colebatur, et matrem habuit Semelen Cadmi Thebanorum regis filiam.

ECHIOS, ii, f. herba duplicis generis: alia pulegio similis foliis coronata: alia lanugine spinosa distincta, cui capitula viperarum similia sunt. Plin. 25, 9, 58.

\*ECHIS, is, m. i. q. echion. Plin. 22, 20. B. A. ECHITES, ae, m. Ἐχίτης λίθος, lapilli species, qui viperas habet maculas, colore viridi subobscuro. Plin. 37, 11, 72. Alii hic leg. echitis eodem sensu. [\*Adde Solin. 67. Isid. Orig. 16, 14.] P Item herba, quae morsibus viperinis medetur, similis scammonio. Plin. 24, 15, 49.

ECHITIS, idis, f. Ἐχίτις. V. vocem praec.

ECHO, us, f. ἠχώ, soni, vel vocis repercussio: ab ἠέω, sono, resono. Latinis dicitur imago. Hinc Hor. Od. 1, 12, 4. Quem Deum, cuius recinet jocosa Nomen imago? Auson. ep. 10, 23. Turbida congestis referitur vocibus echo. Pers. 1, 102. reparabilis assonat echo. P Poetae fabulantur, Echo nympham fuisse, hanc a Junone brevissimo vocis usu esse punitam, quod eam longo sermone tenere solita esset, ne nymphae a Jove amatae ab illa deprehenderentur: cum deinde a Narcisso, cuius amore deperibat, spreta fuisset, longo moerore contabuisse, et corpore demum in saxum converso, nihil nisi vocem retinuisse. Or. Met. 3, 339. et seqq. P Fit praecipue in convallibus, et locis connumeratis, ubi resultat aer, et acceptae voces numerosiore repercussu multiplicantur. Non enim ibi liberum habet vagandi campum, sed rerum objectu reflectitur. In quibusdam locis etiam pluries multiplicatur. Ex. gr. in urbe Cyzico turres septem acceptas voces multiplicat: et Olympiae porticus fuit, quam Heptaphonon appellabant, quoniam septies, eadem vox ibi reddebatur. Plin. 36, 15, 24.

ECHOICUS, a, um, adj. ad echo pertinens, ut Echoici elegi, apud Sidon. ep. 8, 11. post carmen. Ita legit Sirmond., antea enim Eschoici legebatur. Tale esse putat Sirmond. illud cuiusdam Pentadii distichon: Per cava saxa sonat pecudum mugitibus Tom. II.

Echo, Voxque repulsa jugis per cava saxa sonat. P In Centimetro Serrii p. 1826. Echoicum metrum est, quoties sonus ultimae syllabae congruit paenultima, ut Exercet mentes fraternas gratia rara.

[ECHUS, i, m. ἠχος, sonus, vox. Est cognomen Romanum. Inscr. ap. Grut. 729, 1. Q. Fabio Echo. F.]

\*ECHYMNIA, ae, oppidum Thraciae, inter Strymonem fluvium et Athon montem. Mela 2, 2. ad f. B. A.

ECLIGMA, atis, n. Ἐκλιγμα, medicamentum, quod fit lingendi gratia, non edendi, aut devorandi, ut cum aliquid in ore tenetur, et paulatim distillando transmittitur: a ἔλγω, lambo, lingo. Plin. 21, 21, 89. de thymo. In ecligmate faciles exscreationes facit, cum aceto et sale. Id. 24, 7, 23. Pix exscreationes pectoris adjuvat ecligmate. [\*Adde id. 26, 8, 35. Sumitur et ecligmate ad pectoris vitia cum melle.]

ECLIGMATIUM, ii, n. parvum ecligma. Theod. Prisc. 2, 17. Dabo diamoron pro ecligmatio.

ECLIPSIS, is, f. Ἐκλειψις, deliquium, defectio: ab ἐκλείω, deficio. Eclipsis lunae, cum sol per interpositionem terrae ita lunae opponitur, ut illam illuminare non possit: eclipsis solis, cum luna inter solem, et nostrum aspectum interponitur. Auct. ad Her. 3, 22. Solis eclipsis magis mirantur quam lunae, quia hae crebriores sunt. V. Sen. Ben. 5, 6. circa med., ubi solis eclipsis describit. P Quoties in oratione aliquid deest, quod facile mente cogitari possit, eclipsis dicitur: quod quidam vitium esse putarunt; Quint. 8, 6. figuram: quod certe verum est, si nullam pariat obscuritatem. [\*Apud Quint. Graecis litteris exarata vox. Latinis vulgo ellipsis vocatur.] Hinc eclipsis est illud Virg. A. 1, 139. Quos ego, ubi deest affligam, aut ulciscar, ut ait Serv. ib. et ad v. 69.

ECLIPTICUS, a, um, adj. Ἐκλειπτικός, ad eclipsis pertinens. Plin. 2, 16, 13. Stationes stellarum fieri in mediis latitudinum articulis, quae vocantur eclipticae: scilicet quia ibi contingere eclipses solent. Manil. 4, 816. et 846. Ecliptica signa, h. e. quae eclipsis patiuntur. Serv. ad A. 10, 216. Sol cursus agit per eclipticam lineam, quae Zodiacum bifariam dividit.

ECLŌGĀ, ae, f. Ἐκλογή, electio, delectus: [\*Qua significatione haec vox nusquam usurpata videtur.] item ipsa res delecta et selecta: ab ἐλέγω, eligo, deligo. Hoc nomine scriptores nonnulli appellarunt singula poemata breviora, quae edebant in vulgus, quasi essent electa e multis, quae in eo genere scripissent, et non edidissent. Plin. ep. 4, 14. fin. Proinde sive epigrammata, sive idyllia, sive eclogas, sive, ut multi, poemata, seu quod aliud vocare malueris, licebit voces: ego tantum hendecasyllabos praesto. Varr. ap. Charis. 1. p. 97. Eclogas ex annali descriptas. Stat. Silv. 3. praef. Summa est ecloga, qua mecum secedere Neapolim Claudiam meam exhortor. et praef. l. 4. Juncta est ecloga ad municipem meum Julium Meneratam, cui gratulor etc. Auson. ep. praefixa Idyll. 6. Quid ego huic eclogae studiose patrocino? Id. ep. praefixa Idyll. 11. eclogam vocat oden decimam novam l. 3. Horatii. Sic Suet. Vit. Hor. a med. Expressitque eclogam, cuius initium est, Cum tot sustineas et tanta negotia solus, h. e. epistolam primam libri secundi. Al. leg. eclogium. Sidon. ep. 9, 1. carm. 1. Vernans per varii carminis eclogas, Verborum violis multicoloribus, h. e. per varia carminum genera. Virgiliū quoque Bucolica Eclogae inscribuntur: quarum exemplo factum est, ut omnia poemata pastoralia hoc nomine hodieque vocentur. V. IDYLLIUM.

ECLŌGARIUS, a, um, adj. Eclogarium inscriptis Auson. unum ex libris suis, in quo est collectio breviorum poematum, excerptorum, atque selectorum ex pluribus, quae in eo genere ipse composuerat: ab ἐκλογή, delectus. P Eclogarii videntur alii servi litterati, veluti anagnostae, qui ex libro qui recitabatur, celeriter selecta quaedam et notata digniora excipiebant excerptabantque: aliis rectius sunt loci insigniores. Cic. Att. 16, 2. ad f. De Gloria (libros) misi tibi. Custodias igitur, ut soles: sed notentur eclogarii, quos Salvius, bonos auditores nactus, in convivio dumtaxat legat. His congruunt, quae habet Id. ib. 11. in. Nostrum opus (de Gloria) tibi probari laetor; ex quo ἄδη ipsa posuisti, quae mihi florentiora visa sunt tuo iudicio.

ECNĒPHIAS, ae, m. ἐκνεφίας, ov, ó, ventus ex nube discissa erumpens: ab ἐκ, ex, et νέφος, nebula. Sic dicitur procellae genus, quam pluribus describit Sen. Qu. n. 5, 12. [\*ubi vox Graecis litteris exarata est.] et Plin. qui sic habet 2, 48, 49. Venti majore illati pondere incursuque, si late siccam rupere nubem, procellam gignunt, quae vocatur a Graecis ecnephas: sin vero depressio sinu arctius rotati effregerint, sine igne, hoc est sine fulmine, vorticem faciunt, qui typhon vocatur, idest vibratus ecnephas.

E CONTRA. V. CONTRA.

ECPHORĀ, ae, f. ἐκφορά, prominentia, projectura. Vitr. 6, 2. Columnarum projecturae, mu-

tulorum ephorae. Id. 3, 3. sub f. Omnes ephorae venustiores habent speciem, quae quantum altitudinis, tantundem habent projecturae.

ECPHRĀSTES, ae, m. ἐκφραστής, qui edisserit, enarrat, interpretatur, ex una in aliam linguam vertit. Vox Graeca, ab ἐκφράζω, edissero. Opusculum Fulgentii Planciadis in editione Gothofr. ita inscribitur. Libellus de prisco sermone ad Chalcidicum grammaticum Timaei Platonis ephrasten.

ECPYROSIS, is, f. ἐκπύρωσις, a πῦρ, ignis, Graece est inflammatio. Latinis litteris scripta legitur in verbis Nigidii ap. Serr. ad Virg. Ecl. 4, 10. et ad ib. 6, 41., ubi mundi totius inflammatio significatur.

ECQUANDO, adv. ἤ ποτε, quando, an aliquando, num aliquando? Cic. Agr. 2, 7. Quaero a populari tribuno plebis, ecquando nisi per triginta tribus creati sint. Liv. 3, 67. ad f. Ecquando unam urbem habere licebit? Cic. Verr. 2, 2, 17. Quae, malum, ista fuit amentia? ecquando te rationem factorum tuorum reddiditum putasti? ecquando his de rebus tales viros audituros existimasti? Prop. 2, 7, 39. Ecquandone tibi liber sum visus? an usque in nostrum jacies verba superba caput? [\*Cic. Fin. 5, 22. Quoties hoc agit, ecquandone, nisi admirationibus maximis. Vide Ruhnk. ad Vell. Pat. 2, 14. P Saepē confunduntur a librariis Ecquando et et quando. V. Drak. ad Liv. 5, 44, 2. Burm. ad Prop. 1, 11, 1.]

ECQUIS, ecquae, equod, ecquid, ἤ τις, numquis, vel an aliquis, ab et, et quis: vel ab en, et quis, ut Prisciano l. p. 556. placet. [\*Ecquis ita diversum a quis, ut, ubi illud ponatur, cum dubitatione aliqua proponatur interrogatio.] Cic. Att. 7, 8. Quod quaeris, ecquae spes pacificationis sit. Id. Acad. 4, 26. extr. Ecquae poterit in agnoscendo esse distinctio? Id. Inv. 2, 12. extr. Ecquae consuetudo, ecquae actio, equod artificium. Ter. Eun. 5, 9, 1. Ecquis me vivit fortunatior? Cic. Verr. 2, 3, 57. Ecquod iudicium Romae tam dissolutum? Id. Mur. 33. Ecqui non proderit revertenti? Id. Fam. 8, 15. Ecquem Caesare acriorem audisti? Id. Verr. 2, 2, 27. ad f. Ecquam rem putas esse in Sicilia etc.? Id. ib. 62. Rogato, ecquid in tuam statuum contulerit? Et Fam. 7, 11. Heus tu, quid agis? ecquid fit? P [\*Ponitur etiam in interrogatione indirecta. Cic. Verr. 2, 3, 24. Negotium dat comitibus, ut investigent, ecqua virgo sit digna, quamobrem Lampsaci diutius commoraretur. V. TURSELLIN.] P In recto masculino dicitur et ecqui. Sic enim habent opt. edit. ap. Cic. Verr. 2, 4, 8. Ecqui pudor est? ecqui metus? Adde Sext. 52. P Et in feminino etiam ecqua. Pl. Men. 1, 2, 26. Ecqua in istae pars inest praeda mihi? Id. Mil. 3, 1, 199. Ecqua ancilla est illi? Ov. Fast. 4, 488. hac gressus ecqua puella tulit? Al. leg. siqua. Adde non unum ex allatis Cic. locis, item Verr. 2, 4, 8. et 11., in quibus alii reponunt ecqua: nec analogia repugnat: nam et aliqua, et siqua dicitur. P In plurali num. Stat. Theb. 10, 215. Ecqui audent, quos ingenti se attollere fama Non pigeat? P Ecquid interdum ponitur pro num, numquid, an non. Cic. Fam. 7, 17. Quid agatis, et ecquid in Italiam venturi sitis hac hieme, fac plane sciam. Ter. Andr. 5, 2, 30. Age Pamphile, exi Pamphile: ecquid te pudet? Ov. Trist. 3, 3, 47. Ecquid, ut audieris, tota turbabere mente? Liv. 4, 3. Ecquid sentitis in quanto contemptu vivatis? Ov. Trist. 3, 7, 11. Tu quoque, dic, studiis communibus ecquid inhaeres? Cic. Att. 2, 2. Sed heus tu, ecquid vides, calendas venire, Antonium non venire? Adde Liv. 27, 10. P Ecqui pro ecquid. Cic. Tusc. 1, 8. Ecqui ergo intelligis, quantum mali de humana conditione deieceris? Al. [\*et nunc quidem optima editiones] leg. ecquid.

ECQUISNAM, ecquaenam, equodnam, ecquidnam, idem quod ecquis, addita solum majori quadam vi interrogandi. [\*Ponitur ut sequentia exempla docent tam in directa, quam in indirecta interrogatione.] Cic. Vat. 16. Audire a te cupio, ecquid audieris, ecquisnam tibi dixerit, C. Caesarem dixisse, etc. Id. Fin. 4, 24. Illud dubium, ad id, quod summum bonum dicitis, ecquaenam fieri possit accessio. Id. Top. 21. ad f. Cum quaeritur, ecquidnam honestum sit, ecquid aequum. Catull. 28, 6. Ecquidnam in tabulis patet lucelli Expensum? Auct. ad Her. 2, 17. ad f. Quaerendum erit, ecquonam modo obsisti poterit.

ECQUO, adv. motus, quonam, ποῖ. Cic. Phil. 13, 11. Ecquo te tua virtus provexisset? ecquo genus?

\*ECRAGINO, as, fortasse i. q. aufugio. Petr. Sat. 61. extr. ed. Anton. Ecraginavi. Al. leg. Eraginavi. B. A.

\*ECRECTICE, es, sc. regio, Ἐκρεκτική sc. χώρα, regio Ponti. Plin. 6, 4. B. A.

ECSTASIS, is, f. Ἐκστασις, ab ἐκ, et στάω, sto, excessus mentis extra se positae. Tertull. Anim. 45. Hanc vim ecstasin dicimus, excessum mentis, et amentiae instar. August. de Gen. ad litt. 12. Quando avertitur, atque abripitur animi intentio

a sensibus corporis, eestasis est. Hieron. 1. Comm. in Isajam prooem. Neque vero, ut Montanus somniat, prophetae in eestasi sunt locuti. P Scribitur et extasis.

ECTASIS, f. ἐκτασις, productio, extensio: ab ἐκτείνω, extendo. Ita dicitur figura poetica, qua syllaba correpta contra rationem producitur. Charis. 4. p. 249. et Diom. 2. p. 436., sed uterque Graece: Latine Serv. ad A. 10, 473.

ECTHLIPSIS, is, f. ἐκθλιψις, apud grammaticos est figura poetica, qua littera m simul cum vocali praecedenti ob vocalem, vel diphthongum sequentem eliditur, ut in illo Pers. 1, 1. O curas hominum, o quantum est in rebus inane! Vox Graeca, ab ἐκ et θλιψω, tero. Charis. et Diomed. loc. cit. in voce praeced. P [\*Item angustia. Octav. Horat. 2, 1, 13. Gesn. Thes.]

\*ECTINI, orum, populi Alpini, de quibus Plin. 3, 20. B. A.

\*ECTOMON (helleborum), ἔκτομον. Plin. 25, 5. Nigrum (helleborum) alii ectomon vocant, alii polyrhizon. Plin. 25, 5. ed. Hard. Al. leg. ectomon. B. A.

ECTROMĀ, atis, n. ἐκτρομα, abortus: ab ἐκ et τρώω, pario. Translate. Tertull. adv. haer. 7. Et quod proxime Valentinus proposuit, unde Deus? scilicet de enthymesi et ectromate [\*i. e. ex perversa mente et imaginatione.]

\*ECTROMATIUS, a, um, abortum faciens. Plin. 14, 16. Vinum ectromatium vocant, quoniam abortus facit. Sic ed. Basil. 1530. Al. leg. phthorium. V. Phthorius, a, um. B. A.

ECTROPĀ, ae, f. ἐκτροπή, diverticulum viae: a ἐκτείνω, verto. Varr. ap. Non. 4, 422. Et, ne errarem, ectropas esse multas, omnino tutum esse, sed spissum iter.

ECTYPUS, a, um, adj. ἐκτυπος, qui ἐκ τύπου, ex typo seu forma, premendo calcandoque fit, ex argilla seu creta, ita ut imagines paulo exstantiores appareant. Plin. 35, 12, 43. Dibutades, Sicyonius figulus, primus invenit fingere ex argilla similitudines, et personas tegularum extremis imbricibus imposuit, quae inter initia protypa vocavit: postea idem ectypa fecit. V. ANTEFIXUS et TYPUS. P Translate ectypae imagines, seu sculpturae dicuntur, quae in gemmis non impressione, sed scalpro figurantur: cammei Itali vocant. Sen. Ben. 3, 26. Coenabat Paulus praetorius, imaginem Tiberii Caesaris habens ectypam, et eminente gemma. Plin. 37, 10, 63. Hae sunt gemmae, quae ad ectypas sculpturas aptantur.

\*ECULEO, onis, (ab Eculeus,) historiam quampiam de rebus gestis a Tiberio, vel certe de picturis volumen aliquod videtur condidisse. Plin. 35, 10. ubi tamen suspicatur Hard. scribendum D. Aculeo, h. e. Decimus Aculeo; nam vox, ait, Eculeo in Romanis familiis non reperitur. B. A.

ECULEUS. V. EQUULEUS.

ED

EDĀCITAS, atis, f. ἐδακίτητα, ingluvies, voracitas. Cic. Q. Fr. 3, 9. extr. Edacitatem pueri pertimesco. [\*Id. Fam. 7, 26. Stoici δυσενεργεσία αὐθιγ morbum edacitatis esse putant.] Pl. Pers. 1, 2, 7. Neque edacitate eos quisquam poterat vincere.

EDAX, ācis, adj. ἀδδηγάτος, vorax: ab edo. Cic. Flacc. 17. Edacem hospitem amisisti. [\*Id. Fam. 9, 20. Proinde te para, cum homine edaci tibi res est. Se ipsum intelligit per jocum hortans Paetum, ut se hospitem lautius accipiat.] Colum. 6, 2. ad f. Boves multi cibi edaces. [\*Schneid. vocem edaces uncis inclusit.] Sen. ep. 60. Vastissimorum, edacissimorumque animalium aviditatem vincere. P Translate. [\*Cod. 4, 65, 18. Edaci locustarum pernicie sterilitatis vitium intercessit.] Hor. Od. 2, 11, 18. Curae edaces, h. e. quae habentes macerant, et consumunt. Ov. Am. 1, 15, 1. Livor edax. Id. Met. 15, 234. Tempus edax rerum. Sic Prud. Apoth. 1141. Edax senium. Et Virg. A. 2, 758. Ignis edax. P Est etiam idem quod rapax. Val. Fl. 6, 420. Cervos petit Umbro venator edaci. Ov. Am. 2, 6, 33. Edax vultur.

EDĒATRĀE, qui praesunt regis epulis, ἀπὸ τῶν ἰδαιτέρων. Festus. Alii scribunt edeatrae a recto plural. ἰδαιτέροι.

EDĒCĪMATUS et Edecumatus, a, um, part. ab edecimo, electus, praestans: quasi e decem selectus. Festus. Edecimata, electa. Maer. Sat. 1, 5. extr. Probavere omnes Q. Aurelii iudicium, quo edecumatus elegit sodales. Et ib. 2, 1. Joci ex multijugis libris edecumati.

EDĒCĪMO et Edecumo, as, a. 1. eligo, seligo, quasi ex decem. Symm. ep. 5, 81. (al. 83.) Ut equos ex Hispania lectissimae nobilitatis edecumet. Adde ep. 9, 21. (al. 23.)

\*EDENATES, ium, populi Alpini, ubi nunc fere Savoy et Provence. Plin. 3, 20. B. A.

EDĒNTĀNEUS, a, um, adj. idem ac edentulus. Not. Tir. p. 111. F.]

EDĒNTĀTUS, a, um, part. ab edento, ἀποδορτοίματος, dentibus privatus. Maer. Sat. 7, 3. Scomi-

mata minus aspera, quasi edentatae belluae morsus.

EDENTO, as, a. 1. ἀποδορτοῦ, edentulum facio excussis dentibus. Pl. Rud. 3, 2, 53. Nimis velim, improbissimo homini malas edentaverint.

EDĒNTŪLUS, a, um, adj. ἀπόδους [\*απόδος], qui sine dentibus est. Capell. 4. p. 116. Edentulum non illum dicimus, qui dentes non habet, sed cui natura inest, ut habeat ex illo tempore, quo natura permittit, ut habeat. Nam neque lapidem recte dicimus edentulum, qui nunquam dentes habet; neque infantem, qui, quamvis aliquando habere possit, nondum tamen illo tempore ut habeat, natura permittit. Haec Capella, sed tamen etiam de infantibus dixit Arnob. 3. p. 108. Edentulus Deos esse parvulorum ritu credendum est. P De vetulis Pl. Cas. 3, 2, 20. Propter operam illius improbi edentuli. Id. Most. 1, 3, 118. Vetulae, edentulae, quae vitia corporis fuce occultunt. Prud. per. 10, 305. Edentularum cantilenae. Tert. Pall. 5. Muraena bestia edentula, et exunguis, et excornis. P Translate Vinum edentulum, apud Pl. Poen. 3, 3, 86. dicitur, quod vetustissimum est, vel potius quod vires non habet ad inebriandum. Sic Alexis ap. Eustath. ad Odys. β. Οἶνον παλαιότατον σπονδιώμενον, ὅτι οὐ δάκνει, ἀλλὰ ἰλαροῦς ποιεῖ. P Edentulus est etiam cognomen Romanum. Inscr. ap. Murat. 21, 8. M. Sulpicius Edentulus.

EDEPOL et Aedepol, ἡ τὸν Πολυδέμη, adv. jurandi per Pollucem, pro medepol, h. e. me deus Pollux adjuvet: vel, si diphthongus placeat, per aedem Pollucis. Fuit juramentum olim feminarum proprium, ex initiis Eleusiniis acceptum: paulatim vero, ex inscitia antiquitatis, a viris quoque usurpatum, ut Varr. ap. Gell. 11, 6. docet. Ter. Andr. 1, 2, 5. Quaeque edepol Charine. Id. Hec. 1, 2, 8. Sy. Salve mecastor, Parmeno. Pa. et tu edepol, Syra. Id. Phorm. 5, 1, 8. Certe edepol meae nutricem gnatae video. Pl. Mil. 4, 1, 41. Edepol haec quidem bellula est. Id. Most. 5, 1, 34. Imo edepol negat profecto. Id. Asin. 3, 2, 14. Nae illa edepol memorari possunt. P Pro edepol dictum est etiam epol, ut ejuno, ecastor etc. Itaque epol a multis legitur variis in locis Plauti, et Terentii, et Caecil. ap. Non. 2, 354., tametsi ubique dubia est lectio.

EDĒRĀ. V. HEDERA.

\*EDESĀ, ae, f. Ἐδεσσα, urbs Macedoniae, in Emathia, inter Pellam et Gordyniam. In ea Macedoniae reges sepeliebantur. Liv. 45, 29. Justin. 7, 1. Aege, Aegae, vel Aegea postea est nominata. Reperitur et Aedessa ap. Plin. 6, 34. astipulante Ptol., quam tamen formam plane improbat Vossius ad Mel. 2, 3. init. P Item oppidum Mesopotamiae, non procul ab Euphrate, (V. v. seq.) Tac. A. 12, 12. Eutrop. 7, 11. In Arabia ponit Plin. 5, 24. atque Antiochiam olim dictam esse. Revera in ea Mesopotamiae parte est sita, quam Arabes incoluere. Olim Rhages dicta, teste Hieron. de traditionibus Hebraicis. B. A.

[EDESĀEUS, a, um, et

[EDESĒNUS, a, um, adj. Ἐδέσσηνος, ad Edessam pertinens, Mesopotamiae urbem, olim Osroeni regni caput, nunc Roha sive Orfa. Liv. 42, 51. Trium ferme millium hominum dux erat Antiphilus Edessaeus. Ammian. 18, 7. Sabinianus per Edessena sepulcra, quasi fundata cum mortuis pace, nihil formidans, etc. F.]

\*EDĒTĀNUS, a, um, adj. ad Edetam pertinens, Hispaniae Tarraconensis urbem, quae a Ptol. 2, 6. Ἰδὴνα appellatur, eadem ac Liria. P Edetani, orum sunt incolae illius urbis, et regionis Edetanae, memorati a Plin. 3, 3, 4. Liv. 27, 24. eos Sedetanos appellat. P Editanus etiam scribitur. Inscr. ap. Grut. 481, 1. M. Valerio Cereali Editano. P Etiam Sedetani vel Sidetani audiebant. B. A. et F.]

\*EDĒBĪLIS, e, adj. qui edi potest. Gloss. Philox. Edibilis, βρώσιμος. B. A.

EDĒCO, is, ixi, ietum, n. 3. παραγγέλλω, διαγορεύω: ab e, et dico, quasi extra dico, publice et aperte dico, expono. Ter. Eun. 5, 5, 20. Dico, edico vobis, nostrum illum esse herilem filium. [\*Id. Or. 39. Nullus fere a Demosthene locus sine conformatione sententiae edicitur. Leg. 2, 10. Ut ego, uti rogas, possim edicere. Ain tandem, Attice? non es edicturus aliter. Ubi Davis. contendens edicere non esse privatorum, sed magistratum, utrobique reposuit dicere, dicturus.] Cic. Amic. 16. Alius igitur finis verae amicitiae constituendus est, si prius, quid maxime reprehendere Scipio solitus sit, edixerit. [\*Ubi Cic. edixerit cum vi quadam possuisse videtur.] Id. Att. 1, 18. extr. Ne absens censeare, curabo edicendum, et proponendum locis omnibus. [\*Cic. Verr. 2, 3, 7. Censores legem his rebus quam (alii: quae) ipsis videretur edicerent, i. e. publice proponerent, ut cognosci conditiones locationis possint. Id. Off. 3, 20. Marius a subelliis in rostra recta, idque quod communiter compositum erat, edixit.] Sall. Cat. 49. Jussus a consule, quae sciret, edicere. P [\*Seriores aetatis scriptores saepius pro simplici

dicere usi esse videntur. V. Munck. ad Fulg. Mythol. p. 621. P Item edicere est pronuntiare, quod de suffragiis et sententiis iudicium dicitur. V. Gron. et Drak. ad Liv. 30, 5. init. Cort. Sall. Cat. 48.] P Item jubeo. Ter. Eun. 4, 7, 33. Miles, edico tibi, ne vim facias ullam in illam. P Saepissime dicitur de magistratibus aliquid publice jubentibus, et praecipue de praetoribus jus publice dicentibus, et praecipue de praetoribus aliquid publice jubentibus, et praecipue de praetoribus aliquid publice dicentibus. Cic. Verr. 2, 2, 27. Si quis eum pulsasset, edixit, sese iudicium injuriarum non daturum. Id. Off. 3, 20. Id, quod communiter compositum fuerat, solus edixit. Id. Pis. 8. Consulem edicere, ut senatus senatusconsulto ne obtemperet. [\*Id. Att. 12, 7. Antonius edixit, ita ut me et Laelium exciperet. Id. Vat. 14. Edixeritne praetor, ... ut adesses die tricesimo. Id. Fam. 11, 6. Quum tribuni plebis edixissent, adesset senatus a. d. XIII. Kal. Jan.] Id. Phil. 6, 1. Edicere iustitiam. Id. Q. Fr. 2, 2, comitia a. d. XI. cal. Februar. Liv. 2, 52. Duo millia aeris damnato multam edixerunt. Id. 3, 38. sub f. Senatum in diem postero edicunt. Al. aliter leg. Id. 8, 36. ad f. Dictator praedam omnem edixerat militibus. [\*Cic. Verr. 2, 1, 53. Edicere diem. Id. Nondum proscripta, neque edicta die.] Id. 31, 11. Edicere exercitui diem ad conveniendum. [\*Hinc saepe de duce usurpatur, qui imperata dat militibus. V. Drak. ad Liv. 7, 35, 2.] Id. 26, 18. diem comitii. Et ib. 51. Tarraconem omnibus sociis edixerat conventum. Tac. H. 2, 91. Edicere de caeremoniis. Suet. Cal. 26. de natali. Liv. 10, 36. Edicto, ut quicumque ad vallum pergeret, pro hoste haberetur. P Cum infinito. Sil. 7, 313. Cornibus arentes edicam innectere ramos. Et ib. 527. prope capere arma maniplis Edicit. P Edicere dicebantur praetores, qui initio magistratus proponebant, ac denunciabant, qua formula, et quibus de rebus jus eo anno esset dicturi. V. EDICTUM. Cic. Fin. 2, 22. a med. Est enim tibi edicendum, quae sis observaturus in iure dicendo. [\*Accurate exposuit de hac voce Brissou. de Form. s. v. Edictum. Adde Heinecc. eod. 1.] P Partic. Edicturus ap. Liv. 22, 33. In eam diem, quam jussissent, comitia edicturus. P Edice in imperativo pro edic habent Virg. A. 11, 463. et Stat. Theb. 12, 598. [\*V. Ruddim. Inst. 1. p. 266.] P Exdeico legitur in veteri S. C. de Bacchanalib. apud Fabrett. p. 427. prisco et obsoleto scribendi more. P [\*Confunduntur saepe a librariis edicere et edere. V. Interpp. ad Suet. Caes. 18. Aug. 72. Drak. ad Liv. 21, 72, 8. Edicere et dicere. Id. ib. 33, 14, 11. Edicere et indicere. Id. ib. 31, 49, 12. Edicere et et dicere. Id. ib. 30, 5, 1.]

EDĒCTĀLIS, e, adj. ad edictum pertinens, ut Edictalis lex, Edictalis bonorum possessio, h. e. edicto delata etc. ap. Ulp. Dig. 38, 6, 1. [\*Cass. Var. 1, 31, 2, 24, 7, 42. Edictale programma, i. e. principis edictum.]

EDĒCTĪO, onis, f. idem ac edictum. Pl. Capt. 4, 2, 31. Basilicas edictiones atque imperiosas habere. Et Pseud. 1, 2, 10. hanc edictionem nisi animum advortitis.

EDĒCTO, as, avi, atum, a. 1. ἐπιτάσσω, eloquor, enuncio: frequent. ab edico, quod interdum pro simplici accipitur. Pl. Epid. 1, 2, 2. Atque amorum summam edictavi tibi. Id. Amph. 2, 2, 184. Tute edictas facta tua, ex me quaeris quid deliqueris.

EDĒCTUM, i, n. διάταγμα, jussum, litterae consulum, praetorum, et aedilium curulium, tribunorum plebis, et aliorum magistratum, quibus aliquid imperatur: ab edico, quod est promulgare, jubere. Cic. Quint. 19. Quod praetor non fieri, sed ex edicto suo fieri jubet. Id. ib. 23. Si ex edicto possedisti. [\*Cic. Manut. 19. ubi edictum ad tribunos plebis pertinet.] Id. Flacc. 28. Sanxit edicto, ne frumentum ex Asia exportari liceret. [\*Quamquam hunc locum cum Ernest. in Clav. relictus ad §. 3. retuleris.] Hor. Ep. 2, 1, 239. Edicto vetare. Cic. Verr. 2, 1, 41. Hereditatem alicui condonare edicto. Liv. 28, 25. Proponere edictum, ut, etc. P Nomine Edicti potissimum Edicta praetorum intelliguntur. Hi, ut scirent cives, quod jus de quaque re dicturi essent, et quomodo dicturi essent, formulam quandam Kal. Jan. proponebant, quae Edictum Praetoris dicebatur. Primi temporibus haec edicta mutare praetoribus licuit. Sed tamen id probri loco Verri Cicero objicit, cum dixit, eum ne ex edicto quidem suo jus semper dixisse. Post lege C. Cornelii Sullae tribunum pleb. anno U. C. DCLXXXVII. cautum est, ut edictis suis perpetuis praetores pro C. Cornel. Quare quod semel edictum promulgaverant praetores urbani, id iidem sine reprehensione mutare in provincia, siquam postea obtinuissent, non poterunt. Hadrianus vero Aug., usus opera Salvii Juliani Jcti, et patrum M. Didii Juliani Aug., omnia edicta, quae adhuc erant in usu forensi, uno libello complexus Edictum perpetuum edidit, cujus auctoritas diu mansit apud Jctos. Entr. 8, 17. et Hieron. in Euseb. Chron. ad an. a Chr. n. 133. P

Porro praeter edictum hoc perpetuum, erant edicta praetoris pecuniaria, quae in re peculiari dabantur: quorum passim in libris *Digest.* exempla leguntur. *Pers.* 1, 134. His mane edictum, post prandia Callirhoen do, *h. e.* mando, ut mane in foro versentur, in litibus et actionibus forensibus occupati. P Est etiam edictum privati hominis. *Ter. Heaut.* 4, 1, 10. Primum hoc te oro, ne quid credas me adversus edictum tuum facere esse ausum. P Ponitur interdum pro simplici enunciatione. *Senec. ep.* 117. ante med. Non corpus est, quod nunc loquor, sed enunciativum quiddam de corpore, quod alii effatum vocant, alii enunciatum, alii edictum.

EDICTUS, a, um, part. ab *edico*, denunciatus, indictus. *Plin.* 12, 19, 42. Edicto mercatu rex vendit. *Cic. Q. Fr.* 2, 2. Comitibus edicta. P [\*Confunduntur a librariis *edictus* et *editus*. V. *Drak.* ad *Liv.* 21, 62, 7, 22, 10, 8. *Editus* et *eductus*. V. *Id.* ib. 39, 15, 11.]

EDILIS, e, adj. *ἑδωτός*, ad esum pertinens. *Gell.* 17, 11. Ut edilium quidem omnia defenderet ab arteria. Al. melius leg. *edulia*.

EDISCO, is, didici, a. 3. *ἐπιμαθήσασθαι*, memoriae mando. *Cic. Tusc.* 1, 11. Ut non legantur modo, sed etiam ediscantur. *Sen. ep.* 123. in f. Haec discenda, imo ediscenda sunt. *Cic. Ac.* 4, 44. Ediscendus ad verbum libellus. *Val. Flacc.* 1, 368. Ediscere vultus alicujus. P *Edidici*, memoriae teneo. *Tib.* 2, 2, 12. Jam reor hoc ipsos edidicisse Deos. Adde *Or. Pont.* 3, 7, 4. P Pro simplici disco, perdisco. [\**Cic. Or.* 1, 58. Qui istam artem (juris civilis) primum facillimam non ediscant.] *Or. Her.* 7, 179. dum tempore, et usu Fortiter edisco tristitia posse pati. *Hor. Ep.* 2, 2, 144. verae numerosque modosque ediscere vitae. P Pro intelligere, vel audire. *Or. Met.* 13, 246. edidici, quid perfida Troja pararet. P [\*Confunduntur a librariis *ediscere* et *addiscere*. *Burm.* ad *Or. Met.* 2, 939.]

\*EDISSA, ae, f. oppidum Siciliae, cum portu cognomine. *Cic. Verr.* 2, 5, 34. init. ubi tamen pro *Edissae* legere *Cluverius* mavult *Odyssaeae*, quod nunc e codd. receptum est. B. A.

EDISSERATOR, oris, m. qui edisserit, et explanat. *Auson. Sept. Sap. prol.* 61. sed si memoria Rebus vetustis eludit, veniet ludius Edisserator harum, quas teneo minus. Al. leg. *Edisserator*.

EDISSERATUS. V. EDISSERTATUS.

EDISSERO, is, erui, ertum, a. 3. plane dissero, *διεξιήμι*, explano, declaro. *Cic. Brut.* 17. Quis docendo edisserendoque subtilior? *Id. Leg.* 2, 22. Neque necesse est edisseri a nobis, quae finis funestae familiae etc. *Liv.* 27, 7. Productus in concione Laelius eadem edisseruit. Al. aliter leg. *Id.* 34, 52. Senatus Quintio ad res gestas edisserendas datus. [\*V. *Gronov.* ad *Liv.* 41, 6, 5. *Drak.* ad *Liv.* 27, 7, 4.] *Virg. A.* 2, 149. mihique haec edisserere vera roganti, *h. e.* ordine cuncta narra. *Servius.* *Hieron. adv. Jovin.* 1, n. 12. Quod quamquam a me quoque pro qualitate loci sic edissererem sit. *Tac. Hist.* 3, 52. Cunctandi utilitatem edisserens. *Just.* 31, 5. Viam gerendi belli edissereretur. P [\*Confunduntur saepe a librariis *edisserere* et simplex *disserere*. V. *Drak.* ad *Liv.* 27, 7, 4.]

EDISSERTATIO. V. DISSERTATIO.

EDISSERTATOR. V. EDISSERATOR.

EDISSERTATUS, a, um, part. verbi *edissero*, explanatus, expositus. *Arnob.* 1, p. 34. Illa sunt ab hominibus scripta, mortalibus edissertata sermonibus. *Tert. Resurr. carn.* 33. Nullam parabolam non ab ipso invenias edissertatam. Al. leg. *edissertam*, alii *edissertatam*.

EDISSERTIO, onis, f. edissertatio, dissertatio. *Hieron.* in *Matth.* 21. Vestis Apostolica vel doctrina virtutum, vel edissertio Scripturarum intelligi potest. V. DISSERTATIO.

EDISSERTO, as, a. 1. freq. ab *edissero*. *Pl. Amph.* 2, 1, 52. Ordine omne, uti quidque actum est, edissertavit. [\**Id. Stich.* 2, 1, 30. Non enim possum, quin revertar, quin loquar, quin edisserem. *Liv.* 22, 54, 8. Non aggrediar narrare, quae edissertando minora vero fecero. Sic *Drak.* quem vid.]

EDISSERTUS, explanatus. V. EDISSERTATUS.

EDITANUS. V. EDETANUS.

EDITICIUS, a, um, adj. qui editur, hoc est promulgatur, aut exhibetur. *Editicii iudices* apud *Cic. Planc.* 15. et *Mur.* 23. sunt, inquit *Serv.* ad *Ecl.* 3, 50., quos una pars eligit. Plenius autem ita dicuntur, qui in causa sodalitatibus (de qua pro *Planc.* sermo est) ab accusatore delecti ex omni populo exhibebantur reo, ut judicarent. Lege enim Licinia cautum erat, ut in crimine sodalitatibus a solo accusatore iudices ederentur, neque delecti a solo ordine iudicantium, ut in ceteris causis, sed ex omni populo, praesertim vero ex iis tribubus, quae a reo largitionibus corruptae esse dicerentur: qui iudices, sine ulla refectione a reo facta, judicarent, ut colligitur ex *Cic. Planc.* 15, 16. et 17. quam rem *Ser. Sulpicius* etiam in causa ambitus

contra *Muraenam* tentaverat, ut *Id. Mur.* 23. docet. [\*Alibi non videntur commemorari.]

EDITIO, onis, f. *ἑδοσις*, actus edendi, seu publicandi, omniumque oculis exponendi. *Cic. Planc.* 15. et 16. Editio iudicum vel tribunalium. V. EDO, edidi. *Liv.* 4, 23. In tam discrepanti editione et Tubero, et Macer libros linteos auctores profiterentur. [\*i. e. *bei einer so verschiedenen Angabe*.] *Tac. Ann.* 3, 37. Diem editionibus, noctem convivii trahere, *h. e.* editionibus ludorum: quo sensu usurpant etiam *Vop. Carin.* 20. et *Symm. ep.* 4, 8. et *Inscr.* ap. *Grut.* 404, 2. P De emissione librorum. *Sen. Ben.* 4, 28. a med. Monumenta ingeniorum publicavit editio. *Quint. ep. ad Tryphon.* Horatius in arte poetica suadet, ne praecipitetur editio. *Id.* 5, 11. sub f. Versus Homeri, qui tamen non in omni editione reperitur. *Plin. ep.* 3, 15. Libelli editione digni. Adde *ep.* 1, 2. P Editio partus, apud *Tertull. adv. Jud.* 1. est ipsa pariendi actio. Sic Editio fetus apud *Ulp. Dig.* 2, 1, 70. P Apud *JCTos* editio est exhibitio, et ostensio actionis, qua actor reum in iure convenit. *Ulp. Dig.* 2, tit. 13. qui est De edendo, 1. Editiones sine die et consule fieri debent. Sic *Id.* ib. 4. Editio rationum. [\**Burm.* ad *Quint.* 1, 1, p. 5.] P Editio operarum, apud *Nerat. Dig.* 38, 1, 50. est exhibitio, et praestatio operarum, quae quis alicui debet, inserendo ei, cui obnoxius est, et sui artificii munus fungendo.

EDITOR, oris, m. qui edit, *h. e.* emittit. *Luc.* 2, 423. Nocturnae editor aurae. Loquitur de fluvio nebulas gignente. P Editores munerum, sive ludorum. *Vopisc. Carin.* 21. Quo futuros editores pudor tangeret, ne patrimonia sua mimis et balatronibus deputarent. *Capitol. Anton. philos.* 23. Populi R. voluptates curari vehementer praecipit per ditissimos editores.

EDITUS, a, um, part. ab *edo*, altus, excelsus, *ὑψηλός*. [\**Edita* loco opponuntur *planis*, ut *celsa humilibus*. *Tac. A.* 15, 27. Corbulo plana, edita, validos invalidosque pari metu complet. Hinc legitur apud eundem *Tac. H.* 3, 71. Locus editus in altum. Cf. *Döderl. Syn.* II. p. 99.] *Cic. Verr.* 2, 4, 48. Locus praecelsus atque editus. *Caec. B. C.* 1, 7. Locis editoribus occupatis. [\**Sen. N. Q.* 7, 5. Editor coeli pars.] *Hirt. B. Al.* 31. Editissimus locus. *Tac. Ann.* 4, 46. *Edita* montium. [\**Nep. Dion.* 9. In edito conclave recubuerat, *h. e.* in edita domus parte, ut *Tac. A.* 6, 21. loquitur.] P Ex edito. *Plin.* 31, 3, 27. Quod ex edito quidam speculantur. P In edito. *Suet. Aug.* 72. Erat illi locus in edito singularis. [\*i. e. locus in altiore domus parte remotus. V. *Interpp.* ad *Nep. Dion.* 9, 1.] P Accipitur etiam pro exhibitio, promulgato *ἑδοσις*. *Vellej.* 2, 94. Editis virtutum experimentis. *Caes. B. C.* 3, 29. Editus in vulgus. *Cic. Tusc.* 3, 1. in lucem. [\**Or. Fast.* 3, 65. Editus patre. i. e. qui jam pro patre habebatur. V. *Burm.* ad *h. l.*] P Item pro electo, ut Editi iudices, *Cic. Planc.* 17. V. EDITICIUS. P Viribus editor *Hor. Sat.* 1, 3, 110. est superior. P Est etiam editus, natus. *Hor. Od.* 1, 1, 1. atavis editae regibus. *Or. Her.* 5, 10. *Edita* de magno flumine Nympha. P Item emissus, egestus. *Plin.* 28, 4, 7. Inter amuleta est, editae quemque urinae inspuere. P *Edita* absolute, mandata, edicta, jussa. *Or. Met.* 11, 647. *Morphea*, qui peragat *Thaumantidos* edita, *Somnus* Eligit. P *Edita actas* ap. *Gell.* 3, 15. est acta, decursa, confecta: ea ratione, qua *edere vitam*, pro finire, dixit *Cic. Fin.* 5, 2. Sunt tamen, qui apud *Gell.* aliter legunt. P [\**Observa* in libris mss. saepe permutari *editus* et *eductus*. V. *Drak.* ad *Liv.* 39, 15.]

EDITUS, us, m. 4. editio, ejection. In ablat. sing. *Ulp. Dig.* 32. 53. a med. In quibusdam provinciis editu boum ad hanc rem utuntur, *h. e.* stercore.

EDO, is, et es, edit, et est, *ἑδι*, *ἔsum*, a. 3. *ἑδοίω*, *φάγω*, *ἴδω*, comedo, vescor. Multas personas, et tempora similia habet verbi *sum*: quae hic subjiciuntur. [\**Cic. Tusc.* 5, 34. Nec esuriens *Ptolemaeus* ederat. *Id. Fin.* 2, 7. *Edere* de patella. *Id. Lael.* 19. Verum est multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiae munus expletum sit. *Auct. ad Her.* 4, 28. Esse oportet ut vivas, non vivere ut edas.] *Cic. Att.* 13, 52. Itaque edit, et bibit *ἄσπετος* et jucunde. *Cels.* 4, 17. extr. *Edisse* etiam lupinum et allium prodest. *Pl. Most.* 1, 1, 61. Bibite, este, effarcite vos. *Id. Cas.* 2, 3, 32. Bibe, es, disperse rem. *Hor. Sat.* 2, 2, 57. Quinquennes oleas est, et silvestria corna. Et *ib.* 116. Non ego (narrantem) temere edit luce profesta Quidquam praeter olus. *Cic. N. D.* 2, 3. Mergi pullos in aquam jussit, ut biberent, quoniam esse nollent. *Ter. Eun.* 3, 4, 2. Ut de symbolis esse minus. *Cato R. R.* 156. Brassicam esto vel coctam, vel crudam. *Val. Max.* 4, 3. extr. Si *Dyonysium* adulare velles, ita non esses. *Pl. Pseud.* 3, 2, 35. Herbas in alium congerunt formidolosus dictu, non esu modo. *Id. Stich.* 1, 3, 29. Nulli negare soleo, si quis esum me vocat. [\*i. e. ad edendum me invitat.] P Significat etiam absumere, consumere,

corrodere. *Virg. G.* 1, 151. ut mala culmos Esset rubigo. *Id. A.* 5, 683. lentusque carinas Est vapor. P Translate. *Id. ib.* 4, 66. est mollis flamma medullas. [\**Heins.* ad *Or. Am.* 1, 15, 41. ad *Cons.* ad *Liv.* 134.] *Val. Flacc.* 5, 364. pulerum longissima quando Robur cura ducis, magnique edere labores. *Mart.* 11, 91. Ipsaque crudeles ederunt oscula morbi. *Sil.* 13, 665. nec edunt oblivia laudem. *Hor. Ep.* 1, 2, 39. si quid est animum, differs etc. *Virg. A.* 12, 801. Nec te tantus edat tacitam dolor. [\**Pl. Amph.* 1, 1, 153. *Edere* pugnus. i. e. perculi pugnus.] *Pl. Aul.* 3, 6, 1. Nimum libenter edi sermonem tuum, *h. e.* attente et avide audivi, hausi, devoravi. Graeci quoque dicunt *φαγεῖν ἄφρατα*. [\**V. Burm.* ad *Quint. Decl.* 268. p. 508.] P Infinitum esse pro *edere* ponitur pro passivo *edi*, et cum aliis infinitis passivis jungitur in illo *Pl. Most.* 4, 2, 42. Et 43. Triduum unum haud est intermissum hic esse, et bibi, scorta duci, pergraevari. Sunt tamen, qui cum *Lambino* leg. *essi* et *bibi*. P *Estur* passive pro *editur*. *Cels.* 5, 27. n. 3. Colubra ipsa tuto estur. *Or. Pont.* 1, 1, 69. Estur ut occulta vitata tere dine navis. P Alias praeterea personas similes verbi *sum* afferunt grammatici, *es* pro *edis*, *estis* pro *editis*, *estote edite*, *essem ederem*. Docent etiam, quae ab *edo* declinata usurpantur, veterum esse: quae verbi *sum* similia, recentiorum, et magis usitata. *Dion.* 1, p. 357. *Prisc.* 10, p. 893. et *Serv.* ad *Virg. c. 4. A.* P Particip. *Edens* ap. *Or. Met.* 2, 768. videt intus edentem *Vipereae* carnes. *Esurus* ap. *eund. Her.* 9, 37. Inter serpentes, aprosque, avidosque leones *Jactor*, et esuros terna per ora canes. Adde *Pl. Rud.* 1, 2, 93. *Edendus* ap. *Or. Her.* 11, 90. *Viscera* montanis ferret edenda lupis. P *Eserim* pro *ederim* tribuitur *Appul. Met.* 4, p. 152, 32. Quamquam hordeum jurulentum semper *eserim*. Al. leg. *ederim*. P *Esus sum* in praeter. pro *edi*, *Sol.* 17. ad f. *Quas* (carnes) ubi esae sunt (tigres), fauces earum angina obsidentur. [\**V. Salm.* p. 212.] P In supino *estum* quoque dici pro *esum*, docet *Prisc.* l. c. P *Edim*, *is*, *it*, pro *edam* comicum est. *Pl. Aul.* 3, 2, 16. *Poen.* 3, 1, 34. (ubi *edimus* pro *edamus*) et 4, 2, 45. *Capt.* 3, 1, 1. et alibi: item *Caec. Nov.* (qui *editis* dixit pro *edatis*) et *Pomp.* ap. *Non.* 10, 18. Tribuitur et *Virg. A.* 12, 801., item *Hor. Epod.* 3, 3., sed dubia lectione. [\**Sed edit* pro *edat* legitur etiam *Hor. Sat.* 2, 8, 90. ad quem loc. V. *Heind.*] *Cic.* dixit *comedim*. V. COMEDO.

EDO, is, edidi, editum, a. 3. *ἑδοίω*, ab *e* et *do*, quasi extra *do*, emitto, profero. [\**Plin.* 10, 52. Feminam edunt, quae rotundiora gignantur ova.] *Cic. Div.* 2, 23. *Edere* magnum clamorem. *Id. Q. Fr.* 2, 10. miros risus. *Colum.* 5, 6. Ulmus edit frondem. *Or. Fast.* 1, 444. dulces modos. *Id. Met.* 4, 587. questus. *Id. ib.* 9, 207. gemitus. Et *ib.* 4, 450. *latratus*. Et *ib.* 2, 669. *hinnitus*. *Val. Fl.* 5, 457. Cum se Sole satus patriis penetrabilibus edit, *h. e.* exit. Al. leg. *infert. Liv.* 38, 13. *Maeander* ex arce *Celaenarum* ortus, in sinum maris editur, *h. e.* erumpit, influit. [\**Plin.* 28, 4. *Edere* urinam, i. e. mejerere.] *Colum.* 2, 15. de *stercore*. Quod gallinae ceteraque volucres edunt, *h. e.* egerunt. P *Edere* corpus in equum, est attollere. *Tibull.* 4, 1, 114. Ipse tamen relox celerem super edere corpus *Gaudet* equum. [\*i. e. insilire.] Hinc *editus*, altus. P Pro *mori* eleganter dicimus cum *Cic. Phil.* 12, 9. Extremum vitae spiritum edere. [\**Interpp.* ad *Or. Met.* 14, 777. *Her.* 9, 61. *Burm.* ad *Vell. Pat.* 2, 36.] *Id. Sext.* 38. animam. Et *Fin.* 5, 2. vitam. P Pro parere. *Id. N. D.* 2, 52. *Edere* partum. Et poetice *Virg. A.* 7, 660. quem partu sub luminis edidit oras. *Or. Met.* 6, 336. edidit geminos. *Virg. A.* 8, 137. *Electram* maximus *Atlas* Edidit, *h. e.* genuit. *Vet. Poeta* ap. *Cic. Div.* 2, 30. *Edere* luci. Alius ap. *eund. Tusc.* 1, 48. *Edi* in lucem, i. e. nasci. P Pro ferre, gignere. *Cic. N. D.* 2, 63. Oves nullum fructum edere ex se, sine cultu hominum et curatione potuissent. *Suet. Gramm.* 23. Vitem manu ejus institutam satis constat trecenta sexaginta vasa edidisse. [\**Justin.* 2, 2. Haec continentia illis morum quoque justitiam edidit, nihil alienum concupiscentibus, ubi *edidit* positum pro: progenit. Alii scripserunt *dedit*, quod pro interpretatione habendum.] P Pro fari, dicere. *Virg. A.* 5, 799. *Saturnius* haec edidit. Et *ib.* 7, 194. Atque haec ingressis placido prior edidit ore. *Val. Fl.* 4, 24. tales edere voces. *Cic. Tusc.* 2, 8. Quas hic voces apud *Sophoclem* in *Trachiniis* edit? *Or. Fast.* 4, 318. Hos edit, crine jacente, sonos. Et 910. Edidit haec flamen verba. P Ponitur etiam saepe pro dicere, narrare, exponere, proferre. *Cic. Leg.* 3, 20. Edant et exponant, quid in magistratu gesserint. *Hor. Sat.* 2, 5, 61. Quid tamen ista velit sibi fabula, si licet, edam. *Id. ib.* 4, 10. et *Or. Met.* 3, 580. *Edere* nomen et patriam alicujus. *Id. ib.* 61. quis sis, nondum quaerentibus edo. [\**V. Broukh.* ad *Tib.* 2, 7, 55.] *Id. Fast.* 3, 855. Mittitur ad tripodas, certa qui voce reportet, Quam sterili terrae *Delphicus* edat opem, *h. e.* monstret. *Cic. Leg.* 2, 7. extr. *Leges* eden-





homines educi, qui cum magistratibus eorum rogatu aut jussu in provincias proficiscuntur; quemadmodum contra deduci, qui e provincia jubentur cum aliquo Romam venire. *Cic. Pis.* 34. Sed ei medico, quem tecum eduxeras, imperasti. Haec sunt *Ern. in Clav.* P Cum ablat. sine praeposit. quae laet in ipso verbo. *Virg. ib.* 10, 744. Eduxit corpore telum. *Id. A.* 11, 20. pubemque educere castris. *Plin.* 2, 12, 9. classem portu. *Id.* 7, 20, 19. Milonem athletam, cum constitisset, nemo vestigio educebat, *h. e.* eo loco movebat, quo pedem posuerat. *Val. Fl.* 7, 453. Educere aliquem leto, *h. e.* liberare. P Et cum dativo. *Sen. Vit. beat.* 2. ad f. Ut me multitudini educerem et aliqua dote notabilem facerem. P Educere se, *h. e.* se proripere. *Ter. Hec.* 3, 3, 4. Qua me propter exanimatum citius eduxi foras. P Significat etiam traducere, agere. [*\*Sen. Ep.* 122. Tempus educere epulis. *V. Gron. ad Sen. Tr. An.* 3.] *Val. Fl.* 1, 251. et *Stat. Th.* 2, 74. Ludo educere noctem. *Prop.* 2, 7, 97. si forte pios eduximus annos. [*\*V. Burm. Sec.* ad *h. l.*] *Sil.* 11, 405. sub hiberno somno educere coelo. [*\*i. e.* totam noctem dormire sub coelo frigido.] *Val. Fl.* 2, 371. nimboque educere luxu. [*\*V. Markl. ad Stat. Sil.* p. 293.] P Item erigere, attollere. *Virg. A.* 6, 177. aramque sepulcri Congerere arboribus, coeloque educere certant. *Plin.* 19, 8, 42. Thyrsus asparagi caulem educens. [*\*V. Drak. ad Liv.* 32, 11, 3.] P Item exhaurire, ebibere. *Pl. Stich.* 5, 5, 18. et 5, 6, 1. Educere poculum. *Id. Amph.* 1, 1, 174. hirneam vini meri. P [*\*Item* derivare. *Paul. Dig.* 8, 3, 29. Aquam educere in fundum inferiorem recte licet.] P Item alere, educare. *Cic. Or.* 2, 28. Non est boni parentis, quem procreavit et eduxerit, eum non et vestire et ornare. *Virg. A.* 8, 413. parvos educere fetus. *Ter. Ad.* 1, 1, 23. Hunc adoptavi mihi, eduxi a parvulo, habui, amavi pro meo. *Pl. Curc.* 4, 2, 32. Bene ego istam eduxi meae domi et pudice. V. EDUCATOR. P Item gignere. *Sen. Apocol. ante med.* Quae patria, quae gens mobile eduxit caput? [*\*Plin.* 9, 10. de testudinibus. Educunt foetus annuo spatio. *Id.* 10, 25. de avibus quibusdam. Quum foetum eduxere, abeunt. *Id.* 10, 54. Aestate undevicesimo die educunt foetum.] P Translate. *Catull.* 64, 90. Aurave distincto educit verna colores. P Educere pro educ, habet *Pl. Pers.* 4, 1, 11. et *Stich.* 5, 6, 1. P Educier pro educi, parageo est apud *Pl. Truc.* a. 5. v. 16. P Part. educturus apud *Cic. Div.* 2, 30. Cum in expeditionem (exercitum) educturus esset Sulla. *Educentus* ap. *Cels.* 7, 7. n. 14. Postea educenda recta acus est. P [*\*Confunduntur a librariis educere et ducere. Drak. ad Liv.* 40, 25, 10. et *deducere. Id. ib.* 3, 62, 5. — et *edocere, id. ib.* 21, 27, 4.]

EDUCTIO, onis, f. *Cato* ap. *Fest.* in *Properam*. Tertia e castris eductio celeris, properaque est. *Adde Lact.* 4, 10. *ante med.* P *Pall.* 7, 7. Si apes unius uberis educatione pendebunt, noris, unum regem esse universis: si vero duo, vel plura ubera suspendens se populus imitator etc., *h. e.* conformatione examinis in modum uberis.

EDUCTOR, oris, m. idem ac educator, ut *educere* interdum idem est atque *educare*, et *eductus* idem atque *educatus*. V. EDUCO, is, et vocem seq. *Front.* 1. *ad amic.* (ed. iterum *A. Maio*) ep. 15. Quo studio me a prima infantia devinctum fuisse saepe audivi ex his, qui mihi eductores, aut magistri fuerunt. F.]

EDUCTUS, a, um, part. ab *educ*, is, *ἐξαχθεὶς*, extra ductus, extractus. *Cic. Div.* 1, 44. Lacus ita eductus, ut ad mare pervenire non possit. *Or. Met.* 11, 455. Pinus educta navalibus. P Item erectus, sublatus, altus. *Virg. A.* 2, 460. summisque sub astra Eductam tectis turrim. *Sen. Herc. Oet.* 494. Ultra nubes eductus Othrys. *Tac. A.* 2, 61. Instar montium eductae pyramides. P Ad illud *Virg. A.* 6, 630. Cyclopus educta caminis Moenia. V. dicta in CYCLOPS. P Item altus, educatus. *Ter. Andr.* 5, 4, 8. Adolescentuli libere educti. *Tac. A.* 6, 15. Cassius severa patris disciplina eductus. *Adde Liv.* 21, 43. a *med.* V. voc. praec. [*\*V. Drak. ad Liv.* 21, 43. *Ruhn.* *dict.* in *Ter. Andr.* 1, 5, 39. P Observa *eductus* et *editus* saepe permutari in libris mss. *V. Drak. ad Liv.* 39, 15. Item *eductus* et *edictus. Id. ib.* 39, 15, 11. et *conductus, Id. ib.* 33, 4, 5.]

EDULCO, as, *γλυκάλω*, dulce facio, indulco, obdulco, *Cn. Mattius* ap. *Gell.* 15, 25. et *Non.* 2, 295. Quapropter educare convenit vitam, Curasque acerbis sensibus gubernare.

EDULIA et } V. EDUSA.  
EDULICA. }

EDULIO, onis, f. dimin. edulii. Est cognomen femininum Romanum. *Inscr.* apud *Giovenazium*, *Aveja* p. 41. C. Curio Suro, Buclejae Edulioni. V. BASIO. F.]

EDULIS, e, adj. *βρώσιμος*, esui aptus. *Hor. Sat.* 2, 4, 43. Vineae submittit capreas non semper edules. P *Edulia*, um, res edules: videntur autem significari omnia, quae cibi gratia apponun-

tur, praeter panem. *Afran. ap. Non.* 1, 117. Commercatis conquisite edulibus. *Varro* quoque habet *L. L.* 5, 8. et *Gell.* 7, 16. [*\*Ulp. Pand.* 1, 16, 6, 3. Ne donum accipiat proconsul, pertinet ad ea, quae edulium excedunt usum.] P Dicitur etiam *edulium*, ii. *Varr. L. L.* 6, 3. Syncerastum est omne edulium, antiquo Graeco vocabulo. [*\*Fulgent. Exp. serm. antiq.* p. 779. Edulium ab edendo dicitur praegustativa comestio.] *Gell.* 19, 9. Ubi edulii finis et poculis, mox sermonibus tempus fuit. *Suet. Cal.* 40. Pro eduliiis, quae tota urbe venirent, certum statumque exigebatur. *Appul. Met.* 5, p. 160, 9. Eduliorum variorum fercula copiosa.

EDULIUM. V. in voce praec.

EDURE, adv. dure. *Or. A. Am.* 3, 476. Nec tamen edure, quod petit illa, nega. Alia lectio habet: Nec tamen eduro, quod petit, ore nega.

EDURESCO, is, n. durus fio. Est *Coelii Aur.* *Acut.* 2, 34.

EDURO, as, avi, atum, a. i. *σκληρόω*, valde durum facio, ad laborem assuefacio. *Colum.* 11, 1. A pueritia rusticis operibus edurandus futurus villicus. Alii minus recte leg. *educandus*. P Est etiam neutrum pro perdurare. *Senec. Brev. vit.* 1. Ut quina, aut dena saecula edurent. Al. melius leg. *educerent. Tac. G.* 45. Solis fulgor in ortus edurat. *Gell.* 14, 1. *ante med.* Ut neque tanto aevo potuerint edurare.

EDURUS, a, um, adj. *σκληρός*, durus, valde durus. *Virg. G.* 4, 144. Eduramque pyrum, et spinos jam pruna ferentes. P Translate. *Or. A. Am.* 2, 527. Postibus edurae supplex blandire puellae. Al. leg. *et durae. V. EDURE.* P Quidam apud *Serv.* ad *Virg. G.* 2, 65. *edurum* interpretantur, non durum, ut *enodis* est sine nodis. Sed deest his certus ad confirmandum scriptoris locus.

EDUSA, ae, f. Dea, quae esui praeerat, sicut *Potina* Dea potus, *Cuba* Dea cubae. Hisce tribus pueros initiare solebant, ubi primum e cunis, et a lacte transierant. *Varr. ap. Non.* 2, 310. P Eandem Deam *Don.* ad *Ter. Ph.* 1, 1, 15. vocat *Eduliam*, et *August. Civ. D.* 4, 11. *Educam*: ubi alii leg. *Edulicam*.

EDYLLIUM et Idyllium, ii, n. *εἰδύλλιον*, ab *εἶδος*, species: est poematum, quo aliquid describitur, et poeticis coloribus pingitur. Sic appellatur varia opuscula, brevia illa quidem, epigrammatis tamen longiora, singula singulis de rebus tractantia, ita ut unum ad alterum non referatur. Ita sua inscripsit *Ausonius*, in quibus varii argumenti carmen composuit, versus Paschales, *Epicedion* in patrem, suae villulae descriptionem etc. V. ECLOGA. [*\*Accuratissime de significatione vocis Idyllium exposuit Wissowa in libello qui inscriptus est: Theocritus Theocriteus. Vratislav.* 1828.] P Rectius prima syllaba per e scribitur, quam per i, quia Graeca diphthongus saepius in illam, quam in hanc vocalem vertitur.

EE

EETION, onis, m. *Ἰετιών*, pater *Andromaches*, qui apud *Thebas* Ciliciae regnavit. Hinc EETIONEUS, a, um, adj. possess. *Or. Met.* 12, 110. Eetioneas implevi sanguine *Thebas*.

EF

EFFABILIS, e, adj. qui dici potest. *Appul. Apol.* p. 315. Paucis cogitabilis, nemini effabilis. *Not. Tir.* p. 136. Affabilis, effabilis, ineffabilis. *Adde Virg. l.* in AFFABILIS.

EFFAECATUS, a, um, adj. faecibus purgatus. *Appul. Dogm. Plat.* 2, p. 22, 37. Purgata et effaecata animi voluptas.

EFFAFILATUM, exsertum, quod scilicet omnes exserto brachio sint exfilati, idest extra vestimentum filo contextum. Haec *Festus*: ubi alii rectius legunt *expapillatum*, quam vocem vide suo loco.

EFFAMEN, inis, n. dictio, pronuntiatio, effatum. *Capell.* 4. in. Haec quoque contortis stringens effamina nodis.

EFFARCIO vel Effercio, is, rsi, rtum, a. 3. *σάπρω*, impleo, vel valde impleo. *Caes. B. G.* 7, 23. Intervalla haec grandibus saxis effarciuntur. *Pl. Most.* 1, 1, 62. Bibite, este, effercite vos, saginam caedite.

EFFARIS, atur, atus sum, dep. i. *φορέω*, ab *ex* et *fari*, loquor, dico. *Ex Cic. Or.* 3, 38. discimus, inter prisca, aut poetica enumerandum esse, ita tamen, ut aliquando in oratione dignitatem habeat, si loco ponatur. [*\*Respexit h. l. Quinct.* 8, 3, 27. Quaedam tamen adhuc vetera vetustate ipsa grata nitent; quaedam etiam necessario interim sumuntur *nuncupare* et *effari*, ut scribendum vidit *Gesner.* pro vulg. *fari.*] *Virg. A.* 4, 76. Incipit effari, mediaque in voce resistit. Et 456. Hoc visum nulli, non ipsi effata sorori. *Id. ib.* 6, 560. Quae scelerum facies! o virgo, effare. Et *ib.* 10, 523. Et genua amplectens effatur talia supplex. *Liv.* 5, 15. ad f. *Celanda* effando nefas contrahi, *h. e.* evulgando. *Lucr.* 5, 105.

Sed tamen effabor: dictis dabit ipsa fidem res. *Plin.* 3, 21, 25. Populorum pauca effatu digna, aut facilia nomina. *Lucan.* 8, 347. Nil animis fatisque tuis effabere dignum. Praeterea *effamini* habet *Arnob.* 7. p. 248. *effaris*, *Appul. Met.* 7. et *effantur, Id. de Mundo*, et *effantes, Id. ib.* et *effor* dictum fuisse a veteribus, testatur *Diomed.* 1. p. 735. P Est etiam verbum dialecticum, et significat pronuciare, certis verbis efferre. *Cic. Acad.* 4, 30. Ut verum esse concedat, quod ita effabimur: aut vivet cras *Hermachus*, aut non vivet. (Hinc *effatum.*) *Id. Dom.* 55. *extr.* Neque instituta caeremonias persequi, neque verbum ullum solemne potuit effari. P *Effari templum* dicuntur augures, cum certis verbis ejus fines designant, et consecrant, ut *Varr. L. L.* 5, 7. significare videntur. *Cic. Att.* 13, 42. *extr.* Opinor, augures nihil habere ad templum effandum. V. EFFATUS.

EFFASCINATIO, onis, f. idem ac fascinatio. *Plin.* 37, 10, 54. Eam contra effascinationes auxiliari volunt. *Adde 19, 4, 19. n. 1.*

EFFASCINO, as, a. i. *βασκαίνω*, idem quod fascino. *Plin.* 7, 2, 2. Esse in *Illyriis*, qui visu quoque effascinant, interimantque quos diutius intueantur. [*\*Et paulo ante: Quasdam familias effascinantium.*] *Gell.* 9, 4. Hominum familiae voce atque lingua effascinantium.

EFFATIO, onis, f. actus effandi. Affertur a *Servio* ad *A.* 3, 463. tanquam vox usitata in loquendo.

EFFATUM, i, n. *λεκτόν, ἀζώμα*, pronuntiatio, dictum. *Cic. Acad.* 4, 29. Fundamentum dialecticae est, quidquid enunciatur (id autem appellatur *ἀζώμα*, quod est quasi effatum) id verum esse aut falsum. *Sen. ep.* 117. *ante med.* Enunciativum quiddam de corpore, quod alii effatum vocant, alii enunciatum, alii edictum. P *Effata vatum* sunt dicta, et vaticinia. *Cic. Leg.* 2, 8. Interpretari fatidicorum, et vatum effata incognita. P *Effata augurum* sunt eorum certa verba, et preces, quibus locum aliquem sacrum esse effantur. *Varr. L. L.* 5, 7. et *Serv.* ad *A.* 6, 197.

EFFATUS, a, um, part. ab *effor*, locutus. *Virg. A.* 3, 463. Quae postquam vates sic ore effatus amico est. P Passive. *Liv.* 1, 24. Multis verbis foedus peragit, quae longo effata carmine, non operae est referre, *h. e.* pronuntiata, dicta. Alii leg. *effatus*. P *Effatum templum* est locus quilibet ab augure certis verbis ac precibus definitus, designatus et consecratus. *Cic. Leg.* 2, 8. Augures, urbemque, et agros templa liberata, et effata habento. *Fest.* in *Minora*. Templum est locus ita effatus, aut ita septus, ut ex una parte pateat, et *Liv.* 10, 37. *extr.* Fanum, id est locus templo effatus. *Gell.* 13, 14. Pomoerium est locus intra agrum effatum, per totius urbis circuitum, etc. Et *ib.* Intra effatos fines urbis includere. *Serv.* ad *A.* 6, 197. Effatus ager dicebatur, ubi captabantur auguria. *Id. ad ib.* 3, 463. Effata dicuntur loca sacra, id est ab auguribus inaugurata. P *Effatus* quoque scriptum legitur, q. v.

EFFATUS, us, m. affatus, sermo. *Appul. Met.* 4, p. 157, 32. Effatu sanctae vaticinationis accepto. Al. leg. *affatu. Tert. Anim.* 6. Ab anima est impingi pedes in incessum, oculos in conspectum, linguam in effatum.

EFFECTE, adv. perfecte. *Ammian.* 16, 5. Cum haec effecte pleneque colligeret. *Appul. Flor.* n. 16. p. 357, 1. Sed de hoc tum ego perfectius, cum vos effectus, *h. e.* cum vos rem magis ad effectum perducetis. V. EFFETE.

EFFECTIO, onis, f. *ἀποτελεσματός*, actus efficiendi, efficiencia. *Cic. Fin.* 3, 14. Quemadmodum opportunitas non fit major productione temporis, sic recta effectio, (*κατὰρθωσιν* enim ita appello, quoniam rectum factum *κατὰρθωσις*) recta igitur effectio, item convenientia, denique ipsum bonum crescendi affectionem nullam habet. Et *ib.* 7. Artis effectio. *Id. Acad.* 1, 2. Materia ea, quam fingit et format effectio. [*\*Effectio* hic est causa efficiens quam hodie dicunt.]

[EFFECTITO, as, a. i. frequent. ab *effecto. Not. Tir.* p. 36. Effectitat. F.]

EFFECTIVE, adv. *ποιητικῶς*, efficiendo, opus aliquod edendo. *Quint.* 2, 18. Sed effective quoque aliquid simile, scriptis orationibus, vel historiis consequetur.

EFFECTOR, oris, m. qui efficit, *ποιητής. Cic. Or.* 1, 33. Stilus est praestantissimus dicendi effector et magister. *Id. Univ.* 5. *extr.* Effector mundi, molitorque Deus. Et *ib.* 11. Horum operum parens et effector. [*\*Id. Div.* 2, 26. Magna stultitia est earum rerum deos facere effectores, causas rerum non quaerere.]

EFFECTRIX, icis, f. *Cic. Fin.* 2, 17. Pecunia est effectrix multarum et magnarum voluptatum. *Id. Univ.* 10. Terra diei noctisque effectrix.

EFFECTUM. V. v. seq.

EFFECTUS, a, um, part. ab *efficio*, factus, perfectus. *Cic. Div.* 2, 47. Urbs effecta ex latere et caemento. *Plin. ep.* 8, 4. Non posse perinde inchoata placere, ut effecta. *Id. ep.* 2, 3. Syllogismi circumscripti, et effecti, *h. e.* absoluti et

perfecti. *Ter. Andr.* 4, 2, 2. Effectum aliquid reddere, h. e. efficere. Sic *Id. Eun.* 2, 1, 6. Effectum dare. *Appul. Flor.* n. 15. p. 350, 38. Statua, qua nihil videor effectus cognovisse. [\**Adde ib.* 3. p. 351, 2.] *Quint.* 12, 10. a med. Aure nitidius aliquid, atque effectus postulantes. P *Effectae res* sunt ipsi effectus. *Cic. Top.* 4. Ab effectis rebus argumentum ducere. P *Effectum*, i, n. absolute. *Id. ib.* 3. Alia argumenta ducuntur ex causis, alia ex effectis. Adde *Quint.* 6, 3. et 7, 3.

**EFFECTUS**, m. ἀποτέλεσμα, res effecta. *Cic. Fin.* 3, 9. Ut peccatum est patriam prodere, parentes violare, fana depeculari, quae sunt in effectu; sic timere, moerere, in libidine esse peccatum est, etiam sine effectu. *Planc. ad Coss.* etc. *Fam.* 10, 8. Multa me, ut ad effectum horum consiliorum pervenirem, et simulasse invitum, et dissimulasse cum dolore. [\*i. e. ut perficerem.] *Liv.* 31, 46. ad f. Opera in effectu erant circa Oreum. *Id.* 33, 33. extr. Hoc spe concipere, audacis animi fuisse, ad effectum adducere, virtutis. *Id.* 40, 22. extr. Omni genere laboris, sine ullo effectu, fatigatis militibus. [\*i. e. nulla re impetrata.] *Or. Am.* 2, 3, 16. Non caret effectu quod voluere duo. *Phaedr.* 5, 20. Effectus impedit segnis mora. *Cic. Tusc.* 2, 1. Effectus eloquentiae est audientium approbatio. *Prop.* 3, 7, 27. Et tibi ad effectum vires det Caesar, h. e. ut possis efficere, Et *ib.* 22, 10. tabellae semper et effectus promerere bonos. *Sen. Ben.* 7, 13. Quaedam ejus conditionis sunt, ut effectum praestare debeant: quibusdam pro effectu est, omnia attentasse, ut efficerent. *Pallad.* 4, 12. Si in primordiis effectui sibi cessisse senserit. *Petr. Sat.* 140. Cum res ad effectum spectaret. P Apud *Jctos cum effectu* est facto ipso, re ipsa. *Ulp. Dig.* 2, 2, 1. Haec verba, quod statuerit, cum effectu accipimus, non verbo tenuis. *Paul. ib.* 40, 7, 1. Fraus cum effectu, lege Aelia Sentia, accipitur. P Est item effectus vis efficiendi, quae in quaque re inest. *Cic. Div.* 2, 20. extr. Scammoneam, aristolochiamque radicem, quorum causam ignorares, vim et effectum videres. *Plin.* 36, 22, 47. Cotes aqua trahentes aciem acerrimo effectu. *Id.* 27, 13, 119. Omnes herbae vehementiores effectu, viribusque sunt in frigidis locis. *Id.* 20, 21, 85. Bulapathon, effectu erga dysentericos. [\*Saepe hoc sensu apud *Scribon.* 83. Resolvit radicis effectum 35. Plurimum dierum effectum praestat.] *Or. Met.* 15, 329. fluit effectu dispar Lyncestius annis. *Plin.* 26, 8, 33. Eosdem effectus praestat. *Or. Pont.* 4, 15, 35. Seu tamen effectus habitura est gratia, seu me, etc. P [\*Item utilitas, quo sensu apud seriores aetatis scriptores nonnunquam ponitur. V. *Munck. ad Lactant. Narr. fab.* p. 827.]

**EFFECUNDO**, as, a. 1. fecundo, fecundum reddo. *Vopisc. Prob.* 21. Cum Sirmium venisset, ac solum patrium effecundari cuperet, et dilatari.

**EFFEMINATE**, adv. muliebriter, molliter, languide, μαλακός. *Cic. Off.* 1, 4. Ne quid indecore, effeminateve faciat. *Sen. Cons. ad Polyb.* 36. Molliter et effeminate ferre aliquid. *Val. Max.* 2, 7, n. 9. Effeminate timere mortem.

**EFFEMINATIO**, onis, f. mollities, μαλακία, ἀπογυναικισμός. *Firm. Math.* 7, 16. Effeminatio corporis. *Hieron. in Isaj.* 14, 52, 2. animi.

**EFFEMINATUS**, a, um, part. ab effemino, μαλακός, γυναικιστός, muliebris et molli animo praeditus, delicatus, mollis. *Cic. Off.* 1, 35. Ne quid effeminatum et molle, et ne quid durum aut rusticum sit. *Id. Tusc.* 4, 30. Videndum, ne quid humile, summissum, molle, effeminatum, fractum, abjectumque faciamus. [\**Id. Phil.* 3, 5. Intolerabile est servire impuro, impudico, effeminato.] *Id. Planc.* 35. Vox nefariis stupris effeminata. *Quint.* 9, 4. ad f. Compositio effeminata et enervis. *Cic. Tusc.* 2, 22. Opinio effeminata et levis. *Plin. Paneg.* 46. Effeminate artes. Et *ib.* 54. Effeminatis vocibus, modis, gestibus frangi. *Tertull. Spectac.* 25. Effeminatus histrio. *Val. Max.* 9, 3. extr. Multitudo Cypriorum effeminator. *Q. Cic. ad Tir. Fam.* 16, 27. Quos ego novi libidinis, et languoris effeminatissimi animi plenos. P *Effeminatus*, i, absolute est qui corpore est effeminato. *Colum. praef.* 1. Attoniti miramur gestus effeminatorum, quod a natura sexum viris denegatum muliebris motu mentiantur, decipiantque oculos spectantium, h. e. histrionum. P Est etiam qui muliebris patitur, pathicus. *Suet. Aug.* 68. et *Auct. Priap.* 59, 2.

**EFFEMINO**, as, avi, atum, a. 1. ἐφθηνώω, feminam reddo. *Cic. N. D.* 2, 26. de aere. Effeminarunt autem eum, Junonice tribuerunt, quod nihil est eo mollius. P Translate est enervare, mollem instar feminae reddere. *Sall. Cat.* 11. Pecunia quasi venenis malis imbuta, corpus animumque virilem effeminat. (V. ad haec verba. *Gell.* 3, 1.) *Caes. B. G.* 1, 1. Quae ad effeminandos animos pertinent. *Cic. Fin.* 2, 29. Fortitudinis praecepta sunt, quae effeminari virum vetant in dolore. *Id. fragm. orat. in Clod.* (edente *A. Peyronio*) p. 115. Qui effeminare vultum, attenuare

voce, laevare corpus potes. *Quint. prooem.* 8. Translucida et versicolor elocutio res ipsas effeminat. *Claudian. Eutrop.* 1, 9. trabeata per urbem Ostentatur anus, titulumque effeminat anni, h. e. dedecorat. P Alii scribunt effoemino. V. FEMINA.

**EFFERASCO**, is, n. 3. inchoativum ab efferro, as, ἐφθηνώω, ferus fio. *Ammian.* 18, 7. Leones immanius efferascunt. Alii perperam leg. efferescunt.

**EFFERATE**, adv. ferarum more, crudeliter. *Lact.* 5, 20. Saeviant efferate adversus non colentes.

**EFFERATIO**, onis, f. feritas. *Tertull. Poen.* 12. de Nabuchodonosore. Unguim aquilinum in modum efferatione, et capilli incuria horrorem leoninum praeferebat.

**EFFERATUS**, a, um, partic. ab efferro, efferus. *Cic. N. D.* 1, 23. Gentes immanitate efferatae. [\**Id. Tusc.* 4, 14. Multa efferata et immania.] *Liv.* 5, 27. Odio iraque efferati. Et 34, 24. Moribus ritibusque efferatioribus, quam ulli barbari. [\**V. Gron. et Drak. ad Liv.* 21, 9, 3.] *Petr. Sat.* 94. Ex dolore in rabiem efferatus. *Senec. ep.* 121. Affectus efferatissimos inhibere. *Curt.* 6, 3. Efferatos mollior consuetudo permulcet. *Id.* 3, 11. Equi confossi hastis, et dolore efferati. *Senec. Herc. fur.* 397. efferatas rabida voces amove. *Petr. Sat.* 82. Dum attonito vultu, efferatoque nil aliud, quam caedem cogito.

**EFFERAX**, acis, adj. omn. gen. idem ac efferatus: ab efferasco. *Jul. Valer. res gest. Alex. M.* (ed. *Maio*) 3, 37. Habebis etiam canes in hominibus efferatissimos nonaginta. Fortasse legendum efferatissimos (sed V. *Belvacens. spec. hist.* 4, 52. B. A.) vel efferocissimos. F.

**EFFERCIO**. V. EFFERASCO.

**EFFERESCO**. V. EFFERASCO.

**EFFERITAS**, atis, f. feritas, saevitia. *Lact. Mort. persec.* 9. de Maxim. Inerat huic bestiae naturalis barbaries, efferitas a Romano sanguine aliena. Al. rectius leg. efferitas.

**EFFERO**, as, avi, atum, a. 1. ἐφθηνώω, efferum, vel crudelem instar ferae facio, feritatis speciem induco. *Liv.* 2, 23. Promissa barba et capilli efferaverunt speciem oris. [\**Cf. Drak. ad Liv.* 5, 33, 11.] *Suet. Cal.* 50. Vultum natura horridum ac tetrum, etiam ex industria efferabat, componens ad speculum in omnem terrorem ac formidinem. *Liv.* 25, 26. Postremo ita assuetudine mali efferaverant animos, ut, etc. *Curt.* 9, 19. Solitudo efferat ingenia. Et *ib.* 8, 2. Ferocia ingenia veniae desperato efferaverat. [\**Liv.* 33, 29. in. Efferavit ea caedes Thebanos ad execrabile odium Romanorum. Ubi observa structuram cum praepos. ad. Haud assimilis locus *Petron. s. v. Efferatus* allatus.] P Efferare argentum *Appul. dixit Met.* 5. sub init. in ferarum speciem conformare. [\*Haec significatio primo loco ponenda erat. *Heins. ad Val. Fl.* 2, 661. similem locum ex *Stat. Ach.* affert: Raptum templis Mars efferat aurum.] P Translate. *Cic. N. D.* 2, 39. Homines quasi cultores terrae constituti, non patiuntur eam nec immanitate belluarum efferari, nec stirpium asperitate vastari. *Plin.* 26, 14, 87. Efferantia se ulcera. τὰ ἐφθηνώδη ἕλκη.

**EFFERO**, ers, extuli, elatum, a. anom. ἐφθηνώω, extra fero, profero, produco. *Pl. Amph.* 2, 1, 82. Ex navi efferantur quae imperavi. [\*Saepe absolute ponitur efferre in terram, cogitatio ex navi. *V. Drak. ad Liv.* 29, 14, 11.] *Caes. B. C.* 1, 78. Ab Herda efferre frumentum. *Ter. Hec.* 4, 1, 48. Efferre puerum extra aedes. *Colum.* 8, 17. extr. pisces de custodia. *Grat. Cynege.* 373. a Stygia letum Proserpina nocte Extulit. *Pl. Mil.* 2, 5, 53. Machaeram huc effer. *Id. Ep.* 5, 1, 27. et *Truc.* 3, 1, 16. Efferre argentum ad aliquem. *Cic. Att.* 6, 8. Qui pedem porta non plus extulit, quam domo sua. *Pl. Bacch.* 3, 3, 19. Efferre pedem aedibus. [\**V. Heins. ad Cons. ad Liv.* 222.] *Tac. A.* 15, 7. se vallo, h. e. exire, erumpere. *Liv.* 3, 5. Legatum longius extulit cursus. [\**V. Drak. ad Liv.* 37, 16, 4. P Hinc ostendere. *Petr.* 89. Jam plena Phoebe candidum extulerat jubar. Ita passim sidera, luna et sol efferre os, lumen, radios dicuntur. *Burm. ad Quint.* 11, 2. p. 984. P Hinc se efferre, se ostendere, nasci. *Cic. Lael.* 27. Quum se extulit ostenditque lumen suum virtus. *Id. Brut.* 7. Qua in urbe primum orator se extulit. Referas huc locum *Or.* 2, 21. qui meo sensu non recte positus est ad f. §. 6.] P Saepe est extra domum aut urbem ferre sepeliendi causa: quia mos erat extra urbem ferre cadavera. *Nep. Arist. extr.* In tanta paupertate decessit, ut qui efferretur, vix reliquerit. *Pl. Most.* 4, 3, 9. Unum vidi mortuum efferri foras: modo eum vixisse aiebant. *Cic. N. D.* 3, 32. Cur Maximus extulit filium consularem? *Nep. Eum.* 4. Pro hominis dignitate, amplo funere extulit ossaque in Macedonia uxori remisit. [\**Interpp. ad Petr.* 111. *Ruhnk. dict. in Ter. Andr.* 1, 1, 90. *Kirchm. de Funer. init.* l. 2.] P Significat etiam producere, quignere. *Cic. Brut.* 4. Ager cum multis annos quievit, uberiore efferre fruges solet. *Virg. G.* 2, 167. Haec (Italia) genus acre virum, Marsos pubemque Sabellam Extulit: haec Decios, Marios etc. *Phaedr. Epil.* 2, 16. Sinistra quos in lucem

EFFUGIO, is, ugi, n. 3. fugio, evado, elabor, *ἐκφυγίω*, idem ac fugio. *Cic. Manil.* 9. Effugere e manibus. Et *Phil.* 2, 29. de proelio. [\*De structura vid. *Ruddim.* II. p. 330.] *Pl. Merc.* 3, 4, 75. Clam patrem patria hac effugiam. *Cic. Sext.* 54. ad f. A quibus vix vivus effugit. [\*h. e. apud quos quum esset, vix eos effugit. Eadem est ratio quum dicitur *eripere aliquem ab aliquo*. Cf. s. h. v.] *Ter. Eun.* 5, 5, 3. Huc effugi foras. *Hirt. B. G.* 8, 35. Effugit inde cum paucis Luterius. [\*Effugere via, quod dictum ut: ducere clivo. *Liv.* 8, 26, 4. Nolani per aversam partem urbis via Nolam ferente effugiunt, ubi vid. *Drak.*] *Curt.* 4, 15. Vix tentato certamine, effugit ad regem. *Phaedr.* 4, 1. Effugere laqueos. Et *Nep. Paus.* 2. Effugisse simulans ex vinculis publicis. *Plin.* 35, 10, 36. n. 11. Lineae visum effugientes. *Or. Fast.* 3, 406. Arctophylax Mergetur, visus effugietque tuos. [\**Or. Met.* 13, 475. Effugere amorem alicujus. *Sen. de Const. Sap.* 17. Ciceronis urbanitatem effugit. V. *Burm. Sec.* ad *Prop.* 1, 9, 30.] *Petr. Sat.* 118. Effugiendum est ab omni verborum, ut ita dicam, vilitate. P Est etiam vitare. *Cic. Att.* 7, 24. Non dubito, quin Cnaeus in fuga sit: modo effugiat. *Id. Q. Fr.* 1, 4. Quod ad effugiendos intolerabiles dolores fuit aptissimum. *Caes. B. C.* 2, 41. Numidae celeritate impetum nostrorum effugiebant. *Id. B. G.* 4, 35. periculum. *Hirt. B. G.* 8, 3. adventum alicujus. *Curt.* 4, 14. extr. mortem. *Cic. Verr.* 2, 1, 40. Offensionem negligentiae vitare atque effugere. *Nep. Chabr.* 3. invidiam. *Pl. Amph.* 1, 1, 295. infortunium. *Cic. Att.* 16, 7. a med. vituperationes. *Quint.* 1, 5. cavillationem. *Naeve* ap. *Macr. Sat.* 6, 1. Nunquam hodie effugies, quin mea manu moriare. *Cic. Brut.* 46. Tulisse eum moleste, se non effugere hospitis speciem, cum aetatem ageret Athenis. *Id. ib.* 8. Dum versum effugeres, modum tamen et numerum quandam oportere servari. *Id. Tusc.* 1, 36. Haec morte effugiuntur, etiamsi etc. P Effugit me aliquid, elabitor. *Cic. Or.* 2, 34. extr. Ubi eum locum omnem cogitatione sepersis, nihil te effugiet, atque omne, quod erit in re, occurret atque incidet. [\**Colum.* 8, 11, 13. Effugiunt somniculosum plurima, ubi olim edebatur somniculoso.] P Pro aspernari, rejicere. *Grat. Cyneq.* 276. Effuge, qui lata plandit vestigia planta.

EFFUGIUM, ii, n. *ἀποφυγή*, ratio et via effugiendi et locus ipse, qua effugere quis potest. *Cic. N. D.* 2, 47. Bestias alias esse cornibus armatas, alias habere effugia pennarum. *Id. Verr.* 2, 5, 64. extr. Assequi effugium mortis. *Lucr.* 3, 525. pracludere alicui. *Or. A. Am.* 2, 21. Praestruere omnia effugio alicujus. *Hirt. B. Alex.* 16. Neque terra neque mari effugium dabatur victis. [\*V. *Drak.* ad *Liv.* 23, 1, 8.] *Liv.* 24, 26. Si effugium patuisset in publicum. *Tac. A.* 15, 63. Senile corpus et tenuatum lenta effugia sanguini praebat. Et *ib.* 16, 15. Effugia villae claudere. *Id. ib.* 3, 42. Milites effugia insederant. P Item fuga. *Virg. A.* 2, 139. Quos illi fors ad poenas ab nostra resposcent Effugia. Ubi *Serv.* Dicendo *effugia*, verbo sacrorum et ad causam apto usus est: nam hostia, quae ad aras adducta est immolanda, si casu effugeret, *effugia* vocari vetere more solet; in cuius locum quae supposita fuerat, *succidanea* etc.

[EFFUGO, as, avi, atum, a. 1. ex aliquo loco aliquem fugo. *Hieron. ep.* 18, n. 19. Fugetur iniquitas, et, cum iniquitas fuerit effugata, propitietur Dominus. F. \*Adde *Aug. Serm. Fer.* 1, 2. *Pentecost. P. Chrysolog. Serm.* 13. extr. B. A.]

EFFUGO, as, avi, atum, a. 1. ex aliquo loco aliquem fugo. *Hieron. ep.* 18, n. 19. Fugetur iniquitas, et, cum iniquitas fuerit effugata, propitietur Dominus. F. \*Adde *Aug. Serm. Fer.* 1, 2. *Pentecost. P. Chrysolog. Serm.* 13. extr. B. A.]

EFFULGEO, es, ulsi, n. 2. *ἀπορρέω*, idem quod fulgeo aut valde fulgeo. *Or. Met.* 2, 144. effulget tenebris aurora fugatis. *Virg. A.* 5, 132. ipsique in puppibus auro Ductores longe effulgent. [\**Aen.* 9, 110. Effulsit oculis lux.] *Sil.* 3, 694. ante aras stat veste sacerdos Effulgens nivea. [\**Saepe effulgere* ponitur de iis quae subito emicant, subito fulgore splendent, ut in loco seq.] *Liv.* 22, 1. Ingens lumen effulsisse. [\*V. *Burm.* ad *Val. Fl.* 6, 27. *Drak.* ad *Liv.* 43, 13, 3.] P Translate. *Plin.* 4. *init.* Omnis Graeciae fabulositatis, sicut et litterarum claritas, ex hoc primum sinu effulsit. P In infinito aliquando est 3. conjugat., ut sit ab *effulgo*. *Virg. A.* 8, 677. Fervere Leucaten auroque effulgere fluctus.

[EFFULGURAT, abat, impers. 1. idem ac effulget, splendet. V. FULGURAT. Translate. *Eun. ep.* 1, 8. In quibus litterarum commerciis ad unguem politi sermonis splendor effulgurat. F.]

EFFULTUS, a, um, part. ab inusit. *effulcio*, fultus, *ἐπισηκίζω*. *Virg. A.* 7, 94. Atque harum effultus tergo stratisque jacebat Velleribus. *Id. ib.* 8, 368. Effultus foliis et pelle Libystitidis ursae. (V. FULTUS.) *Stat. Silv.* 3, 1, 5. Grajis effulta metallis Culmina. *Appul. Met.* 2, p. 123, 41. Effultus in cubitum.

EFFUMIGATUS, a, um, partic. ab inusit. *effumigo*, fumo expulsus. *Tertull. ad Mart.* 1. Tanquam coluber exantatus, aut effumigatus.

EFFUMO, as, n. 1. fumum emitto. *Sever. Actn.* 497. Effumat moles.

EFFUNDO, is, udi, usum, a. 3. *ἐκπέω*, extra fundo, emitto, profundo; et dicitur proprie de humoribus. Hinc in titulo *Dig.* 3, 9, 9. *qui dejecerint*, solida dejecisse, vel effuderint, liquida effudisse intelligendi sunt. [\*Aliquando tamen etiam de aridis accipitur. *Ulp. Dig.* 9, 2, 27, 19. Si quis milium vel frumentum meum effuderit in flumen, sufficit Aquiliae actio.] *Juven.* 3, 277. patulas effundere pelves. *Cic. Planc.* 42. Lacrimae, quas tu plurimas effudisti. *Id. N. D.* 2, 45. Mare neque redundat unquam, neque effunditur. *Plin.* 2, 108, 112. Ganges se in Eoum oceanum effundit. *Curt.* 8, 13. Procella imbrem effuderat. *Pl. Curc.* 1, 2, 28. Age, effunde hoc cito in barathrum, h. e. hoc poculum ebibe. [\*Hinc pro vomere dictum videtur ap. *Cic. Pis.* 10. Nemo potest dicere, utrum ille plus biberit aut vomuerit, an effuderit. Quem locum tractans *Wunder.* in *Var. Lectt. Cod. Erf.* p. 51. ostendit verba aut vomuerit ejicienda esse, quae ad verbum *effuderit* explicationis ergo adscripta erant.] P Transferatur ad alia. *Cic. Fl.* 28. Vox in coronam turbamque effunditur. *Id. Brut.* 9. Haec enim aetas effudit hanc copiam. *Id. Or.* 15. Segetes fecundae non solum fruges, verum etiam herbas effundunt. *Virg. A.* 7, 522. Troia pubes Ascanio auxilium castris effundit apertis. *Cic. Fam.* 12, 25. a med. Effundere furorem violentum in aliquem [\*i. e. evomere.]. *Liv.* 39, 34. iram in aliquem. *Or. Her.* 12, 139. carmina. *Hor. Sat.* 2, 3, 149. saccos nummorum. *Val. Flacc.* 7, 566. tenebras. *Virg. A.* 5, 723. tales voces, h. e. talia verba dare. Et *ib.* 780. tales effundit pectore questus. [\*In his *Effundere* in bonam partem dicitur *ex imo promovere*, de dicto memorabili. Sed *effundere vocem, verba* etc. etiam de inconsiderato et temerario sermone usurpatur. V. infra, *Burm.* ad *Vell.* 2, 14.] P Pro jacere, emittere. [\**Sen. Benef.* 5, 6. Sol intercursum lunae vetatur omnes radios effundere. V. *Gron. Observ.* 2, 7.] *Id. A.* 9, 509. telorum effundere contra Omne genus Teueri. Adde *Liv.* 27, 18. P Pro remittere, laxare. *Virg. A.* 5, 818. et 12, 499. effundere habenas. P Pro abjicere. *Plin.* 18, 31, 74. ad f. Vina priora effundere. P Pro sternere. *Virg. A.* 11, 485. Pronum sterner solo, portisque effunde sub altis. *Id. ib.* 12, 531. Murrhanum ingentis turbine saxi Executit, effunditque solo. P Pro expellere. *Id. A.* 9, 67. qua via clausos Executiat Teucros vallo, atque effundat in aequor. P Pro excutere. *Id. ib.* 10, 574. de equis territiss: Effunduntque ducem, rapiuntque ad litora currus. *Val. Flacc.* 8, 357. fluctu puppis labefacta reverso Solvitur, effunditque viros. *Liv.* 22, 3. et *Curt.* 8, 14. Equus effundit equitem. P Pro ejicere. *Ulp. Dig.* 19, 2, 13. §. 4. Effundere alicui oculum. Al. leg. *effundere*: nam cervicis percussione apud medicos constat oculorum lumen offundit. [\**Effundere oculum* recte quidem dicitur, sed ita diversum est ab *effodere oculum*, ut hoc fiat animo oculum eruendi, illud vero de eo ponatur, qui cervice vehementius percussa, ex illa capitis concussione oculo privatur. V. *Burm.* ad *Vell.* 2, 52.] P In illo *Celsi* 7, 7. n. 4. Homo sic aversus collocandus est, ut in gremium ejus (medici) caput resupinus effundat, h. e. inclinet ac deponat. P Refertur ad eos, qui omnia dicunt, quae in animo habent, et ad copiose loquentes. *Cic. Att.* 16, 7. a med. Effudit illa omnia, quae tacerat. *Id. Orat.* 1, 34. extr. Effudi vobis omnia, quae sen-

tiendam. *Id. Flacc. 17. a med.* Testis effudit, quae voluit omnia. [\**Val. Fl. 7, 434.* Prima cupiens effundere voce omnia. *V. Burm. ad Vell. 2, 14.*] P Item ad profundentes bona. *Cic. Phil. 3, 2. C.* Caesar adolescens divina mente atque virtute, firmissimum exercitum comparavit, patrimoniumque suum effudit: quamquam non sumus usi eo verbo, quo decuit: non enim effudit, sed in salute reipublicae collocavit. *Justin. 6, 9.* Reditus publicos in classem exercitusque effundere. *Cic. Rosc. Am. 2.* Pecuniam per luxuriam effundere atque consumere. *Id. Agr. 1, 5.* Effundere aerarium. P Et absolute. *Ter. Ad. 5, 9, 34.* Effundite, emite, facite quod vobis lubet. P Et translate. *Cic. Fam. 2, 16.* Ut me existimares tam inconstantem, ut collectam gratiam florentissimi hominis effunderem, h. e. abjicerem, perderem. P Sumitur et generatim pro large, aut sine modo conferre, dare. *Id. ad Brut. 1, 15. a med.* Eos per ipsos dies effudi, si ita vis, honores in mortuos. P *Effundere se, et effundi* dicitur de multitudine hominum alicunde simul exeuntium, et aliquem in locum concurrentium. *Cic. ad Brut. 1, 3.* Timore quodam percussa civitas tota ad te se cum conjugibus et liberis effundebat. *Liv. 34, 8.* Major frequentia mulierum sese in publicum effudit. *Id. 26, 19.* Legationes ad famam adventus ejus, ex omni se provincia effuderant. *Id. 38, 6.* Omnibus portis ad opem ferendam effunduntur. *Vellej. 2, 112.* Effundere se obviam alicui. [\**V. Periz. et Drak. ad Liv. 41, 7, 10.* *Id. ad Sil. 2, 151.*] P Item de iis, qui latius evagantur. *Caes. B. G. 5, 19.* Cum equitatus noster liberius, vastandi causa, se in agros effunderet. [\**Hinc de aquarum vi, quae latius se extendunt. Mel. 1, 1.* Ubi iterum mare se effundit. *V. Ruhnck. ad Vell. 2, 43.*] P Item de iis, qui in aliqua re liberius se gerunt, aut modum non servant. *Cic. Parad. 3, 1.* An temperantem cum dices, qui se in aliqua libidine continerit, in aliqua effuderit? *Liv. 34, 6.* Effundi ad luxuriam. *Suet. Aug. 99.* in jocos. *Id. Cal. 32.* in cachinnos. *Tac. A. 1, 54.* in amore alicujus. *Id. ib. 12, 47.* in amplexus. P Absolute. *Val. Flacc. 1, 700.* Saevit atrox Pelias, inimicaque vertice ab alto Vela videt, ne qua se ardens effundere possit. *Cic. Att. 4, 9.* In nos suavissime est effusus [\**i. e. maximam in me posuit fiduciam, nihil me celavit.*] P Huc pertinent illa. *Plin. 23, 1, 23.* Quorum stomachus in vomitiones effunditur, h. e. saepe cibum rejicit. *Id. 17, 8, 4.* Terra effunditur in herbas, h. e. fertiliter herbas gignit. [\**Col. R. R. 3, 2.* Effunditur in materiem et frondem vitis.] P *Effundere curam sui* apud *Sen. Ira 2, 35.* est abjicere. [\**Cic. Fam. 1, 9.* Effundere odium, est dimittere.] P *Effundere orationem*, perturbate, atque adeo obscure dicere. *Sen. ep. 100.* Fabianus mihi non effundere videtur orationem, sed fundere: adeo larga est, et sine perturbatione, non sine cursu tamen veniens. [\**Haec poterant superiori loco poni §. 11.*] P Effundere animam apud *Virg. A. 1, 102.* vitam. *Or. Her. 7, 181.* extremum spiritum, *Cic. Phil. 12, 12.* est mori. P *Effundere gradum*, vel frenam, apud *Stat. Th. 9, 182.* dicitur de eo, qui vel pedes, vel eques concito cursu fertur. P *Effundere vires* est omnes vires exprimere. *Or. Met. 1, 278.* vires effundite vestras. P Item vires consumere, exhaurire. *Id. ib. 12, 106.* manus est mea debilis ergo, Quasque, ait, ante habuit vires, effudit in uno. *Sic Cic. Fam. 1, 9. a med.* Illud odium effudisse me omne arbitrabor, et *Sen. ep. 11.* Omnem verecundiam effundere. P In illo *Pers. 1, 64.* ut per laeve severos Effundat junctura unguis: *effundat* est ire sinat, non remoretur, (*V. Hor. Sat. 2, 7, 87.*) apte conjuncta, et nulla rima diducta. V. UNGUIS. P Partic. *Effundens* apud *Lucan. 1, 188.* Turrigeros canos effundens vertice crines. *Effusus* apud *Val. Max. 7, 7. n. 6.* Effusus se in nostras provincias. *Effundendus* apud *Cels. 7, 15.* Per hanc membranam effundendus humor est. P [\**Confunduntur a librariis effundere et offundere. Drak. ad Liv. 33, 7, 8.*]

EFFUSE, adv. effundendo se, et late vagando: atque adeo libere, effrenate, licenter, immodice. *Sall. Jug. 113.* Qui temere et effuse euntes, numerum ampliore efficiebant. *Liv. 34, 16.* Effusus, ut sparsis hostibus fuga, praedati sunt. [\**V. Drak. ad Liv. 22, 3, 9.* *Id. 1, 10.* Effuse vastantibus fit obvius Romulus. *Id. 3, 22.* Effuse fugere. *Curt. 9, 8.* sequi hostem. [\**V. Drak. ad Liv. 25, 29, 3.* *Liv. 30, 11.* invehens sese hostis. *Sen. ep. 99. a med.* Effusissime flere. *Cic. Pis. 5.* Nemo tam effuse petulans conatus est. *Id. Tusc. 4, 6.* Cum inaniter et effuse animus exultat. *Id. Coel. 16. extr.* Si vidua libere, proterva petulanter, dives effuse viveret. *Plin. ep. 1, 20. a med.* Non minus non servat modum, qui adstrictus, quam qui effusus dicit, h. e. nimis redundanter. [\**Cod. 7, 40, 1.* Illud spatium alii effuse interpretabantur, i. e. latissima notione acceperunt.] *Cels. 6, 6. n. 8.* Effuse vivere. P Item large, profuse. *Cic. Rosc. Am. 8. extr.* Non pauca suis adiutoribus large effuseque donabat. P *Effuse*

amare est impense, vehementer. *Plin. ep. 6, 26.* Amo quidem effuse: judico tamen: et quidem tanto acrius, quanto magis amo. *Id. ep. 7, 30.* Cum omnes, quos probas, effusissime diligas. [\**Plin. ep. 2, 3.* Effusissime diligere.] *Id. ib. 24.* Habebat pantomimos, fovebatque effusius, quam principii feminae conveniret. *Suet. Ner. 22.* Rogatus, ut cantaret super coenam, exceptusque effusius. *Tac. H. 1, 19.* Effusius favere.

\*EFFUSIBILIS, e, adj. *Interpr. Irenaei 1, 1. B. A.*

EFFUSIO, onis, f. *ἔκχυσις*, actus effundendi. *Cic. N. D. 2, 10.* Primus ipse liquor, tum aquae declarat effusio. *Colum. 3, 2.* Vitis vel ad escam, vel ad effusionem deponitur, h. e. ut calcetur, et effundatur vini causa. V. ELIQUESCO. P [\**De metallis. Cod. 9, 24, 2.* Nummos falsa effusione formare, ubi alii fusione.] P Translate est prodigalitas, consumptio. *Cic. Rosc. Am. 46.* Quos sumptus quotidianos, quas effusiones fieri putatis? P Item irruptio, vel eruptio. *Cic. Pis. 22.* Effusiones hominum ex oppidis. P *Effusio animi* in laetitia, apud *eund. Tusc. 4, 31.* est quaedam animi quasi dilatatio, qua effert se, et effundit: cui opponitur *ib.* contractio in dolore. [\**Similiter opponitur se effundere in libidine, et se continere in libidine apud Cic. Parad. 3.*]

EFFUSOR, oris, m. qui effundit. *August. Serm. 27. de divers. in f.* Redemptor tuus, effusor pretii etc.

EFFUSORIE, adv. effuse. *Ammian. 31. sub f.* Exinde degressi sunt effusorie per Arctoas provincias.

\*EFFUSORIUM, ii, n. *Gloss. ἔκχυσιον*, instrumentum vel canalis, quo effunditur.

EFFUSUS, a, um, partic. ab *effundo*, *ἔκχυτος*, fusus, extra fusus, defusus: et proprie de liquoribus dicitur. *Virg. A. 6, 686.* Effusae genis lacrimae. *Id. G. 4, 312.* aestivis effusus nubibus imber. Et *ib. 288.* effuso stagnante flumine Nilus. *Liv. 1, 4.* Tiberis effusus super ripas. *Plin. 4, 15, 29.* Rhenus in ostia. *Id. 16, 1, 1.* Oceanus in immensum. *Id. 29, 3, 11.* Ovum effusum in fictili novo. P Transferitur et ad res alias. *Id. 22, 25, 70.* Lens trita, et per cribrum effuso fuffure, h. e. secreto, et rejecto. *Id. 8, 5, 5.* Effusae stipes in sinum, h. e. collatae, congestae. *Id. 9, 33, 52.* Margo conchae foris effusus, h. e. explicatus, dilatatus. *Liv. 30, 12.* et *Virg. A. 10, 892.* Effusus eques. [\**i. e. dejectus. Liv. 10, 11.* Effusus equo.] Sic *Plin. 8, 42, 65.* auriga. *Virg. A. 6, 339.* mediis effusus in undis. *Sil. 16, 361.* Sinuare axem effusum, h. e. volantem currum extra tramitem flectere. Et *ib. 443.* Jubae effusae per colla equi. *Stat. Th. 5, 95.* erecta genas, aciemque effusa. *Virg. G. 4, 337.* Nymphae effusae caesariem per colla, h. e. habentes caesariem effusam. [\**Liv. 3, 7, 8.* Effusi crines. *V. Drak. ad h. l.*] P Apud *Sen. Const. Sap. 13. reliquiae*, et *effusa* sunt excrementa alvi, et vesicae. P *Effusa loca* apud *Tac. G. 30.* sunt vasta, plana, et patentia. Sic apud *Vellej. 2, 43.* effusissimus sinus maris Adriatici. [\**V. Ruhnck. ad h. l.*] P Est etiam emissus, immissus. *Virg. A. 5, 317.* Corripunt spatia (cursores) effusi nimbo similes. *Id. G. 3, 104.* ruunt effusi carcere currus. P Item laxatus, remissus. *Liv. 37, 20.* Effusissimis habenis stationem hostium invadit. P Item frustra impensus. *Virg. G. 4, 492.* ibi omnis Effusus labor. P Item large impensus, profusus. *Plin. 7, 25, 25.* Effusae opes. *Cic. Rosc. Am. 24.* Sumptus effusi cum probro atque dedecore. *Nep. Mill. 6.* Populi nostri honores quondam fuerunt rari, et teneus: nunc autem effusi, atque obsoleti. P Item largus, vel prodigens. *Cic. Coel. 6.* Quis in rapacitate avarior? quis in largitione effusior? *Vellej. 2, 41.* Caesar vigore animi acerrimus, munificentiae effusissimus. [\**Edit. Basil. munificentia*, quod a *Ruhnck.* commendatur.] P Et universim qui quicumque in re multus est ac vehemens, et propensus, aut immodicus: sive de rebus, sive de personis sermo sit. *Liv. 44, 1.* Effusa licentia. *Id. 35, 43. extr.* laetitia. *Suet. Ner. 40.* Effusissimo studio athletas spectare. *Liv. 42, 30.* Principum pars ita in Romanos effusi erant, ut, etc. *Virg. G. 2, 352.* Effusi imbres. *Petr. Sat. 139.* Amplexu effusissimo invadere aliquem. *Liv. 3, 5.* Effusa fuga. *Plin. ep. 6, 20. circa med.* Effusus cursus, h. e. citatus. [\**V. Drak. ad Liv. 2, 50, 6. 28, 7, 7.*] *Tac. H. 2, 45.* Effusi in lacrimas. *Virg. A. 2, 651.* lacrimis. *Tac. A. 1, 54.* Effusus in amorem alicujus. *Justin. 12, 13.* totus in laetitiam. *Gell. 1, 26.* in iram. *Quint. 2, 2.* In laudandis discipulorum dictionibus nec malignus, nec effusus. *Liv. 29, 23.* Numidae effusi in Venere. [\**Liv. 25, 20, 6.* Effusus in licentiam socordiamque. *V. Drak. ad h. l.*] *Id. 44, 31. sub f.* Postremo ad preces lacrimasque effusus, in potestatem sese dedit. P Dicitur et de turba hominum turmatim alicunde exeunte. *Liv. 1, 14.* Plenis portis effusi hostes. *Id. 30, 5.* Ad restinguendum ignem effusi. *Virg. A. 6, 305.* Huc omnis turba ad ripas effusa ruebat. *Justin. 32, 1.* Populus obviam effusus. *Tac. A. 15, 23.* Omni se-

natu Antium effuso. P *Effusiora corpora* apud *Calpurn. Flacc. declam. 2.* sunt fusa et ampla: quibus opponuntur collectiora. [\**V. Burm. ad Quint. 10, 1. p. 900.*] P *Effusa membra* apud *Stat. Th. 6, 841.* sunt plana, aequabilia, multa scilicet carne et sanguine plena, non torosa, aut rugosa. *Liv. 38, 21.* fusa dixit. P [\**Confunduntur a librariis effusus et effossus. V. Interpp. ad Vell. 2, 52. ad Tac. A. 4, 25.* Effusus et et fusus. *Drak. ad Liv. 1, 37, 2.*]

EFFUTICIUS, a, um, adj. qui effutitur, ac temere loquendo effunditur. *Varr. L. L. 6, 5.* Euax verbum nihil significat, sed effutitium naturaliter est. Al. leg. *effutitum.*

EFFUTIO, is, ivi, itum, a. 4. *ψυχολογία*, proprie est effundo, a *futio* (quod idem significat) teste *Prisc. 4. p. 631.* Et transfertur ad eos, qui silere tacenda nequeunt, aut inaniter temereque loquuntur. *Ter. Ph. 5, 1, 18.* Ne vos forte imprudentes foris effutiretis, atque id porro aliqua uxor mea rescisceret. *Cic. N. D. 2, 37.* Certe ita temere de mundo effutiant, ut mihi quidem nunquam hunc admirabilem coeli ornatum suspexisse videantur. *Id. ib. 1, 30.* Quam bellum erat, confiteri potius nescire quod nescires, quam ista effutientem nauseare! *Id. Tusc. 5, 31.* Nec haec sic agit, ut ex tempore quasi effutire videatur. [\**Id. Div. 2, 55.* de vaticiniis: partim ficta aperte, partim effutita temere, quod dictum puta ob sonos inconditos et obscuros qui ex Pythiae ore prodibant.] *Lucr. 5, 908.* Multa licet simili ratione effutiat ore. *Gell. 5, 1.* Obvias, vulgatasque laudes effutire. *Hor. A. P. 231.* Effutire leves indigna tragoedia versus. P *Novius 2, 272.* exponit cum mendacio dicere: sed rem non conficiunt, quae afferunt exempla: sunt autem ea ipsa, quae hic a nobis afferuntur.

EFFUTITUS, a, um, part. ab *effutio*, temere loquendo effusus. *Cic. Div. 2, 55.* Quorum partim ficta aperte, partim effutita temere, nunquam ne mediocri quidem cuiquam probata sunt.

EFFUTUO, is, a. 3. In *carm. jocosum* in Caesarem apud *Suet. in ejus Vita 51.* Aurum in Gallia effutuisti, h. e. scortando dilapidavisti.

## EG

\*EGARA, ae, Hispaniae Tarraconensis oppidum, cis Iberum flumen, non procul a flumine Rubricato. *Inscr. ap. Cellar. T. 1. p. 114. B. A.*

EGATHEUS, i, m. *ἑγάθεος*, valde divinus, sacer: ab *ἕγαν* pro *ἄγαν*, valde, et *θεῖος*, divinus: cognomen Romanum. *Inscr. ap. A. Maium in adnot. ad Front. p. 167. ed. Rom. T. Aurelius Egatheus Imp. Antonini Aug. Lib. a codicillis. Front. ib.* Tantam de thesauris Antonini pecuniam prodigi, quam nescio quae ista attilis alumna accipiat, unde nihil Egatheus acceperit. *F.]*

EGELATUS, a, um, part. ab *egelo*. *Coel. Aur. Turd. 4, 3.* Non frigidum, sed leviter egelatum.

\*EGELESTANI, orum, m. plur. populi Hispaniae Tarraconensis, urbem Egelestam incolentes, quae nunc fortasse *Utiesta*, cuius meminit *Plin. 31, 7, 39.* et *Strab. l. 3.*, qui num. plur. *Ἐγελῆστανες*; *Ptol. vero 2, 6.* *Ἐγελῆσταν* appellat. *Plin. 3, 3, 4.* Dianenses, Egelestani, Ilorcitani. *B. A. et F.]*

EGELIDO, as, a. l. quod gelatum est, dissolvo. *Sidon. ep. 4, 1.* Egelidarentur fibrae glaciales.

EGELIDUS, a, um, adj. *χλιαρός*, qui de summo gelu aliquid remisit. *Cels. 4, 18. extr.* Potio debet esse egelida, et frigida propior. *Id. 6, 18. extr.* Ulcus, si hiems est, egelida, si aliud tempus, frigida aqua fovenda. *Suet. Aug. 82.* Perfundebatur egelida aqua, vel sole multo calefacta. *Catull. 46, 1.* Jam ver egelidos refert tepores. *Colum. 10, 282.* Nunc ver egelidum, nunc est mollissimum annus. [\**Auson. Ep. 2, 4.* Egelidae stagnantis terga Mosellae. *Ep. 24, 97.* Egelidae ut tepeant hiemes rabidosque per aestus Aspirant tenues frigus subtile aquilones. In omnibus his locis *Egelidus* non multum differt a *tepidum* et adjunctam habet jucunditatis notionem.] P Item frigidum, nempe qui gelu quidem caret, frigus tamen habet. *Virg. A. 8, 610.* egelido secretum flumine vidit. [\**ubi Heyn. mavult et gelido.*] *Plin. 31, 2, 6.* Albulae aquae egelidae: sed Cutiliae gelidissimae. *Strabo l. 5.* *ψυχρά Ἀβυλία.* Adde *Cels. 3, 22. ad f.* P Item gelu adstrictus. *Auson. Caes. 21.* Impiger egelido movet arma Severus ab Istro. [\**Egelidus* hic idem fere est quod *gelidus*, sed non: gelu adstrictus. Equidem cum *Gesner.* statuo, nullum reperiri exemplum, quo haec significatio confirmetur.] P Postremam hanc, ac primam significationem conjunxit *Or. Am. 2, 11, 10.* Egelidum Borean, egelidumque Notum: ut adnotavit *Voss. Instit. orat. 5, 2. §. 2.*, quam ob rem ab amicis reprehensus fuit, uti narrat *Senec. Contr. 2, 10. in f.* Al. tamen rectius leg. *Et gelidum Borean, egelidumque Notum. V. SEMIBOS.* P [\**Saepe confunduntur egelidus et gelidus. V. supra.*]

EGELO, as, avi, atum, a. l. de summo gelu

aliquid remitto. *Coel. Aur. Acut.* 3, 5. Cum ex aliqua parte corporis frigidus torpor visus fuerit egelari.

**EGENS**, entis, part. ab *egeo*, ἐγείνη, qui re aliqua eget, cui desunt necessaria ad vivendum. Dicitur, si *Festo* credis, quasi *exgens*, h. e. cui ne gens quidem sit reliqua. [\**Auct. ad Her.* 4, 17, 24. Egens aequae est is, qui non satis habet, et is cui nihil satis potest esse.] *Cic. Amic.* 7. Quocirca et absentes adsunt, et egentes abundant, et imbecilli valent. [\**Auct. orat. pro dom.*, *Cic.* adscribi solitae, 44, 116. Homo, sua virtute egens, i. e. cui virtus sua est causa egestatis. *V. Wolf.* p. 265.] *Id. Att.* 6, 1. Nihil illo regno spoliatus, nihil rege egentius. *Id. ib.* 9, 7. a med. Egestates tot egentissimorum hominum. *Id. Fam.* 6, 22. Egens rebus omnibus. *Pl. Rud.* 1, 5, 16. Egentes opum. *Hor. Od.* 4, 8, 10. Animus deliciarum egens, h. e. cupidus, ea enim cupimus, quibus indigemus. *Catull.* 63, 31. Animo egens, h. e. mentis, et consilii inops. [\*An absolute ita dici possit, jure dubitatur. *Tac. A.* 4, 69. Anxia et pavens civitas, egens adversum proximos, ubi *Ern.* intelligit consilii. Alii locum pro corrupto habent.] *Cic. Rosc. Am.* 8. sub f. Qui in sua re fuisse egentissimus, erat, ut fit, insolens in aliena. *Id. Cluent.* 59. a med. Est hic Ennius egens quidam, calumniator mercenarius Oppianici. [\*In primis Egens dicitur de eo qui solvendo non est, qui sine pecunia est. *Ulp. Dig.* 48, 19, 1. Praefecti iis, qui poenam pecuniariam egentes elidunt, coercionem extraordinariam inducant.] P Item carens. *Or. Met.* 1, 17. Lucis egens aer. *Et ib.* 11, 119. mensas posuere ministri instructas dapibus, nec tostae frugis egentes. P *Egens*, et *inops* in eo differre videntur, quod *egens* ideo talis est, quia *inops*: inopia enim egestatem parit. Itaque *egens* magis laborat, quam *inops*. *Suet. Gramm.* 8. Adeo *inops* atque *egens*, ut coactus sit etc. [\**B. Crus.* in *Ind.* p. 325. Egens est, qui caret rebus necessariis, *inops*, qui auxilio aliorum indiget. *Ulp. Dig.* 25, 3, 5, 13. Filius patrem inopem alere cogetur; iniquissimum enim quis merito dixerit, patrem egere, quum filius sit in facultatibus. Cf. *Döderl. Syn. Fasc.* 3, p. 112. Opponitur *Egens* locupletis. *Callistr. Dig.* 22, 5, 3. In persona testium explorandum, an locuples vel *egens* sit, ut *lucris* causa quid facile admittat.] **V. EGESTAS.**

**EGENULUS**, a, um, dimin. ab *egenus*. Est *Paul. Nolan.* ep. 29. (al. 10.) 12.

**EGENUS**, a, um, adj. ἀπορος, ἐγείνη, idem quod *egens*, sed magis poetis, atque historicis familiare. *Liv.* 9, 6. Omnium egeni corpora humi prostraverunt. *Tac. A.* 15, 12. Commeatibus non *egenus*. *Id. ib.* 3. Egena aquarum regio. P Item carens. *Id. A.* 4, 30. Egena aquae insula. *Id. ib.* 1, 53. Omnis spei *egena*. *Sil.* 6, 304. Nulla viro species, decorisque et frontis *egenum* Corpus. *Lucr.* 3, 1026. lucis *egenus* Tartarus. P *Res egenae* sunt res afflictiae. *Pl. Poen.* 1, 1, 1. Res multas tibi mandavi dubias, *egenas*, inopiosas consilii. *Id. Capt.* 2, 3, 45. Neque unquam deserui te rebus in dubiis, *egenis*. *Virg. A.* 6, 91. cum tu supplex in rebus *egenis* Quas gentes Italum, aut quas non oraveris urbes! P *Egenus* et *inops* quid differant, in **EGENS**. dictum est. *Petr. Sat.* 133. in *carm.* *inops*, et rebus *egenus* *Attritis*.

**EGEO**, es, ui, n. 2. ἀπογέω, alicujus rei inopia laboro. *Cic. Rosc. Com.* 8. Egebat? imo locuples erat. *Id. Fam.* 9, 3. Gravitas morbi facit, ut medicinae *egeamus*. *Id. Tusc.* 2, 2. Nec bibliothecis quidem Graecis *egebimus*. *Auct. ad Her.* 4, 54. *extr.* Cum res non egent longae orationis. *Cic. ad Brut.* 1, 15. sub f. Etiam Themistoclis liberi *eguerunt*. [\*i. e. in paupertate fuerunt.] P Cum accusativo. *Sall. Jug.* 103. Locus magna parte editus et praecipue pauca monumenta *egebat*. *Al. quarebat leg.* *Pl. Men.* 1, 2, 12. Lanam, aurum, vestem bene praebere: nec quicquam *eges*. P Metonymice est appetere, cupere, velle. *Hor. Ep.* 1, 10, 10. Utque sacerdotis fugitivus, liba recuso, Pane *egeo*, jam mellitis potiore placentis. *Adde Art. P.* 154. Item carere. *Cic. Brut.* 67. C. Macer auctoritate semper *eguit*. *Liv.* 6, 27. Censoribus quoque *eguit* annus? *Cato ap. Gell.* 13, 23. Si quid est, quod utar, utor: si non est, *egeo*. Vitio vertunt, quia multa *egeo*: at ego illis, quia nequeunt *egere*. *Stat. Sil.* 5, 4, 2. Crimine quo merui, donis ut solus *egerem*, Somne, tuis? P Passive impersonaliter. *Pl. Ps.* 1, 3, 39. Amat, atque *egetur* acriter. P Part. *Egens* V. suo loco. *Egiturus* ap. *Tert. adv. Marc.* 4, 24. Eadem potestas expeditionem suorum per civitates abundaturam circumcidens, sicut et *egituram* per solitudinem struxerat.

**EGERIA**. V. **AEGERIA**.

**EGERIES**, ei, f. ab *egero*; excrementorum emissio, vel ipsa excrementa. *Solin.* 40. de bonas animalium. Cum in fugam vertitur, fimum *egerit*, cuius ardor quidquid attigerit, adurit: ita *egerie* no-

xia summovet insequentes. *Paul. Nolan. carm.* 32, 281. per *egeriem*, qua sese animalia purgant.

**EGERMINO**, as, n. idem ac *germino*. *Colum.* 4, 17. Quae infra trunci caput *egerminaverint*. *Adde ib.* 27, 32.

**EGERO**, is, essi, estum, a. 3. ἐγέρω, ἐξουλέω, extra *gero*. *Plin.* 33, 4, 21. Egerere silices humeris. *Id.* 31, 2, 16. Fons *egerens* saxa. *Liv.* 6, 3. Victorem vagam invenit, praedam ex hostium tectis *egerentem*. P Item extrahere. *Hirt. B. Alex.* 22. Egerere ex mari lapides. *Curt.* 7, 10. ad f. Nec tamen, humo alte *egesta*, exsistebat humor. *Id.* 5, 1. a med. Limo penitus ad fundamenta *iacienda* *egesto*. *Or. Met.* 11, 488. Egerere fluctus (e navi). P Item asportare. *Liv.* 30, 39. ad f. Pecuniam ex aerario scribae, viatoresque clam *egessisse* comperti, damnati sunt. [\**V. Drak.* ad *Liv.* 5, 22, 3. 6, 3, 5.] P Item emittere, et fere dicitur de vomentibus, aut alia ratione e corpore expellentibus. *Curt.* 7, 5. Aquam vomitu *egerere*. *Or. Met.* 6, 664. dapes. *Plin.* 9, 43, 67. Scolopendrae interanea evomunt, donec hamum *egerant*. *Id.* 31, 6, 33. Phthisi affecti, aut sanguinem *egerentes*. *Id.* 29, 5, 32. Qui in urinam canis suam *egesserit*. *Id.* 7, 11, 9. Abortu puerperia *egerere*. *Solin.* 40. Egerere fimum ventris. [\*i. e. alvi excrementa reddere.] P Item exhaurire. *Prop.* 4, 6, 34. *Egessitque* avidis *Dorica* castra rogis. [\*de Apolline pestilentiam Graecis immittente.] **V. EGESTUS**, a, um. P Translate. *Or. Trist.* 4, 3, 38. Expletur lacrimis, *egeriturque* dolor. *Lucan.* 2, 63. tales pietas peritura *querelas* *Egerit*, h. e. effundit. *Val. Fl.* 8, 454. tota *querelis* *Egeritur*, fletuque dies, h. e. impenditur, transigitur. *Tac. Agr.* 31. Bona fortunaeque in tributum *egerunt*, in annonam frumentum. *Quint. Decl.* 5, 17. Egerere totos census in exsequiis, h. e. effundere, impendere, profundere. [\**V. Burn.* ad h. l.] Et 18. Egerere animam. [\**Tac. A.* 15, 54. Ut ostentui esset, multum vitalis spiritus *egestum*, i. e. vim vitalem magna ex parte exhaustam esse.] *Senec. ep.* 66. post in. Multi nobis sermones fuerunt, quos subinde *egeram*, et ad te mittam. *Et ep.* 91. Gravitas coeli *egerit* populos, h. e. expellit, migrare cogit. P Part. *egerendus* ap. *Liv.* 21, 37. Tantum nivis effodiendum atque *egerendum* fuit.

**EGERSIMON**, i, n. ἐγέρσιμον, vox Graeca, ab ἐγείνω, excito, expergefacio, usurpatur a *Capell.* 9, p. 308. de carmine suavi, excitandis animis, oblectandisque idoneo.

**\*EGERIUS**, i, Ἠγέρσιος, Aruntis, Tarquinii Prisci regis fratris, filii Demarati nepos, qui post patris mortem natus, cum testamento ab avo praeteritus esset, omniaque bona Tarquinio Prisco cessissent, ab inopia *Egerii* nomen habuit. Is, Collatia a Prisco rege capta, ibi praesidio relictus, Collatini cognomen primus invenit, quod diu Collatiae praefuisset. Hujus filius, vel ut aliis placet, nepos fuit Tarquinius Collatinus, Lucretiae maritus. *Liv.* 1, 34. **B. A.**

**[EGESTA]**, ae, f. Ἐγέστα, filia Hippotae Trojani, quam, ne marinae belluae ob perjuriam Laomedontis secundum Apollinis responsum traderetur, pater impositam naviculae misit, quo sors tulisset; quae tandem ad Siciliam delata, a Criniso fluvio in canem converso compressa Aecetem peperit. Hic ex matris nomine urbem Trojanis condidit, quae prius *Egesta*, post *Segesta* dicta est. *Serv. ad Virg. A.* 1, 550. **F.**

**EGESTAS**, atis, f. ἐγείνα, indigentia, paupertas: ab *egeo*. *Virg. G.* 1, 146. duris *urgens* in rebus *egestas*. *Serv. ad hunc loc.* differre ait a paupertate, quod paupertas levior est, et honesta esse potest: *egestas* gravior, et turpis. *Virg. A.* 6, 276. turpis *egestas*. *Val. Flacc.* 4, 459. crudelis. *Juven.* 15, 96. dira. *Sen. Thyest.* 303. tristis. *Claud. Rufin.* 1, 36. infelix. *Pl. Asin.* 3, 3, 81. Quid vis *egestas* imperat. *Id. Trin.* 2, 2, 57. Tolerare *egestatem* alicujus. [\**Tac. A.* 14, 14. Nobilium familiarum posteros, *egestate* venales, in scenam deduxit.] *Cic. Par.* 6, 1. *extr.* Itaque istam paupertatem, vel potius *egestatem*, ac mendicitatem tuam nunquam obscure tulisti. [\**Gess.* in *Thes.* recte addit: *Egestas* est animi sibi deesse aliquid sentientis.] *Id. Att.* 9, 7. a med. Sustinere libidines, audacias, sumptus, *egestates* tot egentissimorum hominum. *Id. Rosc. Am.* 49. *extr.* Degere vitam in *egestate*. *Id. ib.* 5. Afferre *egestatem* alicui. [\**Paul. Dig.* 48, 20, 7. Devolvi in *egestatem*. *Ulp. Dig.* 25, 3, 5, 17. Deduci in *egestatem*.] P Differt ab *inopia*, ut a causa effectus. Ex illa enim haec nascitur: atque adeo haec illa gravior. *Id. Inv.* 1, 47. Propter *inopiam* in *egestate* esse. **V. EGENS**. P Translate. *Id. Pis.* 11. Non capiunt angustiae pectoris tui, non recipit levitas ista, non *egestas* animi tantam personam. *Lucr.* 5, 1210. *Egestas* rationis, h. e. ignoratio rationis, et causae. *Plin. ep.* 4, 18. *Inopia*, vel potius, ut *Lucretius* (1, 831.) ait, *egestas* patrii sermonis. P Pro deficientia. *Tac. Ann.* 6, 23. *Asinii Galli* mors vulgatur, quem *egestate* cibi per-

emptum, haud dubium: sponte, vel necessitate, incertum habebatur. [\*i. e. inedia.]

**EGESTIO**, onis, f. actus egerendi. *Suet. Ner.* 38. Pollicitus cadaverum, et rudera gratuitam *egestionem*, nemini ad reliquias rerum suarum adire permisit. P Idem est etiam ac emissio, rejectio. [\**Veg. Vet.* 5, 14, 6. Nascitur tumor et cum dolore *egestionis* foramen angustatur.] *Coel. Aurel. Tard.* 5, 10. *Egestio* ventris, et urinae. P Translate est effusio. *Plin. ep.* 8, 6. ante med. Haec liberalitatis materia gratissima, si *Pallantis* facultates adjuvare publicarum opum *egestione* contingeret.

**[EGESTIVUS]**, a, um, adj. qui egerit. *Macer de anetho* 14. Unde minor fieri vis *egestiva* videtur. **F.**

**EGESTUOSUS**, a, um, adj. egenus. *Aurel. Vict. Epit.* 12. Puellas, puerosque natos parentibus *egestuosis* sumptu publico ali jussit. *Al. leg. egestosis*: at in *Not. Tir.* p. 67. legitur *egestuosus*.

**EGESTUS**, a, um, partic. ab *egero*, ἐξουλέω. *Or. Met.* 7, 243. et *Colum.* 2, 2. a med. Scrobibus *egestam* humum recondere, et recalcare. P Item emissus. *Plin.* 37, 3, 13. *Egesta* urina. [\**Pall. R. R.* 11, 14. *Egesto* primo amne spumantis musti.] P Item exhaustus. *Stat. Theb.* 1, 37. *egestas* alternis mortibus urbes. **V. EGERO**. P Item transactus. *Val. Flacc.* 5, 298. *Tristior*, at nunquam tantoque *paupertatibus* ulla *Nox* *Minyis* *egesta* metu. i. e. transacta.

**EGESTUS**, us, m. actus egerendi, *egestio*. *Stat. Silv.* 4, 3, 42. alto *Egestu* penitus cavare terras. *Sen. Quaest. nat.* 3, 30. Quemadmodum corpora nostra ad *egestum* venter exhaurit.

**EGGERO**, pro *Egero*, (ab *ex* et *gero*, mutato *x* in *g*) legitur bis apud *Lactantium* 1, 9., in melioribus tamen edit. legitur *egero*.

**EGIGNO**, is, a. 3. extra *gigno*, produco, effero. *Lucr.* 2, 702. altos Interdum ramos *egigni* corpore vivo.

**\*EGITURA**, ae, f. *egestas*. *Tertull. adv. Marc.* 4, 24. post init. Per civitates *ebundaturam* *circuicis*, sicut et *egituram* struxerat. **B. A.**

**[EGLECOPALA]**, ae, f. ita appellatur Celtico vocabulo *margae* genus a *Gallis*, cujus vocis etymon ignorari videtur ab ipso *Plin.* 17, 8, 4. *Margam columbinam Galliae* suo nomine *eglecopalam* appellant. **F.**

**[EGLECTUS]**, i, m. ἐγλεκτος, electus. Est cognomen Romanum. *Inscr. ap. Fabr.* p. 219. n. 576. *T. Flavius Aug. Lib. Eglectus*. Fortasse in lapide est *Eclectus*. **F.**

**EGNATIANS**, a, um, adj. ad *Egnatium* pertinet, quod est nomen Romani hominis, ut *Egnatium* scelus. *Vellej.* 2, 93. *V. ib.* 91., *Sen. Clem.* 1, 9. et *Brev. vit.* 5. et *Suet. Aug.* 19. ubi narratur, *M. Egnatium Rufum* contra vitam *Augusti* conspirasse, detectum poenas dedisse.

**[EGNATINUS]**, a, um, adj. ad *Egnatium* pertinet, dirutam *Apuliae* urbem ad mare, inter *Barium* et *Brundisium*, nunc *Torre d'Aguzzo*: ea ab *Hor. Sat.* 1, 5, 97. dicitur *Gnatia*, quia fortasse vulgo ita appellabatur. *Front. de col.* p. 111. *Goes. Ager Caelinus, Gensinus, Ignatinus. Lege Egnatinus*. **F.**

**\*EGNATULEIUS**, i, m. nomen proprium Romanum, ut *L. Egnatuleius*, apud *Cic. Phil.* 3, 6. qui *Quaestor* cum quarta legione ab *Antonio* ad *Octavium* defecit. **B. A.**

**EGO**, ἐγώ, pronomen primae personae, utriusque generis, a Graecis sumptum, etiam in obliquis casibus, parva mutatione. Sunt autem obliqui casus *mei, mihi, me*: et in plur. num. *nos, nostrum, vel nostri, nobis*. *Pl. Stich.* 5, 4, 49. *Ego* tu sum, tu es *ego*: unanimi sumus. *Cic. Cat.* 4, 1. *Ego* sum ille consul, cui non forum, non campus, non domus vacua periculo fuit. *Virg. A.* 11, 392. *Pulsus ego?* aut quisquam merito, foedissime, *pulsus* *Arguet?* *Cic. Fam.* 12, 18. *extr.* Nihil mihi tam deesse scito, quam etc. *Et ib.* 13, 56. *Cluvius* valde me observat. *Ter. Ad.* 2, 4, 7. Quasi norimus nos inter nos. P Vocativo caret. Nam cum dicimus, *o ego laevus! o nos felices!* sunt recti casus, in quibus non vocandi ratio inest, sed exclamandi. P Jungitur et aliis pronominiibus. *Cic. Cat.* 1, 3. Dixi *ego* idem in senatu etc. *Id. Tusc.* 1, 17. *Ego* enim ipse cum eodem ipso non invitus erraverim. *Id. Fam.* 1, 8. *Ego* is sum, cui vel maxime concedant. *Ter. Ad.* 5, 4, 12. *Ego* ille *agrestis*, saevus, tristis, parcus, duxi uxorem. *Virg. A.* 5, 846. Ipse *ego* paulisper pro te tua munera obibo. P *Egone* est interrogantis. *Cic. Leg. Att.* 1, 13. Hac tu de re quaero quid sentias. *M. Egone?* *Ter. Haut.* 5, 5, 6. *Egora* mea bona ut dem *Bacchidi* dono sciens? P Initio orationis ponitur ad significandum, de re graviore nos dicere, vel altius aliquanto incipere. *Ter* hac ratione usurpatur a *Cic. Fam.* 1, 9. *Adde Ter. Andr.* 3, 4, 3. ubi hoc idem notat *Donat.* [\**V. Drak.* ad *Liv.* 21, 3, 6.] P Addita syllaba *met* majorem habet vim designandi. *Cic. Verr.* 2, 5, 17. *Eam* navem nuper *egomet* vidi *Veliae*. *Ter. Phorm.* 1, 3, 20. *Nostri* nosmet poenitet. *Cic. Fin.* 3, 19.

sub f. Cariorem esse patriam nobis, quam nosmetipsos. *Id. Quint. 10.* Brevitas mihi met ipsi amicissima est. *P. Cum vero* frequentissime jungitur. *Cic. Leg. 2, 14. Att. Excipis, credo, illa, quibus ipsi initiati sumus. M. ego vero excipio. P. Cum autem varius. Cic. Or. 3, 9.* Ego autem, quamquam memet mei poenitet etc. (*Adde Att. 9, 15.*) *Liv. 21, 18.* Ego autem non censeo quaerendum etc. *P. Post ergo* ponitur cum emphasi. *Or. Her. 10, 119.* Ergo ego nec lacrimas matris moritura videbo. *P. Aliquando* redundat. *Pl. Trin. 4, 2, 5.* Viden, egestas quid negotii dat homini misero mali! Qui ego nunc subigor trium nummorum causa, ut dicam etc. *P. Saepē* emphasia habet, cum *vidi* junctum, praesertim apud poetas. *Virg. A. 3, 623.* Vidi egomet, duo de numero cum corpora nostro Prensā manu magna medio resupinus in antro Frangeret ad saxum. *Tibull. 1, 4, 29.* Vidi ego jam juvenem, premeret cum serior aetas, Moerentem stultos praeteriisse dies. *Adde Or. Rem. Am. 101, Propert. 1, 13, 14, Sil. 2, 340.* etc. [*V. Drak. ad Sil. 2, 340.* *Burm. ad Or. Her. 3, 147.*] *P. Dativus mihi* aliquando significat ad meam utilitatem, vel damnum. *Ter. Ad. 1, 2, 35.* Si quid peccat, mihi peccat. *P. Interdum* quantum ad meum iudicium. *Id. ib. 5, 6, 5.* Is mihi profecto est servus spectatus satis, cum dominus curae est. *P. Cum participiis* in *dus* ponitur pro, a me. *Ter. Heaut. 3, 1, 89.* Syrus estprehendendus, atque exhortandus mihi. *P. Aliquando* in oratione ponitur solius elegantiae causa. Habet enim quandam festivissimam urbanitatem. *Cic. Or. 1, 38.* Tu mihi cum in circulo decipiari adversarii stipulantiuncula, ego tibi ullam causam majorem committendam putem? *Et ib. 2, 20.* Sit enim mihi tinctus litteris, audierit aliquid, legerit. *Virg. G. 1, 45.* Depresso incipiat jam tum mihi taurus aratro Ingemere. *Catull. 24, 3.* Mallem, divitias mihi dedisses Isti, cui etc. *P. Per apocopen* *mi* pro *mihi* dicitur. *Varr. R. R. 2, 5.* Veni mi advocatus. *Adde Lucr. 3, 106.* et *Virg. A. 6, 101.* *P. Min'* est mihi ne? *Pers. 1, 2.* Min' tu istud ais? *P. Mihipte* est mihi ipsi. *Cato ap. Fest. P. A me* est de meo. *Pl. Trin. 1, 2, 145.* A me argentum dedi. [*Potest* vero etiam significare: a domo mea. *Cic. Or. 1, 49.* Curii villa abest non longe a me. *Ter. Heaut. 3, 2, 50.* Quisnam a nobis egreditur foras.] *P. Ad me* est ad meos, domum meam. *Cic. Fam. 3, 8.* sub f. Neque domum unquam ad me litteras mittam, quin adjungam etc. *Ter. Eun. 3, 5; 64.* Eamus ad me. *P. Meme* pro *me*, aut *memet*. *Virg. A. 9, 427.* Meme, adsum qui feci, in me convertite ferrum. *Ubi Serr.: Meme, subaudi, Interfice; et est interrupta locutio dolore turbati. Sil. 9, 651.* meme ad graviora reservat. [*\*Me* Graecorum more ante infinitivos omittitur, ubi idem manet subjectum. *Sall. Cat. 52.* Eo magis refert, mihi atque vobis timere. *V. Cort. ad h. 1. et ad Jug. 4.*] *P. Me* pro *mihi* posuerunt antiqui, ut *Ennius* cum ait *l. 2.* Si quid me redeo, ut quae res me impendet, agatur. Haec *Fest. in Me. Varr. R. R. 3, 16.* Hereditate me cessa. *V. CESSUS.* Iidem dixerunt etiam *mehe* pro *me*, ut *mihi* pro *mi* hodieque dicimus. *Quint. 1, 5.* ante med. *Mehe* quoque pro *me* apud antiquos, tragoediarum praesertim scriptores, in veteribus libris invenimus. *P. Non solum* *me* in sexto casu, sed et *se, te* praepositioni *cum* antepositur: *mecum* enim dicimus, *secum, tecum*, ut *Cic. Or. 45.* docet: neque *cum me, cum se, cum te* dici potest. Eadem ratione *cum nobis* non dicimus, quia obscenius concurrerent litterae, ut ait *Cic. ib. sed nobiscum*: et ut huic sit simile, etiam *cobiscum*, non *cum vobis*: tametsi hoc si dicas, nullum cacophonon sit: sed ita usus postulat. *V. CUM* praeposit. *P. Mecum* interdum est intra me, cum animo meo, *πρὸς τὸν αὐτοῦ.* *Ter. Hec. 1, 2, 32.* Ut tacita mecum gaudeam. *Cic. in Senat. 12. extr.* Multa mecum ipse reputavi. *P. Interdum* apud *me. Phaedr. 2, 5, extr.* Multo majoris alapaec mecum veneunt. *Ter. Ad. 3, 2, 49.* Testis mecum est anulus, quem amiserat. *P. Jungitur* cum *una, et simul. Pl. Bacch. 3, 5, 2.* Ut eum mecum ad te adduceam simul. *Ter. Hec. 1, 2, 56.* Ut colloqui mecum una posset. *Id. Heaut. 5, 1, 34.* Clinia haec fieri videbat? *Me. quid ni? mecum* una simul. *P. Nobis* quandoque usurpatur pro *nobiscum*. *Or. Trist. 5, 10, 29.* Quippe simul nobis habitat discrimine nullo Barbarus. *Id. Am. 1, 4, 1.* Vir tuus est epulas nobis aditurus eandem. Quaedam edit. habent *perperam nobiscum*. *P. Mecum* pro *me* accusandi casu. *Pl. Asin. 3, 3, 72.* Hanc, cui daturus hanc, jube petere, atque orare mecum. *V. Tecum* in *TU.* *P. Med* pro *me, V.* in *ERGA.* *P. Mepte* pro *me ipsum* dixit *Id. Men. 5, 8, 10.* *P. Genitivus pluralis duplex* est: *nostrum*, quod ponitur fere post adjectiva partitionis, aut his similia, ut *utroque nostrum* apud *Cic. Q. Fr. 2, 4.* et *omnium nostrum* apud *eund. Agr. 2, 32.* Et *nostrum*, quod post verba, ut *nostrum miserere* apud *Virg. Ecl. 2, 7.*, aut post substantiva verborum vicem praestantia, ut *amor nostri* ap. *eund. G. 4, 324.* et *cura*

*nostrum A. 2, 595.* et *nuncius nostri* *ib. 4, 237.* et *nostrum cupido* *ib. 7, 263.* aut post adjectiva alia, quae partitiva non sint, ut *id. ib. 7, 438.* nec regia Juno Immemor est nostri. *P. Reperitur etiam* *vestrum* post nomina, quae partitiva non sunt. *Cic. Phil. 4, 1.* Frequentia vestrum incredibilis. *V. alia* huc pertinentia ap. *Gell. 20, 6.* et *Voss. de Gramm. 5, 57.* ad f. *P. Porro* in locis omnibus, quae modo attulimus, *nostrum* per synecdochen pro *mei* positum est: cum *nostrum* de pluribus tantummodo dicatur, neque de uno, ne per synecdochen quidem usurpari unquam possit. Atque hoc posteriori discrimen inter haec duos genitivos certius multo est, quam primum: quamquam non auisim affirmare esse perpetuum. Quae de *nostrum* et *nostrum* dicimus, de *vestrum* quoque et *vestri* dictum puta. *P. Quid* differant *nostrum* et *nostrorum*, *V. in NOSTER.* *P. Nobiscum* pro *nos* in accusativo. *Pl. Poen. 3, 2, 24.* Quasi tu nobiscum adveniens hodie oraveris, ut etc. Sed *ἀρραϊκός* est non imitandus. *P. Ultima* in *ego*, saepissime [*\*et* ex legitimo usu] brevis est. Longa tamen est ap. *Or. Her. 13, 155.* Sed quid ego revoco haec? Sed *Codd.* variant. [*\*De* hoc loco jure dubitare licet. *V. Heins. et Burm. ad Prop. 1, 8, 31.*] *At Act. Carm. de Vespae jud. 41.* apud *Wernsdorf. Poet. min. T. 2, p. 233.* Pistor ego macto flavas sine sanguine messes. *P. Confunduntur* a librariis *ego* et *eo.* *Drak. ad Liv. 2, 18, 6.* — et *ergo. Id. ib. 37, 53, 11.*

*\*EGOVARRI*, orum, populi Hispaniae Tarracensis, Namarini cognominati. *Plin. 4, 20. B. A.*

*\*EGRA*, Arabiae oppidum. *Plin. 6, 28. B. A.*

[*EGRANATUS*, a, um, part. ab inusit. *egrano*, granis privatus. *Plin. Valer. 3, 14.* Caricae egranae. Alii leg. *aegre natae. F.*]

*EGREDIOR*, crisi, essus sum, dep. 3. *ἐξέρω*, extra gradior, exeo: ab *e* et *gradior.* *Ter. Andr. 1, 3, 21.* Egreditur ab ea, h. e. ab domo ejus. *Id. Ad. 5, 7, 25.* Egredi foras. *Liv. 1, 16.* obviam. *Plin. 2, 42, 42.* Liquor egreditur in sublime. [*\*sc.* ex inferiore loco. *V. Drak. ad Liv. 10, 32, 4.*] *Justin. 2, 9.* Egredi in proelium. *Cic. Quint. 10.* extra fines. *Id. Att. 6, 8.* et portu egrediens. *Et ib. 13, 16.* Pedem e villa adhuc egressi non sumus. [*\*Constructionis* cum praep. *ex* exempla dat *Drak. ad Liv. 2, 48, 10.* 37, 30, 9.] *Id. Ligar. 2.* Domo egredi ad bellum. *Suet. Tib. 40.* et *Claud. 23.* ab urbe. *Et Aug. 53.* urbe oppidove. *Curt. 8, 5.* convivio. *Caes. B. G. 4, 21.* et 24. navi. *Cic. Vatin. 5.* e navi. *Liv. 1, 29.* sub f. et 3, 57. in f. et 22, 55. sub f. urbem. *Plin. ep. 6, 20.* tecta. [*\*Jungitur* ergo cum accusativo et cum ablativo. *V. Heins. ad Or. Met. 3, 388.*] *Id. ep. 7, 33.* in f. Historia non debet egredi veritatem. *Quint. 8, 6.* ante med. Copia modum egressa vitiosa est. *Val. Fl. 2, 277.* medios egressa metus. *Lucan. 5, 511.* Egressus tentoria. *Adde Curt. 9, 6.* *P. Est* etiam verbum navigantium, pro descendere. *Cic. Verr. 2, 5, 51.* Egressus in terram, ut milites in navibus collocaret. *Caes. B. G. 4, 23.* Hunc ad egrediendum nequaquam idoneum arbitratus locum. *Adde Nep. Dat. 4, Liv. 1, 1.* et *Or. Her. 21, 91.* *P. Item* pro portu egredi, sublati ancoris. *Or. Trist. 1, 10, 6.* de navi: Occupat egressas quamlibet ante rates. *P. Ponitur* et pro superare, transcendere, evadere. *Tac. Hist. 3, 30.* Tecta altitudinem moenium egressa milite complet. *Id. A. 16, 10.* Muliebri ejulatu, aliquando sexum egressa, voce infensa clamitabat. *Vell. 2, 40.* Pompejus per omnia fortunam hominis egressus. [*\*Hanc* vim hujus verbi, annotante *Ruhnck.* ad h. 1., diligenter illustravit *Markl. ad Stat. Silv. 5, 3, 154.*] *Quint. proem. l. 6.* Filius quintum annum egressus. [*\*Tac. A. 3, 30.* Volusio vetus familia, neque tamen praetura egressa, i. e. ad altiore dignitatem evecta.] *P. Item* pro digredi. *Cic. Brut. 21.* Ut egrederetur a proposito, ornandi causa. [*\*Id. Quint. 10.*] *Quint. 2, 4.* ante med. Ut eo revertar, unde sum egressus. *P. Egredi mandatum* est, ultra mandatum agere, excedere fines mandati. *V. MANDATUM.* *P. Item* pro ascendere, evadere. *Sall. Jug. 98.* Paulatim prope ad summum montis egressus est. [*\*Tac. H. 3, 29.* Is in vallum egressus capta castra conclamavit. *Adde ib. 3, 71.*] *Or. Met. 2, 135.* Altius egressus coelestia tecta cremabis. *P. Egredier* paralogie pro *egredi* est ap. *Pl. Poen. 3, 4, 32.*

*EGREGIATUS*, us, m. dignitatis gradus in eo, qui egregii titulo decoratus est. *Imp. Constant. Cod. Theod. 8, 4, 3.* et *10, 7, 1.* et *Imp. Constant. ib. 10, 20, 1.* et rursus *Imp. Constant. ib. 12, 1, 5.* *V. EGREGIUS.* [*\*V. Guther. de Off. Dom. Aug. 1, 4.*]

*EGREGIE*, adv. *ἐξαιρέτως*, eximie, excellenter, praclare. *Ter. Andr. 1, 1, 31.* Horum ille nihil egregie praeter cetera studebat; et tamen omnia haec mediocriter. *Cic. Brut. 73. extr.* Pauci pingere egregie possunt, aut fingere. *Id. ib. 9.* Egregie subtilis scriptor, atque elegans. *Id. Fin. 2, 6.* sub f. Cum uterque Graece egregie loquatur. *Id. Or. 2, 66.* Egregie fortis et bonus imperator. *Id. Q. Fr. 1, 1, 6.* Si quis est ex servis egregie

fidelis. *Id. Att. 14, 20.* a med. Hoc mihi egregie placet. *Et ib. 2, 22.* Quod egregie iis gratum esse sentimus. *Pers. 6, 49.* Res egregie gestae. *Plin. 32, 10, 46.* Purgat egregie profluvia. *Caes. B. G. 5, 9.* et 20. Locus egregie et natura, et opere munitus. *Curt. 3, 11.* Egregie se tueri, i. e. fortiter se defendere. [*\*Liv. 3, 29, 7.* Egregie pugnare. *Id. 9, 38, 14.* Egregie vincere. *V. Duk. et Drak. ad Liv. 21, 40, 2.*] *Hor. Sat. 2, 5, 106.* Funus egregie factum. *Gell. 4, 3.* Egregie diligere aliquem. *P. Adhibetur* in approbationibus et plausu. *Suet. Vit. 10.* Egregie prorsus atque magnifice. *Plin. Pan. 38.* Egregie, Caesar, quod lacrimas parentum vectigales esse non pateris. *P. Aliquando* ponitur pro valde. *Gell. 13, 30.* Verbum illud egregie vetus. *Al. leg. e Graecia. Lucr. 1, 735.* inferiores Partibus egregie multis, multoque minores. [*\*Ruhnck. dict. in Ter. Andr. 1, 1, 31.*] *P. In illo Liv. 9, 26.* sub f. Primiue rei facti, adversus nobilium testimonia egregie absoluntur, egregie est cum egregia laude innocentiae. *P. Sumitur* et in malam partem. *Ter. Heaut. 3, 1, 11.* Profecto ingenio egregie ad miserias natus sum. *Gell. 20, 1. L.* Veratius egregie homo improbus. *P. Comp. egregius* apud *Juven. 11, 12.* Egregius coenat, meliusque miserimus horum. *P. Proprie Senec. Controv. 5. proem. ante med.* Declamavit non quidem populo, sed egregie, h. e. auditoribus paucis, et quasi e grege selectis.

*EGREGIUS*, a, um, adj. *ἐξαιρέτος*, excellens, praestans, singularis, quasi e grege lectus, ut ait *Fest. in Abregare.* [*\*Hinc* egregius propria vox in re sacra est et dicitur de victimis, quae e grege sumuntur ad sacrificandum. Sic etiam *eximius* usurpatur. *Drak. ad Liv. 7, 37.* *Ruhnck. ad Ter. Hec. 1, 1, 9.*] *Cic. Or. 1, 29.* Egregia quaedam ac praeclara indoles. *Et 3.* Minima copia poetarum egregiorum exstitit. [*\*Liv. 2, 49, 4.* Egregius senatus, i. e. qui unice reipublicae utilitati intentus est. *V. Drak.*] *Id. N. D. 1, 36.* Opus magnum et egregium. *Tac. H. 4, 34.* Egregium facinus. [*\*Liv. 2, 47, 9.* Victoria egregia. *V. Drak. ad Liv. 21, 40, 2.*] *Nep. Ages. 3.* Egregius industria. *Caes. B. G. 1, 28.* virtus. *Et 19.* fides. *Et 5, 4.* et *Cic. Phil. 1, 1.* voluntas alicujus in aliquem. *Cic. Sext. 53.* Animus constans et egregius. *Id. Brut. 21.* Vir egregius in laude bellica. [*\*Liv. 28, 7, 15.* Vir sicut ad cetera egregius, ita a comitate non aversus, ubi vid. *Drak.*] *Virg. A. 11, 417.* Egregius animi. *Sil. 5, 77.* linguae. *Stat. Th. 3, 99.* fati. *Et 2, 152.* Egregii juvenum, quos non sine numine regnis Invexit nox dextra meis. *Or. Met. 5, 49.* Athis egregius forma. *Id. Trist. 5, 13, 14.* et *Hor. Sat. 6, 67.* Egregium corpus, i. e. perpulcrum. *Ter. Ph. 1, 2, 50.* Virgo egregia facie. *Cic. Fin. 2, 20.* Egregius color. *Hor. Sat. 2, 3, 24.* Egregias domos mercari. *Hirt. B. Alex. 9.* Luca egregia ad tenendas ancoras. *Tac. A. 3, 40.* Egregium tempus resumendae libertati. *Id. H. 1, 15.* Egregium est mihi hoc facere, h. e. honorificum. [*\*Adde A. 3, 6.* idque et sibi et cunctis egregium, si modus adijceretur. — Vide de vario vocis usu exponentem *Barth. ad Stat. Th. 2, p. 344.*] *P. Egregium publicum* apud *Tac. A. 3, 70.* extr. est publicum decus, publica majestas: ea ratione qua dicitur *bonum publicum*, et qua *pejus publicum* dixit *Liv. 2. init.* *P. Absolute* egregia pro virtutibus. *Tac. A. 14, 60.* Postquam cuncta scelerum suorum pro egregiis accipi videt. *P. Habet* etiam suos gradus, sed perari usus. *Lucr. 4, 468.* Nam nihil egregius est, quam etc. *Pacuv. ap. Prisc. 3, p. 600.* [*\*V. s. Egregie §. 6.*] Mulier egregiissima forma. *Gell. 14, 5.* Grammaticae egregiissime. *P. Temporibus* imperatorum *R. egregii* dicti sunt, qui ad certum dignitatis gradum (qui *egregiatus* dicebatur) post militiam sacri palatii, vel administrationem provinciae, evehebantur, inferiores iis, qui *clarissimi*, et qui *perfectissimi* vocati sunt. *Imp. Const. Cod. Theod. 6, 22, 1.* *Hinc Lact. 5, 14.* ad f. Nemo Deo egregius, nisi qui bonus; nemo clarissimus, nisi qui opera misericordiae largiter fecerit; nemo perfectissimus, nisi qui omnes gradus virtutis impleverit. *P. Egregii* autem *viri* titulo decorabantur primores, et decemprimi civitatum, *Lact. Mort. persec. 21.* et *Inscr. apud Grut. 89, 4;* curatores rerumpublicarum, *inscr. ap. eund. 178, 3.* (in qua pro *V. F. Curatore Resi Rejecit*, legendum *V. E. Curat. Reip. fecit, perfectit*); praefecti legionum, alia apud *eund. 347, 1.* imo et 345, 3. et 346, 2., in quarum utraque male legitur *RET.* pro *V. E.*; procuratores aquarum, *inscr. ap. Fabr. p. 700. n. 218.*; procuratores sacrae monetae Urbis, alia apud *Mur. 260, 3.* (ubi pro *Val. Pelagione Proc. SMV.*, legendum *Val. Pelagio V. E. Proc. SMV.*); procuratores summarum, alia apud *Mur. 172, 2.*; rationales imperatorum, alia apud *Grut. 278, 6.*; praetores quindecim populorum Etruriae, alia apud *Mur. 1039, 1.*; procuratores provinciarum, alia apud *Grut. 402, 4.* Plura hac de re docte commentatus est *Jo. Labusius* in *Dissert. intorno l'ant. Marm. di C. Giulio Ingenuo* p. 34. — 38. *P. Gell. 14, 5.* litem refert duorum grammaticorum, quo-



rum alter in vocativo egregi contendeat dici debere, alter egregie. Sed ab hoc standum. P Olim etiam egregius scriptum fuit. Hinc Festus Egregrae, id est e grege lectae.

EGRESSIO, onis, f. ἔξοδος, actus egrediendi. Appul. Met. 8. p. 208, 7. Castellum, unde nos incolae nocturna prohibebant egressione. P Translate est digressio in dicendo. Quint. 3, 9. Egressio vero, vel, quod usitatus esse coepit, excessus, sive est extra causam, etc. Id. 4, 3. a med. Hanc partem ἀναξαρτων Graeci vocant, Latini egressum, vel egressionem. Id. 11, 3. a med. Egressiones fere lenes, et dulces, et remissae sunt.

EGRESSUS, a, um, part. V. EGREDIOR.

EGRESSUS, us, m. ἐξέλευσις, egressio. Cic. Pis. 13. extr. Frequentia sua vestrum egressum (in provinciam) ornando. Tac. A. 15, 53. Caesar rarus egressu, domo, ut hortis clausus. [\*Id. ib. 11, 12. Multo comitatu ventitare domum, egressibus adhaerescere, i. e. egredientem prosequi. Adde Dial. de or. 6, 11.] Ov. Fast. 1, 138. Janitor egressus, introitusque videt. Id. Met. 11, 748. Arcere aliquem egressu. [\*Col. R. R. 8, 8. Egressus liber permittitur columbis.] P Item egressus e navi. Caes. B. G. 5, 8. Ut eam partem insulae caperet, qua optimum esse egressum cognoverat. Hirt. B. Afr. 3. extr. Fortuito oblatam occasionem egressus aucupabatur. P Item locus, unde egredi licet. Petr. Sat. 91. Tenebrosus et sordidus egressus. Ov. Trist. 2, 189. Solus ad egressus missus septemplex Istri, ad ostia. Tac. A. 16, 10. Obsidere egressus. P Item digressio in dicendo. [\*Id. ib. 4, 32. Ingentia illi (sc. qui veteres populi Romani res composuerunt) bella etc. libero egressu memorabant.] V. EGRESSIO.

EGRETUS et Adgretus ex Graeco sunt ducta, a surgendo (ἐξελκουσι) et proficiscendo. Unde et Nyctegresia, quasi noctisurgium. Festus.

\*EGREX, egis, adj. eximius. Isid. Gloss. B. A.

\*EGUITORI, orum, populi Alpini, de quibus Plin. 4, 20. B. A.

EGULĀ, ae, f. sulfuris genus, lanis suffitu molitium, candoremque inducens. Plin. 35, 15, 50. Fortasse ita appellatur ab αἰγλή, splendor.

EGURGITO, as, a. I. evomo, effundo. Pl. Ep. 4, 2, 12. Egurgitare domo argentum. P Legitur et exgurgito.

EH

\*EH i. q. Eu vel Heu, legitur ap. Pl. Poen. 2, 28. B. A.

EHE vel Hehe, interjectio mentis consternatae. Enn. ap. Varr. L. L. 6, 5. Hehe! ipse clypeus cecidit. Scalg. monet in antiquis libris scriptum esse hebae, ut sit αἰβοῖ, quod idem sonat.

EHEM, ō, interjectio subito aliquid deprehendens. Ter. Eun. 1, 2, 6. Quis hic loquitur? ehem, tu ne eras hic, mi Phaedria? Id. Ad. 2, 4, 2. Ehem, opportune: te ipsum quaerito. Et 3, 4, 9. Ehem Demea, haud aspexeram te.

\*EHETIUM, i, oppidum Apuliae. Tab. Peutinger. B. A.

EHEU, ai, interjectio dolentis. Virg. Ecl. 1, 58. Eheu, quid volui misero mihi! Alii leg. Heu, heu. Ter. Phorm. 1, 4, 10. et Sall. Jug. 15. Eheu me miserum! Ter. Heaut. 5, 4, 20. Eheu, quam ego nunc totus displiceo mihi! P Scribitur et heheu.

EHO, o, ō, interjectio vocantis, excitantis, admonentis. Ter. Andr. 3, 2, 20. Eho, an tute intellexti hoc adsimularier? Et 4, 1, 44. Eho, dic mihi. Id. Hec. 4, 4, 97. Eho puer, curre ad Bachidem. Pl. Merc. 1, 2, 77. Eho tu, eho, tu, quin cavisti, ne eam videret, verbero? P Ehodum majorem vim habet. Ter. Andr. 3, 5, 10. Ehodum bone vir, quid ais? et 1, 2, 13. Ehodum ad me.

EHDODUM. V. in voce praec.

[EHORA, ae, f. ἔορα, suspensium, vas pensile. Est cognomen Romanum. Inscr. ap. Grut. 934, 13. Caesidiae Ehorae libertae. At in lapide, qui etiamnum Patavii exstat, legitur Caesidiae Horae libertae. F.]

EI

EI, pro ii. V. in IS. [\*Ei pro i longa. V. EIDEM. B. A.]

EJĀ et Heja, disyllab. eia, adv. excitantis, adhortantis, corrigentis. Virg. A. 4, 569. Eja age, rumpe moras. Id. ib. 9, 38. Hostis adest, eja. Plin. ep. 4, 29. in. Eja tu, quoquo modo veni. Ter. Eun. 5, 9, 35. Eja, haud sic decet. Pl. Ep. 2, 2, 77. Eja vero, age, dic. Cic. de Rep. (edente A. Maio) 3, 5. Et Pilus, Heia vero, inquit. P Repetentis. Pl. Amph. 3, 2, 17. Alc. Ita ingenium meum est: inimicos semper osa sum obtuer. Jup. Eja autem inimicos? Alc. sic est: vera praedico. P Consolantis. Id. Bacch. 4, 3, 16. Eja, bonum habe animum. P Admirantis. Ter. Heaut. 5, 5, 19. Eja, ut elegans est! P Ironiae quoque inservit. Pl. Rud. 2, 3, 9. Tuus herus ubi, Tom. II.

amabo, est? Tr. eja vero, quasi non sit intus. P Ultima syllaba brevis est. Val. Flacc. 8, 110. eja, per ipsum Scande, age, et adverso gressus, ait, imprime dorso. Sidonium habebit auctorem, si quis producat, carm. 14, 6. Eja, Calliope, nite palmas. At praeterquam quod Sidonii auctoritas parvi est facienda, in hoc carmine phaleucio non infrequenter pro spondae adhibetur choreus, Eja igitur choreus, sive trocheus semper esto. [\*Saepe vox obliterata. V. Heins. et Burn. ad Or. Met. 2, 691. 6, 640. — Cic. Rep. 3, 5. Et Philus: Heia vero, inquit, etc. B. A.]

EJĀCULO, as, avi, atum, a. I. et usitatus Ejaculator, aris, dep. I. ἐξάλλω, eminus, seu longe jaculat. Gell. 16, 10. ad f. Se in saum ejaculaverat. Plin. 4, 12, 23. In cujus forum solstitio Athos ejaculator umbram. Ov. Met. 4, 122. Non aliter quam cum vitiato fistula plumbo Scinditur, et tenues stridente foramine longe Ejaculator aquas. Et ib. 6, 259. Sanguis se ejaculatus in altum Emitat. P [\*Passive Scribon. Larg. compos. 84. Ejaculabitur. B. A.]

[EIAZIUS, ii, m. Jovis cognomen, fortasse ab εἰώ, sino, ut idem sit ac Suppiter Consentiens. Inscr. ap. Grut. 21, 2. Jovi Eiazio votum. F.]

EJECTAMENTUM, i, n. excrementum. Tac. G. 45. de succino: Diu quin etiam inter cetera ejectamenta maris jacebat.

EJECTATUS, a, um, part. ab ejecto, ejectus, ut Ejectata favilla. Ov. Met. 2, 231.

EJECTICIUS, a, um, adj. ἐξέδικος. Plin. 11, 37, 84. Vulva ejecto partu melior, quam edito: ejecticia vocatur illa, haec porcaria.

EJECTIO, onis, f. ejiciendi actio, expulsio, ἐξβολή. Cic. Att. 2, 18. Mortem et ejectionem timeamus. P Ejectio articuli, ap. Coel. Aurel. Tard. 2, 1. est, cum luxatur. V. EJECTUS, a, um.

\*EJECTIUNCULA, ae, f. Marc. Empir. 10. B. A.

EJECTO, as, avi, atum, a. I. frequent. ab ejicio, ἐξάλλω, expello. Ov. Met. 5, 353. Arenas ejectat. Sil. 10, 320. Auidus undis Ejectat, redidit furens sua corpora ripis. Stat. Sil. 3, 3, 89. Quidquid ab auriferis ejectat Iberia fossis. Adde Lucan. 3, 658.

\*EJECTURA, ae, f. vox, ut placet Gesnero, restituenda Veg. Art. Vet. 2, 45. Et si ex ejectura fuerit, prius locis suis reponenda sunt membra, etc. Vel legendum (pergit Idem vel pergere vult) exjectura pro ex ejectura. B. A.

EJECTUS, a, um, part. ab ejicio, expulsus. Lucr. 4, 920. Anima perturbata, ejectaque foras. Id. 5, 982. et Caes. B. G. 4, 7. Ejectus domo. Lucr. 3, 576. extra. Nep. Them. 8. e civitate. Suet. Aug. 80. Calculi per urinam ejeti. Cic. Or. 2, 66. Distortus, ejecta lingua, buccis fluentibus. P Saepe refertur ad naufragos. Pl. Rud. 2, 3, 78. Timidas, egentes, humidus, ejectas, exanimatas accepit ad se. Virg. A. 4, 373. ejectionem litore, egentem Excepi. Ov. Met. 13, 536. ejectionem Polydori in litore corpus. Sen. ep. 9. a med. Ejectus in desertum litus. Ov. Her. 7, 89. Ejectus fluctibus. Id. ib. 174. Ejecta ratis. [\*Observa ejici non tantum dici homines, sed etiam navem. Ulp. Dig. 47, 9, 36. Qui ejecta nave quid rapuit, hoc edicto tenetur. Ejecta, hoc est quod Graeci ajunt ἐξέρχασθαι. Eodem sensu dejici dicitur a Paul. Dig. 14, 2, 7.] Cic. Rosc. Am. 26. Commune est mare fluctuantibus, litus ejectionis. [\*Gron. ad Sen. Contr. 3, 16. Ruhnk. dict. in Ter. Andr. 1, 3, 18.] P Item ad pauperes, et mendicos, ut naufragi esse solent. Id. Quint. 19. sub f. Credo aliquem ejectionem hominem, egentem, litigiosum, improbum. P Item ad pulsos civitate. Cic. Rosc. Am. 2. Hoc incolumi, non arbitratur, etc. damnato et ejecto, sperat, etc. P Ejectionem articulum, ap. Scrib. Compos. 206. quo pertinet illud Virg. A. 10, 894. Tollit se arrectum quadrupes, effusumque equitem super ipse secutus Implicat, ejectione incumbit cernuus armo. P Ejectus die ap. Stat. Th. 4, 617. de caeco dicitur, qui est exclusus a lumine. [\*Confunduntur a librariis Ejectus et electus. V. Drak. ad Liv. 28, 36, 7. — et exsectus. Id. ad Liv. 7, 39, 6.]

EJECTUS, us, m. idem quod ejection. Lucr. 4, 957. Animai altior atque largior ejection.

\*EJERATIO, onis, f. i. q. ejuratio. Tert. Spect. 4.

EJERO, as, a. I. idem quod ejuro, legitur ap. Cic. Orat. 2, 70. et Tertull. Spect. 24. et Idol. 18. V. EJURO.

EJICIO, is, jeci, jectum, a. 3. ἐξάλλω, extra jacio, expello, exturbo. Sen. ep. 54. extr. Ejici est inde expelli, unde invitus recedas. Cic. Or. 2, 58. Extrudere et ejicere aliquem in viam. Id. Sen. 12. Ejicere aliquem et senatu. [\*Adde Plin. Ep. 10, 115.] Id. Q. Fr. 2, 5. de collegio. Et Off. 3, 23. de navi. Id. Rosc. Am. 19. amore ex animo. [\*Cic. Div. 2, 72. Superstitionis stirpes ejiciendas.] Pl. Cas. prol. 23. et Liv. 30, 13. ex animo curam, atque alienum aes. Plin. 37, 2, 11. Succinum, oceano exestuante, ad promontoria Pyrenaei ejici. Cic. Cat. 2, 7. Ejicere in exsilium. Id. Quint. 26. aliquem praecipitem a suis diis Penatibus. Lucil. ap. Non. 4, 177. Ejicere abs se amorem. Pl. Asin.

1, 3, 9. aliquem domo. Lucr. 3, 57. voces pectore ab imo. Cic. Coel. 24. ad f. Nonne ipsam domum metues, ne quam vocem ejiciat? Al. leg. eliciat. [\*Recte h. l. vox ejici dicitur, h. e. summa cum contentione emitti. P Inprimis dicitur de iis qui exploduntur et exsibilantur. Cic. Sext. 55. Cantorum vocibus ejiciebatur. Cluent. 31. Explosum atque ejectum est. V. Ernest. Clav.] P Cum ablat. sine praepos. Pl. Mil. 3, 2, 31. Ejici sagina cellaria. Id. Asin. 1, 2, 1. Foras aedibus ejicere aliquem. P Interdum significat e civitate ejicere, in exsilium pellere. Cic. Mil. 38. Memoriam Milonis retinebitis, ipsum ejicietis? Id. Fam. 14, 3. Ejicere nos magnum fuit: excludere facile est. [\*Nep. Lys. 1. Undique, qui Atheniensium rebus studuisent, ejectionis. Saepe vero additur, e republica, e civitate ejicere, ut Nep. Them. 8. Id. Alc. 4. vel in exsilium. Id. Pel. 1, 3. Adde Cic. locum supra allatum. P Etiam de histrionibus dicitur, qui exploduntur et exsibilantur. Auct. ad Her. 4, 47. Citharoedus derisus et contemptus ejicitur. V. Ruhnk. ad Vell. 2, 28.] P Item abortu fetum expellere. Ulp. Dig. 9, 2, 27. a med. Si mulier pugno, vel equa icta a te percussa ejecerit. P Item vomere. Cic. Fam. 14, 7. ζολήν ἀνακτορ noctu ejeci. Cels. 1, 3. Qui quotidie ejiciendo vorandi facultatem molliuntur. Plin. 24, 5, 10. Ejicere sanguinem. Quint. 11, 3. ante med. Ejecto modo vomitu declamare. [\*V. Burn. ad h. l. p. 1003.] P Item luxare. [\*Veg. Vet. 2, 45. Ejicere armum. 2, 41. Ejicere cervicem.] Hygin. fab. 57. Decidisse dicitur in campos Aleios, unde etiam coxas ejicisse. [\*V. Munk. ad h. l. p. 123. Drak. ad Liv. 7, 39, 6.] V. EJECTUS, a, um. P Ejicere se est impetu exire, erumpere. Cic. Catil. 1, 14. Si se ejecerit, secumque suos eduxerit. Caes. B. G. 7, 28. et alibi saepe. Ejicere se ex oppido. Liv. 6, 3. Cum pro se quisque tenderent ad portas, si qua forte se in agros ejicere possent. Id. 40, 46. extr. Secundani se porta ejecere. [\*V. Drak. ad Liv. 6, 3, 7.] Cic. Verr. 2, 5, 35. Jam sese in terram e navi ejecerat. Id. Coel. 31. Voluptates, quae inclusae diutius, et prima aetate compressae et contractae fuerunt, subito se nonnunquam profundunt atque ejiciunt universae. Qua ex vita emersit, totumque se ejecit atque extulit. P Pertinet etiam ad naufragium. Liv. 44, 28. Pars velis datis ad Chium naves ejecere. Id. 23, 31. extr. Classis foeda tempestate vexata, ad Baleares insulas ejicitur. Caes. B. C. 3, 28. Gubernatorem in terram navem ejicere cogunt. V. EJECTUS, a, um. [\*V. Drak. ad Liv. 23, 34, 16. 44, 19, 2.] P Est etiam abjicio, rejicio. Cic. Or. 1, 32. Non eloquentiam ex artificio, sed artificium ex eloquentia natum: quod tamen, ut ante dixi, non ejicio. [\*Cic. Off. 1, 41. Cynicorum ratio est ejicienda. Id. Att. 2, 24. Eoque magis id ejectionem est.] P Lucr. 3, 891. et 4, 1265. ex ejicit alterum j exierit, et eicit disyllum facit. [\*V. Schneid. Element. Tom. 1. p. 288. Contra memoratur a grammaticis, velut a Vel. Long. p. 2232., etiam scriptum Ejicio. Cf. Schneid. l. 1. p. 561.]

\*EILANE, es, vel Eilana, ae, f. oppidum Arabiae Petraeae, Aelana Plin. 5, 11. B. A.

\*EION, onis, Ἴλιών, paeninsula inter Pontum Euxinum et Maeotidem paludem. Plin. 6, 6. B. A.

[EISONOMUS, i, m. congruus legi, ab εἶσος, congruus, et νόμος, lex. Est cognomen Romanum. Inscr. ap. Grut. 241, 3. Ti. Claudius Eisonomus. F.]

EJULATIO, onis, f. ὀλογγυῖος, planetus cum vociferatione. Pl. Capt. 2, 1, 7. Ejulatione haud opus est. Cic. Leg. 2, 23. Lessus, quasi lugubris ejulatio.

EJULATUS, us, m. idem ac ejulatio. Cic. Tusc. 2, 23. Ingemiscere nonnunquam viro concessum est, idque raro: ejulatus vero ne mulieri quidem. [\*Id. H. r. Resp. 18. Gemitus et ejulatus.] Gell. 1, 26. Querimonias, gemitus, ejulatusque facere.

EJULITO, as, n. frequent. ab ejulo. Lucil. ap. Non. 1, 78. Hic rudet e rostris, atque ejulabit. Al. aliter leg.

EJULO, as, avi, atum, a. I. ὀλογγυῖος, est voce in altum sublata plorare: a sono, idest, ab ei, vel ab eheu. [\*De etymo cf. Doederl. Syn. Fasc. 3. p. 156.] Quidam hejulo dici malunt, ut sonus magis exaudiat, a voce plorantium, hoi, hei. Cic. Tusc. 2, 7. Herculem viderat in Oeta magnitudine dolorum ejulantem. Gell. 12, 5. post med. Ejulans, atque lamentans. P Cum accusat. Appul. Met. 3. p. 129, 33. Fortunas meas ejulabam. Et ib. 4. p. 153, 24. Altius ejulans sese, et assiduis singultibus ilia quatiens.

EJUNGESCO, is, n. 3. in juncum evado, tenuis fio, gracilesco. Plin. 17, 22, 35. n. 14. Vitis ejungescit. Ita legit Hard. ex MSS., alii evanescit. Sed non est opus hac varietate lectionis, ut apparet ex voce sequenti.

EJUNCIDUS, a, um, adj. tenuis instar junci, juncus: vox composita ex praeposit. e, et juncus pro juncus. Gloss. Phil. Ejuncidum, ἐκλεπυθῆν. Varr. R. R. 1, 31. Sarmentum ejuncidum. Et ib. 2, 10. Mulieres ejuncidae, et contemnendae.

1, 3, 9. aliquem domo. Lucr. 3, 57. voces pectore ab imo. Cic. Coel. 24. ad f. Nonne ipsam domum metues, ne quam vocem ejiciat? Al. leg. eliciat. [\*Recte h. l. vox ejici dicitur, h. e. summa cum contentione emitti. P Inprimis dicitur de iis qui exploduntur et exsibilantur. Cic. Sext. 55. Cantorum vocibus ejiciebatur. Cluent. 31. Explosum atque ejectum est. V. Ernest. Clav.] P Cum ablat. sine praepos. Pl. Mil. 3, 2, 31. Ejici sagina cellaria. Id. Asin. 1, 2, 1. Foras aedibus ejicere aliquem. P Interdum significat e civitate ejicere, in exsilium pellere. Cic. Mil. 38. Memoriam Milonis retinebitis, ipsum ejicietis? Id. Fam. 14, 3. Ejicere nos magnum fuit: excludere facile est. [\*Nep. Lys. 1. Undique, qui Atheniensium rebus studuisent, ejectionis. Saepe vero additur, e republica, e civitate ejicere, ut Nep. Them. 8. Id. Alc. 4. vel in exsilium. Id. Pel. 1, 3. Adde Cic. locum supra allatum. P Etiam de histrionibus dicitur, qui exploduntur et exsibilantur. Auct. ad Her. 4, 47. Citharoedus derisus et contemptus ejicitur. V. Ruhnk. ad Vell. 2, 28.] P Item abortu fetum expellere. Ulp. Dig. 9, 2, 27. a med. Si mulier pugno, vel equa icta a te percussa ejecerit. P Item vomere. Cic. Fam. 14, 7. ζολήν ἀνακτορ noctu ejeci. Cels. 1, 3. Qui quotidie ejiciendo vorandi facultatem molliuntur. Plin. 24, 5, 10. Ejicere sanguinem. Quint. 11, 3. ante med. Ejecto modo vomitu declamare. [\*V. Burn. ad h. l. p. 1003.] P Item luxare. [\*Veg. Vet. 2, 45. Ejicere armum. 2, 41. Ejicere cervicem.] Hygin. fab. 57. Decidisse dicitur in campos Aleios, unde etiam coxas ejicisse. [\*V. Munk. ad h. l. p. 123. Drak. ad Liv. 7, 39, 6.] V. EJECTUS, a, um. P Ejicere se est impetu exire, erumpere. Cic. Catil. 1, 14. Si se ejecerit, secumque suos eduxerit. Caes. B. G. 7, 28. et alibi saepe. Ejicere se ex oppido. Liv. 6, 3. Cum pro se quisque tenderent ad portas, si qua forte se in agros ejicere possent. Id. 40, 46. extr. Secundani se porta ejecere. [\*V. Drak. ad Liv. 6, 3, 7.] Cic. Verr. 2, 5, 35. Jam sese in terram e navi ejecerat. Id. Coel. 31. Voluptates, quae inclusae diutius, et prima aetate compressae et contractae fuerunt, subito se nonnunquam profundunt atque ejiciunt universae. Qua ex vita emersit, totumque se ejecit atque extulit. P Pertinet etiam ad naufragium. Liv. 44, 28. Pars velis datis ad Chium naves ejecere. Id. 23, 31. extr. Classis foeda tempestate vexata, ad Baleares insulas ejicitur. Caes. B. C. 3, 28. Gubernatorem in terram navem ejicere cogunt. V. EJECTUS, a, um. [\*V. Drak. ad Liv. 23, 34, 16. 44, 19, 2.] P Est etiam abjicio, rejicio. Cic. Or. 1, 32. Non eloquentiam ex artificio, sed artificium ex eloquentia natum: quod tamen, ut ante dixi, non ejicio. [\*Cic. Off. 1, 41. Cynicorum ratio est ejicienda. Id. Att. 2, 24. Eoque magis id ejectionem est.] P Lucr. 3, 891. et 4, 1265. ex ejicit alterum j exierit, et eicit disyllum facit. [\*V. Schneid. Element. Tom. 1. p. 288. Contra memoratur a grammaticis, velut a Vel. Long. p. 2232., etiam scriptum Ejicio. Cf. Schneid. l. 1. p. 561.]

\*EILANE, es, vel Eilana, ae, f. oppidum Arabiae Petraeae, Aelana Plin. 5, 11. B. A.

\*EION, onis, Ἴλιών, paeninsula inter Pontum Euxinum et Maeotidem paludem. Plin. 6, 6. B. A.

[EISONOMUS, i, m. congruus legi, ab εἶσος, congruus, et νόμος, lex. Est cognomen Romanum. Inscr. ap. Grut. 241, 3. Ti. Claudius Eisonomus. F.]

EJULATIO, onis, f. ὀλογγυῖος, planetus cum vociferatione. Pl. Capt. 2, 1, 7. Ejulatione haud opus est. Cic. Leg. 2, 23. Lessus, quasi lugubris ejulatio.

EJULATUS, us, m. idem ac ejulatio. Cic. Tusc. 2, 23. Ingemiscere nonnunquam viro concessum est, idque raro: ejulatus vero ne mulieri quidem. [\*Id. H. r. Resp. 18. Gemitus et ejulatus.] Gell. 1, 26. Querimonias, gemitus, ejulatusque facere.

EJULITO, as, n. frequent. ab ejulo. Lucil. ap. Non. 1, 78. Hic rudet e rostris, atque ejulabit. Al. aliter leg.

EJULO, as, avi, atum, a. I. ὀλογγυῖος, est voce in altum sublata plorare: a sono, idest, ab ei, vel ab eheu. [\*De etymo cf. Doederl. Syn. Fasc. 3. p. 156.] Quidam hejulo dici malunt, ut sonus magis exaudiat, a voce plorantium, hoi, hei. Cic. Tusc. 2, 7. Herculem viderat in Oeta magnitudine dolorum ejulantem. Gell. 12, 5. post med. Ejulans, atque lamentans. P Cum accusat. Appul. Met. 3. p. 129, 33. Fortunas meas ejulabam. Et ib. 4. p. 153, 24. Altius ejulans sese, et assiduis singultibus ilia quatiens.

EJUNGESCO, is, n. 3. in juncum evado, tenuis fio, gracilesco. Plin. 17, 22, 35. n. 14. Vitis ejungescit. Ita legit Hard. ex MSS., alii evanescit. Sed non est opus hac varietate lectionis, ut apparet ex voce sequenti.

EJUNCIDUS, a, um, adj. tenuis instar junci, juncus: vox composita ex praeposit. e, et juncus pro juncus. Gloss. Phil. Ejuncidum, ἐκλεπυθῆν. Varr. R. R. 1, 31. Sarmentum ejuncidum. Et ib. 2, 10. Mulieres ejuncidae, et contemnendae.

1, 3, 9. aliquem domo. Lucr. 3, 57. voces pectore ab imo. Cic. Coel. 24. ad f. Nonne ipsam domum metues, ne quam vocem ejiciat? Al. leg. eliciat. [\*Recte h. l. vox ejici dicitur, h. e. summa cum contentione emitti. P Inprimis dicitur de iis qui exploduntur et exsibilantur. Cic. Sext. 55. Cantorum vocibus ejiciebatur. Cluent. 31. Explosum atque ejectum est. V. Ernest. Clav.] P Cum ablat. sine praepos. Pl. Mil. 3, 2, 31. Ejici sagina cellaria. Id. Asin. 1, 2, 1. Foras aedibus ejicere aliquem. P Interdum significat e civitate ejicere, in exsilium pellere. Cic. Mil. 38. Memoriam Milonis retinebitis, ipsum ejicietis? Id. Fam. 14, 3. Ejicere nos magnum fuit: excludere facile est. [\*Nep. Lys. 1. Undique, qui Atheniensium rebus studuisent, ejectionis. Saepe vero additur, e republica, e civitate ejicere, ut Nep. Them. 8. Id. Alc. 4. vel in exsilium. Id. Pel. 1, 3. Adde Cic. locum supra allatum. P Etiam de histrionibus dicitur, qui exploduntur et exsibilantur. Auct. ad Her. 4, 47. Citharoedus derisus et contemptus ejicitur. V. Ruhnk. ad Vell. 2, 28.] P Item abortu fetum expellere. Ulp. Dig. 9, 2, 27. a med. Si mulier pugno, vel equa icta a te percussa ejecerit. P Item vomere. Cic. Fam. 14, 7. ζολήν ἀνακτορ noctu ejeci. Cels. 1, 3. Qui quotidie ejiciendo vorandi facultatem molliuntur. Plin. 24, 5, 10. Ejicere sanguinem. Quint. 11, 3. ante med. Ejecto modo vomitu declamare. [\*V. Burn. ad h. l. p. 1003.] P Item luxare. [\*Veg. Vet. 2, 45. Ejicere armum. 2, 41. Ejicere cervicem.] Hygin. fab. 57. Decidisse dicitur in campos Aleios, unde etiam coxas ejicisse. [\*V. Munk. ad h. l. p. 123. Drak. ad Liv. 7, 39, 6.] V. EJECTUS, a, um. P Ejicere se est impetu exire, erumpere. Cic. Catil. 1, 14. Si se ejecerit, secumque suos eduxerit. Caes. B. G. 7, 28. et alibi saepe. Ejicere se ex oppido. Liv. 6, 3. Cum pro se quisque tenderent ad portas, si qua forte se in agros ejicere possent. Id. 40, 46. extr. Secundani se porta ejecere. [\*V. Drak. ad Liv. 6, 3, 7.] Cic. Verr. 2, 5, 35. Jam sese in terram e navi ejecerat. Id. Coel. 31. Voluptates, quae inclusae diutius, et prima aetate compressae et contractae fuerunt, subito se nonnunquam profundunt atque ejiciunt universae. Qua ex vita emersit, totumque se ejecit atque extulit. P Pertinet etiam ad naufragium. Liv. 44, 28. Pars velis datis ad Chium naves ejecere. Id. 23, 31. extr. Classis foeda tempestate vexata, ad Baleares insulas ejicitur. Caes. B. C. 3, 28. Gubernatorem in terram navem ejicere cogunt. V. EJECTUS, a, um. [\*V. Drak. ad Liv. 23, 34, 16. 44, 19, 2.] P Est etiam abjicio, rejicio. Cic. Or. 1, 32. Non eloquentiam ex artificio, sed artificium ex eloquentia natum: quod tamen, ut ante dixi, non ejicio. [\*Cic. Off. 1, 41. Cynicorum ratio est ejicienda. Id. Att. 2, 24. Eoque magis id ejectionem est.] P Lucr. 3, 891. et 4, 1265. ex ejicit alterum j exierit, et eicit disyllum facit. [\*V. Schneid. Element. Tom. 1. p. 288. Contra memoratur a grammaticis, velut a Vel. Long. p. 2232., etiam scriptum Ejicio. Cf. Schneid. l. 1. p. 561.]

\*EILANE, es, vel Eilana, ae, f. oppidum Arabiae Petraeae, Aelana Plin. 5, 11. B. A.

\*EION, onis, Ἴλιών, paeninsula inter Pontum Euxinum et Maeotidem paludem. Plin. 6, 6. B. A.

[EISONOMUS, i, m. congruus legi, ab εἶσος, congruus, et νόμος, lex. Est cognomen Romanum. Inscr. ap. Grut. 241, 3. Ti. Claudius Eisonomus. F.]

EJULATIO, onis, f. ὀλογγυῖος, planetus cum vociferatione. Pl. Capt. 2, 1, 7. Ejulatione haud opus est. Cic. Leg. 2, 23. Lessus, quasi lugubris ejulatio.

EJULATUS, us, m. idem ac ejulatio. Cic. Tusc. 2, 23. Ingemiscere nonnunquam viro concessum est, idque raro: ejulatus vero ne mulieri quidem. [\*Id. H. r. Resp. 18. Gemitus et ejulatus.] Gell. 1, 26. Querimonias, gemitus, ejulatusque facere.



nere: est autem ita appellatus ab Hebr. *לַיִן* *el*, Deus, et *גְּבֻל* *gebul*, terminus. *Inscr. ap. Schönwisner. Iter Pannon. T. 2. p. 277.* Deo Soli Elagabal. *Nummus apud Eckhel. D. N. V. T. 7. p. 249.* Sanct. Deo Soli Elagabal. Et *ib.* Sacerdos Dei Solis Elagab. *Elagabalus*, sive *Heliogabalus* (*Ἡλιος* enim a Graecis dicitur sol) fuit etiam cognominatus M. Aurelius Antoninus, filius Sex. Varii Marcelli, qui an. a Chr. n. 218. imperium Romanum adeptus est. *Lampr. Elag. 1.* Hic quidem prius dictus est Varius, post Heliogabalus a sacerdotio Dei Heliogabali, cui templum Romae in eo loco constituit, in quo prius aedes Orci fuit, quem e Syria secum advexit. *Vopisc. Aurel. 25.* Emisam victor Aurelianus ingressus est, ac statim ad templum Heliogabali tetendit, donariis ingentibus positis; et Romae Soli templum posuit majore honorificentia consecratum. *Quamvis scriptores Latini saepissime pro Elagabalus usurpent Heliogabalus, et Alagabalus sit in Inscr. ap. Grut. 32, 12;* prior tamen scriptio potius probanda, utpote quam et vocis etymon, et inscriptiones, nummumque supra allati satis confirmant. *B. A. et F.*

[*ELAINUS*, i, m. *ἐλαίνος*, oleaginus. Est cognomen Romanum. *Inscr. ap. Murat. 681, 2. M. Aurelio Elaini filio Marcello. F.*]

[*ELAMENTABILIS*, e, adj. lamentis et querularum plenus. *Cic. Tusc. 2, 24.* Si gemitus in dolore ad confirmandum animum valebit, utemur: sin erit elamentabilis, si imbecillus, si abjectus etc. Al. melius [de quo dubito] leg. *lamentabilis.*

\**ELAMITAE*, arum, populi itemque oppidum Arabiae. *Plin. 6, 28.* ubi *Harduinus* mavult *Elaitae* legere, vel *Leantae. B. A.*

[*ELANGUËO*, es, ūi, n. 2. *ἐλάγω*, idem quod languere vel valde languere. *Aurel. Vict. Vir. illustr. 42. de Annib.* Cum Urbem capere posset, in Campaniam devertit, cujus delicias elanguit, [i. e. penitus fractus est.] *Gell. 16, 3.* Post inedia tridui omnis appetitio elanguit. *Curt. 4, 15.* Proelium, quod elanguerat, accendit. *Val. Fl. 4, 572.* Haesit uterque polo, dubiisque elanguit alis. *Tac. H. 4, 42.* Elanguimus, P. C., nec jam ille senatus sumus, qui etc. *Liv. 5, 26.* Differendo deinde elanguit res.

[*ELANGUESCO*, is, n. 3. verbum inchoativum, idem ac elanguere. *Liv. 35, 45.* Non est elanguescendum. [\*Sed in eod. cap. paulo ante e codd. *relanguescit impetus regis Drak.* edidit pro *elanguescat. Liv. 1, 46, 7.* Elanguescendum aliena ignavia est.] *Gell. 3, 1.* Omnis vigor animi elanguescit, et effeminatur. *Plin. 9, 30, 48.* Elanguescit vis. *Vell. 2, 111. extr.* Viribus hostis elanguescit. *Sil. 4, 140.* Elanguescens, et jam casura cornus. [\*Confunduntur a librariis *Elanguescere et relanguescere. V. Drak. ad Liv. 35, 44, 3.*]

[*ELANGUIDUS*, a, um, adj. valde languidus. *Venant. 1. de Vita S. Martini 296.* Paulatimque foci elanguida ligna resorbent.

\**ELAPHITES INSULAE*, quasi tu dicas *cercariae*. De his sic *Plin. 3. c. ult.* Elaphites numero tres, XV. M. pass. a Melita (a qua Melitaei canes Callimacho dicuntur) distantes. *B. A.*

\**ELAPHITIS*, idis, f. insula prope Ioniam, Chio vicina. *Plin. 5, 31. B. A.*

[*ELAPHOBOSCON*, i, n. *ἐλαφοβόσκον*, herba (al. pabulum cervi) ferulacea, geniculata, digiti crassitudine, semine corymbi, dependentibus foliis olusatri, commendata in cibis contra serpentinum morsus: ab *ἐλαφος*, cervus, et *βόσκω*, pascō. *Plin. 22, 22, 37.*

\**ELAPHONNESUS*, i, f. *Ἐλαφώννησος*, insula in Propontide, ante Cyzicum. *Plin. 5, 32. B. A.*

\**ELAPHUSA*, ae, f. *Ἐλαφούσα*, insula ante Coreyram, non procul a duabus insulis, quae Paiae vocantur, ad Leucadiam sita. *Plin. 4, 12. B. A.*

[*ELAPIDATUS*, a, um, part. ab inusit. *elapido*, lapidibus purgatus. *Plin. 18, 16, 43.* Solum elapidatum purgatumque subigitur. *Addē 17, 4, 3. et ib. 10, 14.*

\**ELAPSIO*, onis, f. Jcti in *Dig. B. A.*

[*ELAPSUS*, V. ELABOR.

[*ELAQUEATUS*, a, um, part. ab *elaqueo*, laqueis expeditus. *Ammian. 30, 1.* Quem elaqueatum fidem rupturum existimabat.

[*ELAQUEO*, as, a. 2. expedio, laqueis exsolvo. *Prud. adv. Symmach. 2, 147.* Elaqueanda animi constantia, ne retinaelis prematur. *Sidon. ep. 8, 9.* A vinculo incuris angoris elaqueat.

[*ELARGIOR*, iris, itus sum, dep. 4. *δωρίμοι.* *Pers. 3, 70.* patriae carisque propinquis Quantum elargiri deceat. *Addē Cic. Fam. 1, 5,* ubi tamen plerique alii leg. *largior.* Idem dicitur de alio loco *Livii initio lib. 3,* ubi multo rectius et *largiendo*, quam *elargiendo* legitur.

\**ELARGITIO*, onis, f. in *Cod. et ELARGITOR*, oris, m. in *Dig. B. A.*

\**ELARIS*, flumen Galliae, in Ligerim influens, hodie *Allier* nuncupatum. *Sidon. curm. 5. v. 209.* *Elaver* est *Caes. B. G. 7, 53.* et *Elauris Theod. Aurel. Paraenisi ad Jud. v. 111. B. A.*

[*ELASSESCO*, is, n. 3. idem ac *lassesco*, lassitudine deficio. *Plin. 16, 25, 41.* In arboribus tamen nimia germinatio *lassescit.*

[*ELATE*, es, f. *ἐλάτη*, genus arboris. *Plin. 12, 28, 62.* Est praeterea arbor, quam alii *elaten* vocant (quod nos *abietem*), alii *palnam*, alii *spathen*. Laudatur *Hammoniacae* maxime, mox *Aegyptiae*, dein *Syriacae*, dumtaxat in locis sitientibus odorata, pingui lacrima, quae in unguenta additur ad domandum oleum. *Addē 23, 5, 53.*

[*ELATE*, adv. *ἀνατετακώς*, alte: ab *elatus*. *Translatē. Cic. Opt. gen. or. 4.* Ut *Demosthenes* certe possit submisce dicere, *elate Lysias* fortasse non possit. [\**Id. Tusc. 5, 24.* *Elate et ample loqui.*] *Caes. B. C. 3, 79.* De proelio ad *Dyrrachium* facto, *elatus* inflatusque multo, quam res erat gesta, fama percerebuerat. *Nep. Paus. 2.* Pari felicitate in ea re usus, *elatus* se gerere coepit, majoresque appetere res, *h. e.*, ut *Florus 1, 26.* loquitur, altius se et incivilius efferre. *Gell. 9, 15.* Praefatur arrogantius et *elatus*, quam aetati ejus decebat.

\**ELATEA* vel *Elatia*, ae, f. *Ἐλάτεια*, oppidum Phocidis. *Liv. 28, 7, 32, 18. Plin. 4, 7.* *Item aliud, Thessaliae, prope Gonnum et fauces, quibus Tempe adeuntur. Liv. 42, 54. B. A.*

[*ELATEIUS*, a, um, adj. *Ἐλατίος*, et *Ἐλατίος*. *Ob. Met. 12, 189.* Proles *Elateia*, *h. e.* *Caenis* filia *Elati Magnesii*, filii *Arcadis* ex *Callisto*. *Et 197.* *Elateius* *Caeneus*. *Hygin.* hunc *Elatum* memorat *fab. 14, 173, et 242.*

[\**ELATENSIS*, e, adj. ad *Elateam* (s. *Elatiam, Ἐλάτειαν*) pertinens, Phocidis urbem, de qua *Plin. 4, 7, 12.* et *Liv. 28, 7.* *Platenses, ium*, sunt incolae illius urbis. *Plin. 35, 10, 36. n. 19.* *Pactus* in singulos *mnas* denas a tyranno *Elatensium* *Mnasone. B. A. et F.*

[*ELATERIUM*, ii, n. *ἐλάτηριον*, medicamentum ex succo expresso ex semine cucumeris silvestris, et in pastillos redacto: ab *ἐλάω*, seu *ἐλαίνω*, pello, depello, moveo, quia inter alia vim habet evocandi, et educendi. *Cels. 5, 12.* et *6, 5.*, *Scrib. Compos. 70.* et *224.* et qui fusius de eo agit, *Plin. 20, 1, 3.*

[*ELATES*, is, m. *ἐλάτης*, agitator. Est nomen equi in *Inscr. ap. Fabr. p. 277. n. 164.* quam vide in *ANDRAGMO. F.*

[\**ELATIENSIS*, e, adj. ad *Elatiam* pertinens Phocidis urbem, in cujus nummis ap. *Sestin. Class. gen. p. 45.* *ΕΛΑΤΕΙΩΝ*, nunc *Eleuta.* *Platenses, ium* sunt incolae illius urbis. *Liv. 32, 18.* *Primo colloquiis* rem per principes *Elatensium* tentavit. *F.* [\**Idem sunt Platenses et Elatenses. Forma tantum differunt.*]

[\**ELATINE*, ae, f. *ἐλατίνη*, herba, quae folia helixinae habet, pusilla, pilosa, rotunda, semipedalibus ramis quinque, senisve, a radice statim foliosis, acerba gustu. *Plin. 27, 9, 50.*

[\**ELATIO*, onis, f. actus efferendi, *ἐλατῖς*. *Vitr. 8, 10.* *Suculae cardines porrecti in chelonis, versando faciunt onerum elationes, h. e. onerum egressus in altum, ut paulo ante dixerat. Plin. 7, 20, 19.* *Auctor est Varro* in prodigiosa virium *elatione, h. e. ubi prodigiosas vires magnificat, et in coelum effert. Cic. Top. 18.* *Parium comparatio nec elationem habet, nec submissionem. [i. e. nec augenda rei nec minuenda prodest.] Id. Off. 1, 19.* *Elatio et magnitudo animi. Id. Brut. 17.* *Elatio atque altitudo orationis. Id. Fin. 3, 10. extr.* *Laetitia, gestientis animi elatio voluptaria. Sic dicitur efferri dolore, laetitia etc. V. EFFERO.* *Pl. Alio sensu Ulp. Dig. 11, 7, 14.* *Si quid impensum est in elatione mortui. P. Superbia. Arnob. 2, 88.* *Si arrogantia, si typhus, si elatio abesset a vobis. P. Est etiam actus ferendi aliquid foras. [Quae primo loco ponenda erat significatio, tum ea quae §. 2. legitur.] Inscr. ap. Marin. Frat. Arv. n. 402.* *Piaculum factum ob ferri elationem. Et n. 43.* *Immolavit ob ferri elationem, scil. ut liceret ferrum per lucum et ex loco ferre, quod, nisi piaculo facto, et ab nemorosibus Diis petita venia, fieri nequaquam poterat.*

[\**ELATITES*, ae, m. *ἐλατίτης*, lapis ex genere haematitarum, ita dictus a colore elates arboris. *Plin. 36, 20, 38.*

[\**ELATIUM*, i, Syriae oppidum. *Plin. 5, 26. B. A.*

[\**ELATIVUS*, a, um, adj. *Gloss. Gr. Lat. Elativa, ἐλατινία. B. A.*

[\**ELATORIE*, adv. per amplificationem, vel per hyperbolen. *Ascon. in Divin. Verr. 1.*

[\**ELATOS* (us), i, oppidum Cretae. *Plin. 4, 12. B. A.*

[\**ELATRO*, as, n. 1. idem ac *latro*, vel valde *latro*. *Hor. Ep. 1, 18, 18.* ut non *Acritter elatrem.*

[\**ELATUS*, a, um, part. ab *effero*, altus, excelsum, *ἐλατός*, *Colum. 2, 4. ad f.* *Modo in elatione, modo in depressiore elivi agi sulcum oportebit. Tertull. Apol. 53.* *Elatissimae lucernae. P. Metaphorice est inflatus, superbus. Cic. Agr. 2, 35.* *Quibus illi rebus elati et inflati. Id. Or. 36.* *Elati* verbis intensa oratio. *Caes. B. C. 3, 59.* *Elati* barbara arrogantia despiciabant suos. [\**V. Drak. ad Liv. 51, 1, 2. 37, 12, 4.*] *P. In bonam par-*

tem pro magno, excelso. *Cic. Tusc. 1, 40.* *Quam me delectat Theramenes! quam elato est animo! Id. Off. 1, 18.* *Splendidissimum videtur, quod animo magno elatoque factum est. P. Item sepultus. Manil. 4, 71.* *Ex ipsis quidam elati rediere sepulcris. Senec. ep. 97. a med.* *Non gaudet aegro medicus elato. P. Item evulgatus. Nep. Dion. 8.* *Res, multis consciis, elata refertur ad Aristomachen. P. Item prolatus. Lact. Opif. Dei 6.* *Adjugatis corporibus elata soboles. P. Item sublatus. Liv. 7, 26.* *Corvus e conspectu elatus orientem petit. [\*Liv. 1, 40.* *Alter elatum securim in caput dejecit. V. Gron. Observ. 1, 13.] P. Item extra modum abreptus. Cic. Dic. 1, 24.* *Elatus cupiditate respexit. Id. Off. 1, 29. ad f.* *Ne elati voluptate in aliquam turpitudinem delabamur. Id. Har. resp. 2.* *Qui dolore me elatum, et iracundia longius prope digressum arbitrabantur. [\*Id. Sext. 64.* *Elatus expectatione.] P. Item dictus, pronuntiatus. Cic. Or. 22.* *Eadem res saepe aut probatur, aut rejicitur, alio atque alio elata verbo. P. [\*Confunduntur a librariis *Elatus et laetus. Drak. ad Liv. 23, 37, 8.* — et *alatus. Burm. ad Ov. Fast. 3, 415.]**

[\**ELATUS*, i, sc. fluvius, vel *Elatum*, i, sc. flumen, in Arcadia, mulieribus conceptus repraesentare credebatur. *Plin. 31, 2.* *Item mons nobilis in Zacyntho insula, inter Achaiam et Cephaloniam, quem montem circa Arginusum cervos non excedere, auribus etiam in monte fissis, scribit Plin. 9. paenult. Adde 4, 12.* *Platius, Atraci filius, pater Caenidis. V. Elateius, a, um.* *Ceterum de hoc aliisque hoc nomine consulantur VV. DD. ad Oc. Met. 12, 189. B. A.*

[\**ELAUDARE*, plus est, quam nominare, inquit *Festus.*

[\**ELAVÉR*, eris, n. flumen Galliae, in Ligerim cadens, hodie *Allier* dictum. *Caes. B. G. 6, 34.* et *53. V. Elaris. B. A.*

[\**ELAVO*, as, elavi, elatum et elotum, a. 1. lavando, aufero, probe lavo. *Elavisse bonis* dicitur qui bona amisit: sumptum a naufragis. *Pl. Asin. 1, 2, 9.* *In mari reperi, hic elavi bonis. Id. Rud. 5, 2, 20.* *Hac proxima nocte in mari elavi: nam confracta navis est: perdidit quidquid erat, miser ibi omne. V. ELUO.*

[\**ELAUTUS*, a, um, part. ab *elavo*, bene lotus. *Pl. Rud. 3, 3, 37.* *Quae ambae elatae sumus opera Neptuni. Id. Poen. 1, 2, 22.* *Nam quae elauta est, nisi perculta est, meo quidem animo, quasi illa est. V. ELLOTUS.*

[\**ELBORCORII*, orum, pop. Lusitaniae. *Plin. 4, 22. (al. 21.) ed. Hard. B. A.*

[\**ELCEBUS*, vel *Helcebus*, i, oppidum Galliae Belgicae, in Tribocorum agro, ubi nunc est *Strasbourg. Anton. Itin. B. A.*

[\**ELDAMARII*, orum, populi Arabici Mesopotamiam incolentes. *Plin. 6, 26. B. A.*

[\**ELEATES*, ae, m. et

[\**ELEATICUS*, a, um, adj. ad *Eleam* seu *Velim* pertinens, Lucaniae urbem, nunc *Castello a mare della Bruca*, quae olim *Eleatica* philosophorum schola maxime inclaruit. *V. VELIA. Cic. Tusc. 2, 22.* *Zeno* proponatur *Eleates*, qui perpressus est omnia potius, quam conscios delendae tyrannidis indicaret. *Id. Acad. 4, 42.* *Xenophanem secuti Parmenides, et Zeno; itaque ab his Eleatici philosophi nominabantur. F.]*

[\**ELECEBRA*, ae, f. quae elicit, aufert, spoliat, emungit. *Pl. Truc. 1, 2, 82.* *Mala es, atque eadem, quae soles, elecebra. Al. leg. illecebra. Id. Men. 2, 3, 26.* *Sunt hic meretrices omnes elecebrae argentariae. Festus: Elecebrae argentariae, meretrices ab eliciendo argento dictae. P. Scribitur et *exlecebra. Pl. Bacch. 4, 9, 20.* *Excidium, exitium, exlecebra fiet hic equus hodie auro senis.**

[\**ELECTARIUM*, ii, n. medicamenti genus, quod lingitur, vel sorbetur: *Plin. 21, 21, 89.* *ecligma* vocat; est enim ab *ἐκλεῖω*, delambo: sunt tamen, qui *electarium* sive *electuarium* ab *electis* speciebus, quibus conficitur, dictum putent. *Isid. Orig. 4, 9.* *Electarium* vocatum, eo quod molle sorbeatur. [\**Addē Octav. Hor. 1, 15. B. A.] Coel. Aurel. Tard. 2, 13. ante med.* *Ob electarium conficiendum erunt sumenda mala punica recentia etc. Id. ib. paulo post.* *Infuso passo sufficientis quantitatis, quo medicamen electarii crassitudinem sumat.*

[\**ELECTE*, adv. cum electione. *Cic. Inv. 1, 30.* *Discrete [Recentiores editt. habent *descripte.*] et electe digeremus. Gell. 18, 7.* *Veteres, qui electius locuti sunt.*

[\**ELECTIBILIS*, e, adj. electus, selectus. *Appul. Met. 10. p. 245, 35.* *Electibiles partes nusquam comparent.*

[\**ELECTILIS*, e, adj. selectus. *Pl. Most. 3, 2, 41.* *Vino et victu, et piscatu probo, et electili vitam colitis.*

[\**ELECTIO*, onis, f. *ἐκλογή*, selectio, approbatio. *Cic. Or. 20. ad f.* *Idem est iudicium, electioque verborum. [\*Tac. A. 6, 22.* *Electionem vitae relinquunt, sc. qui fato omnia agi credunt, i. e. libertatem in deligendo vitae genere.] Vell. 2, 72.* *Electionem dare. Plin. ep. 10, 4.* *loci alicui offer-*

re. *Auct. dial. de orat.* 35. Vitiatarum electiones. [\*Electionem habere, dare, concedere, relinquere, deferre, committere. Haec omnia dicuntur in *Pandect.* Exempla vide apud *Brissou.*]

ELECTO, as, avi, atum, a. 1. frequent. ab *elicio*, et ejusdem significationis, ut *Festus* docet. *Pl. Asin.* 2, 2, 29. Quae illaec praeda est? ibo adversum, atque electabo quidquid est, h. e. blande alliciendo exquiram, extundam, et resciscam. *Id. Merc.* 1, 2, 111. Ne te opprimeret imprudentem, atque electaret. P Item frequentativum ab *eligo*, is. *Id. Truc.* 2, 6, 27. Jamne electat legionem, quam spoliare velit?

ELECTOR, oris, m. *ἀλέκτορας*, qui eligit. *Auct. ad Her.* 4, 4. Ipsi ab aliis potius eligendi, quam aliorum boni electores existuntur. P *Electo* vocatus est sol, quod homines sine lecto faciat, seu e lecto excitet: est enim *ἡλέκτωρ* pro *ἀλέκτωρ*, ab a privat. et *λέκτωρ*, lectus. *Plin.* 37, 2, 11. n. 1. Electrum appellatum, quoniam sol vocitatus sit elector.

ELECTRĀ, ae, f. *Ἠλεκτρα*, filia Atlantis, et Pleiones, sive Oceanitidis, mater Dardani primi Trojanorum regis, ex Jove: et lasii ex Corytho rege Italiae, cui nupsit. Haec post mortem in coelum translata dicitur, et esse una ex Pleiadibus, quae ob dolorem amissi filii, et Trojani regni excisi apparere desuit, et lucem amisit: tametsi alii hoc de Merope ejus sorore tradunt. *Serv.* ad *A.* 7, 207. et *ib.* 10, 272. et *Hyg. fab.* 155. et 192., *Virg. A.* 8, 135. et *Or. Fast.* 4, 31. P Alia fuit Agamemnonis et Clytaemnestrae filia, Orestis et Iphigeniae soror, uxor Pyladae Orestis amici. Haec fratrem Orestem neci subtraxit a matre intentatae, ipsamque postea matrem, et Aegysthum ut occideret, auctor fuit, et adiutrix. *Vell.* 1, 1, *Serv.* ad *A.* 4, 171. et *Hyg. fab.* 117. et 122. Hinc *Or. Trist.* 2, 395. Qui legis Electran, et egentem mentis Orestem. *Electran* accusativus est Graecae positionis. P Alia filia Danae, quae sponsum Hyperantem prima nuptiarum nocte occidit. *Hyg. fab.* 170. P In recto casu *Electre* Graeca positione legitur ap. *Prop.* 2, 11, 5. Non sic *Electre*, saluum cum aspexit Orestem. [\**Burm.* edidit *Electra*, exemplis docens ultimam passim produci in his nominibus, ut in *Phaedra*, *Hypermnestra* etc.]

ELECTREUS, a, um, adj. ex electro factus. *Lampr. Alex. Sev.* 25. Alexandri habitu nummos figuravit, et quidem electros aliquantos, sed plurimos tamen aureos. *Al. leg. electrinos.* [\**Salm.* ad *Hist. Aug.* p. 205.]

ELECTRIFER, a, um, adj. electri ferax. *Claud. Fescenn. carm.* 12, 14. Et Padus electriferis Admoduletur alnis.

ELECTRINUS, a, um, adj. *ἡλεκτρικός*, electreus, ut *Electrina* patera, *Trebell. Poll. XXX. Tyrann.* 13. *Electrina* vasa, *Paul. Dig.* 34, 2, 32, 5. *Electrini* anuli, *Marc. Empir.* 8. ante med. Adde *Hieron. ep.* 54. n. 19.

ELECTRIS, idis, f. *ἡλεκτρῖς*, ab electro. *Electrides* vocaverunt Graeci insulas duas maris Adriatici, falso putantes, electriferas esse: neque tamen quaenam essent designantes. *Plin.* 3, 26, 30. et 37, 2, 11. n. 1. V. ELECTRUM. P *Electrides* petrae in Britannia fuisse creditae sunt, ex quibus electrum fluere. *Id. ib.*

ELECTRIUS, a, um, adj. ad Electram pertinet. *Val. Fl.* 2, 431. *Electria* tellus, Threiciis arcana sacris, h. e. Samothrace ita dicta ab *Electra* Dardani matre.

ELECTRIX, icis, f. quae eligit vel elicit. Affertur locus *Plauti* in *Mil.* 3, 1, 194., [at alii rectius leg. *meretrix.* F.]

ELECTRUM, i, n. *ἡλεκτρος* et *ἡλεκτρος*, gummi quoddam ex certis arboribus fluens, Latine *succinum*. De variis Graecorum circa id opinionibus, deque ejus natura fuse multa *Plin.* 37, 2, 11. n. 1. et 2. P Dicitur est ab *ἡλέκτωρ*, sol, quia solis instar elucet. Hinc fabulae origo, Solis filias, Phaethonis sorores, in ripis Padi, sive Eridani in populos fuisse conversas, ex quibus electrum defluit; et in ostiis ejusdem amnis insulas duas esse, electri feracissimas. Ita fere *Plin. l. c.* P Ceterum ex hoc *Plinii* loco, *Tac. G.* 45., *Solin.* 20. et *Cassiod. Var.* 5, 2. certo constat, Venetos Sueviae populos, ex quibus erant Aestorum gentes, ad ostia Vistulae, (ubi olim fuit insula Raunonia, seu Raudania, a *Plin.* 4, 13, 27. memorata, et fluvius Raudanes, ex corrupto Eridani nomine ita appellatus, prope urbem, quae nunc *Danzig*) maximam electri, seu succini copiam, quod ipsi glessum nominabant, colligere solitos; quodque per Pannonias in Illyricum ad Transpadanos homines delatum fabulae locum fecit, ad ripas Padi, qui et Eridanus a Graecis dicitur, Venetos populos electrum ibidem natum varios in usus adhibuisse. [\**V. Gesner.* de electro veterum in *Comment. Soc. Gotting. T. III.* p. 110.] P Est etiam metalli genus, scilicet aurum, cui ex *Plin.* 33, 4, 23. quinta, ex *Isid. Orig.* 16, 24. quarta argenti portio inest. Est autem duplicis generis: fossile, cui ea ratione argentum natura est admixtum: et facticium, cui arte portio illa argenti admiscetur, ut

*Plin. l. c.* et 9, 40, 65. docet. Ejus natura est, ad lucernarum lumina clarius argento splendere. Nativum vero venena etiam deprehendit. Namque discurrunt in calicibus arcus, coelestibus similes, cum igneo stridore. *Plin. loc. prius* in hoc §. cit. P De electro, seu succino. *Virg. Ecl.* 8, 54. Pinguis corticibus sudent electra myricae. *Id. Cir.* 434. Corallo fragili, ac electro lacrimoso. *Or. Met.* 2, 364. stillataque sole rigescunt De ramis electra novis. Adde *eund. ib.* 15, 316. P De electro metallo. *Virg. A.* 8, 402. Quod fieri ferro, liquidove potest electro. Alii perperam leg. *liquidove potestur electro.* Et *ib.* 624. tum leves ocreas electro, auroque recocto. Adde *Martial.* 8, 51., *Stat. Th.* 4, 270., *Sil.* 1, 229. et *Juven.* 14, 307.

\*ELECTRYON, ōnis vel onis, m. *Ἠλεκτρυών*, oros et oros, Persei filius ex Danae, Anaxionis conjugis, Alcmena pater. *Hygin. fab.* 244. B. A.

\*ELECTUARIUM, i, n. V. ELECTARIUM. B. A.

ELECTUS, a, um, part. ab *eligo*, *ἐλεγκτός*, lectus, selectus, atque adeo eximius, egregius, quia optima quaeque eligi solent. *Cic. Agr.* 2, 35. Conquisiti ab Rullo, atque electi coloni. *Id. Verr.* 2, 1, 34. Myoparonem pulcherrimum, de decem navibus electum, L. Magio vendidit. *Id. Quint.* 2. Viri electissimi civitatis. *Id. Fin.* 3, 8. Electissimis verbis ornare. *Auct. ad Her.* 4, 26. in f. Ut cum ad electus verbum accedas, insigniorem rem facias. [\**Petr. Sat.* 36. Res electissimae, de cibis delicatioribus. V. *Burm.* ad *Quint.* 2, 11. p. 167.] *Augustin. Civ. Dei* 20, 29. Potest sensus alius, idemque electior inveniri. [\**Olim* legebatur apud *Cic. Mil.* 8. Electi iudices. Sed recte nunc editur *electi iudices.* V. quae sub v. *Eligere* scripsimus.] P In malam partem, et *ειρωνικός*. *Catull.* 36, 6. Electissima pessimi poetae scripta. P Cum infinito. *Stat. Silv.* 3, 4, 60. Care puer, Superis qui praelibare verendum Nectar, et ingentem toties contingere dextram Electus. *Id. Achill.* 2, 336. Electus formae certamina solvere pastor. P [\**Electa*, orum, absolute sunt loca scriptorum, quae non oscitantes sunt legenda, quaeque *Cic. Att.* 16, 2. *eclogarios*, h. e. loca selecta, vocat; Graeci *ζητητορικά* dicunt. *Plin. ep.* 3, 5. Electorumque commentarios centum sexaginta mihi reliquit, opisthographos quidem, et minutissime scriptos. B. A. et F.] P Comp. *Electior* et *Sup. Electissimus* V. supra. P [\**Confunduntur Electus et delectus.* V. *Cort.* ad *Plin. Epp.* 4, 19, 8. *Oud.* ad *Front.* 1, 1, 9. *Drak.* ad *Liv.* 7, 25, 3. et ad 34, 29, 10. ubi alios locos affert. — et *erectus.* *Id. ib.* 7, 12, 9. 28, 36, 7. — et *dejectus.* *Id. ib.* 5, 21, 10. — et *lectus.* *Id. ib.* 2, 1, 11. 28, 42, 5.]

ELECTUS, us, m. electio. *Or. Her.* 2, 144. In necis electu parva futura mora est. *Al. leg. electum.*

ELEEMOSYNĀ, ae, f. *ἐλεημοσύνη*, miseratio, beneficium pauperibus praestitum, stips pauperibus data: ab *ἐλεῆμων*, misericors. *Tertull. Patient.* 7. In causa eleemosynae. *August. Civ. Dei* 21, 27. Qui pro peccatis suis facere dignas eleemosynas negligunt. *Id. ib.* Per eleemosynas dimitti posse peccata.

ELEGANS, antis, adj. omni. gen. *φιλόκαλος*, *κομψός*, qui studiose conquirat ea, quae ad vitam cultumque pertinent: ab *eligendo* dictus, ut docet *Cic. N. D.* 2, 28. quasi *eligens* quod praestantissimum est in re qualibet. Quare in antiquis libris *eligans*, *eligantia* scriptum invenitur. Olim usque ad aetatem Catonis vitii, non laudis fuit, ut *Gell.* 11, 2. tradit. *Cato ib.* et apud *Non.* 6, 98. Avaritiam omnia vitia habere putabant: sumptuosus, cupidus, elegans, vitiosus, irritus qui habebatur, laudabatur. *Pl. Trin.* 2, 1, 14. Harpago, mendax, cuppes, avarus, elegans, despoliator. P Ex his apparet, elegantem dictum antiquis non ob ingenii elegantiam, sed qui nimis lecto amoenoque cultu, victuque esset. Postea reprehendi quidem desuit: sed laute nulla dignabatur, nisi ejus elegantia erat moderatissima. Sic M. Tullius L. Crasso, et Q. Scaevolae non meram elegantiam, sed parsimonia mixtam laudi dedit. *Crassus*, inquit (*Brut.* 40.) *erat elegantium parcissimus, Scaevola parcorum elegantissimus.* Haec *Gell.* Adde *Non. l. c.* P Universim accipitur pro mundo, concinno, lauto, et qui judicio, et electione comparat, quae ad victum cultumque necessaria, considerans ubique, quid deceat, et mundum sit. *Cic. Or.* 25. Ut in epularum apparatu a magnificentia recedens, non se parcum solum, sed etiam elegantem videri volet. *Id. fr. Clod.* ap. *Non.* 6, 98. (ex *Cic. fr. edit.* ab *A. Peyronio*) Tu vero festivus, tu elegans, tu solus urbanus, quem decet muliebris ornatus, quem incessus psaltria, qui effeminare vultum, attenuare vocem, levare corpus potes. *Id. Div.* 1, 30. Epicurus sentit nihil unquam elegans, nihil decorum. *Ter. Eun.* 5, 4, 13. Mundus, compositus, elegans. *Val. Max.* 4, 3. n. 3. *extern.* Mulier formosa et elegans. *Nep. Attic.* 13. Elegans, non magnificus, splendidus, non sumptuosus, omni diligentia munditiam, non affluentiam affectabat. *Plin.* 34, 2, 3. Vasa Corinthia, quae isti elegantiores modo in esculenta transferunt, modo in lucernas,

aut trulleos, nullo munditiarum respectu. P Tribuitur et rebus ipsis. *Cic. Rosc. Am.* 41. Pueri ex tot elegantissimis familiis lecti. *Id. Tusc.* 1, 25. A quibus mansuefacti, et exculsi, a necessariis artificibus ad elegantiora defluximus. [\**Hinc* artes ingenuae et elegantes opponuntur illiberalibus. *Cic. Fin.* 3, 2.] *Plin.* 15, 8, 8. Amurca acrementa ungi coloris gratia elegantioris. *Tac. A.* 11, 4. *extr.* Eleganti temperamento inter conjugalem amorem, et senatoriam necessitatem. *Gell.* 13, 5. in *lemmate.* Elegans verecundia. P *Electans solum* est ager pulcher visu ob culturam et fertilitatem. *Plin.* 14, 4, 5. Neglecta per indigentiam praedia paraverat, ac ne in pessimis qui dem elegantioris soli. P *Elegans pictor* est qui venuste pingit. *Id.* 35, 10, 36. n. 23. Annumeratur his Nicophanes, pictor elegans, et concinnus, ita ut venustate ei pauci comparentur. P Referatur et ad judicium, quo quis pollet in discernendis quae optima sunt in quoque genere. *Ter. Eun.* 3, 5, 8. Cum ipsum me noris, quam elegans formarum spectator siem. Et 3, 1, 18. Regem elegantem narras. Ubi *Donat.* qui eligere sciat, aut qui ipse sit eligendus. [\**ad quem loc. v. Ruhnck.*] *Vell.* 1, 13. Scipio tam elegans liberalium studiorum, omnisque doctrinae admirator fuit, ut etc. [\**V. Burm.* ad h. l.] *Cic. Fam.* 7, 23. Intellego te hominem in omni judicio elegantissimum, quaeque me digna putaris, coemisse. (*Intelligens* eodem sensu dicitur ab *eod. Verr.* 2, 4, 2.) *Id. Verr.* 6, 44. ad f. Vide, ne ille non solum temperantia, sed etiam intelligentia te, atque istos, qui se elegantes dici volunt, vicerit. [\**Cic. Fam.* 9, 19. Aurea elegantes, i. e. intelligentis ac judicio pollentis hominis.] P Saepissime ad dicendi rationem, et est is, qui electis verbis, propriis, aptis, concinnaeque et pura oratione utitur. *Cic. Or.* 2, 59. Perspicit, hoc genus quam sit factum, quam elegans, quam oratorium. *Id. Brut.* 68. Elegans in dicendo. *Id. Att.* 16, 13. Elegantissima epistola. *Id. fr. ap. Suet. Caes.* 55. Quis verbis aut orationis, aut elegantior? [\**Atque* hinc elegantia opponuntur popularibus. *Cic. Fin.* 4, 10. Quae adhuc protulisti popularia sunt; ego autem a te elegantiora desidero.] *Nep. Attic.* 12. Elegantissimus poeta. *Gell.* 17, 2. Verba et sententiae elegantes. Et 5, 20. Hujus vocis elegantior in hoc loco sonus est. *Cic. Off.* 1, 29. Duplex jocandi genus: unum illiberale, petulans, flagitiosum, obscenum: alterum elegans, urbanum, ingeniosum, facetum. *Quint.* 5, 13. Jucundum et elegans ingenium. [\**Hunc locum* §. 7. ponendum arbitror.] P Est etiam commodus, aptus, conveniens, rectus honestus, decens. M. Antonius apud *Cic. Phil.* 13, 18. Animadvertite, utrum sit elegantius, et partibus utilius, Trebonii mortem persequi, an Caesaris. Reprehendit quidem *Cic.* ibi haec loquendi rationem, sed odio id hominis fecisse magis videtur P. *Victorio* 22. var. lect. 8. quam ratione: eodem enim sensu usurpasse *Livium* 37, 1. (V. in voce seq.) *adv. eleganter*, et *Demosth. pro Ctesiph.* dixisse, *οὐκ ἔπει, πότμον κάλλιον, καὶ ἄμεινον τῆ πόλει* etc.

ELEGANTER, adv. *φιλοκαλῶς*, *κομψῶς*, cum delectu ac judicio, (ut in v. praec. dictum est) convenienter, apte, concinne, laute, munditer. [\**Liv.* 35, 14. Neminem elegantius loca cepisse, h. e. majore cum delectu. V. *Ruhnck.* in *Ter. Eun.* 3, 1, 18.] *Cic. Senect.* 5. Est enim quiete, et pure, et eleganter actae aetatis placida et lenis senectus. [h. e. aetas honeste acta. Adde *Cic. in Caec.* 17.] *Liv.* 35, 31. Vir magnae ob elegantem actam vitam auctoritatis. *Plin.* 25, 5, 19. Herba scapo pedali, sine ramis, ex omni parte singulis foliis rotundis eleganter vestita. *Cic. Att.* 13, 52. Liberti lautiores eleganter accepti. *Sall. Cat.* 26. Saltare elegantius, quam necesse est probae. *Liv.* 37, 1. a med. Elegantius facturos, dixit, si iudicio patrum, quam sorti eam rem permisissent. [\**i. e. melius, justius, ipsi rei non convenientius.* *Cic. Fam.* 3, 8. Quid a me fieri potuit elegantius aut justius.] Sic *Ulp. Dig.* 10, 3, 7. a med. Eleganter dicitur, non esse audiendum, nisi etc. P Saepere refertur ad eloquentiam, et significat adhibito verborum delectu. *Cic. Tusc.* 2, 3. Distincte, distribute, eleganter, ornate scribere. *Id. Brut.* 22. Causam accurate, elegantissime dicere. *Id. ib.* 72. Omnium loqui elegantissime. [\**Id.* 12. Optime novit omnia et elegantissime expedire et ad te deferre potest, i. e. accuratissime.] P Reperitur et *elegantior.* V. v. praec.

ELEGANTIA, ae, f. *κομψότης*, *φιλοκαλία*, munditia, lautitia, convenientia, cultus, ornatus ex delectu rerum ad victum vitamque pertinentium, ut in ELEGANS dictum est. *Cic. Fam.* 9, 20. Verrium tuum, et Camillum, qua munditia homines! qua elegantia! vocare (*ad coenam*) saepius audemus. *Id. Leg.* 3, 1. de *Attico.* Quid enim est elegantia tua dignius? cujus vita et oratio consecuta mihi videtur difficillimam illam societatem gravitatis cum humanitate. *Nep.* de eodem *Attico*, in *ejus Vita* 19. Augusti familiaritatem consecutus est nulla alia re, quam elegantia vitae, qua ceteros ceperat principes civitatis, dignitate pari, for-

tuna humilior. Tac. A. 5, 8. Pomponius multa morum elegantia, et ingenio illustri, dum adversam fortunam aequos tolerat, Tiberio superstes fuit. Cic. Sull. 28. ad f. Vestra enim, iudices, qui cum summa elegantia, et integritate vixistis, hoc maxime interest. Flor. 1, 5. Tarquinius Priscus regnum petens, accipit ob industriam et elegantiam. Phaedr. 2, 2. Aetatis mediae mulier, annos celans elegantia. [\*i. e. ornatu.] Pl. Merc. 1, 1, 19. Nimia elegantia. Suet. Aug. 73. Instrumenti ejus et suppellectilis parsimonia apparet etiam nunc, residuis lectis atque mensis, quorum pleraque vix privatae elegantiae sint. Tac. A. 2. Elegancia convivorum. [\*Omnia elegantia cernitur in eligendis iis, quae cuicque temporis, loco, conditioni accommodata sunt. Hinc elegantia de honestate, quae est in recte factis. Sic componuntur elegantia atque integritas ap. Cic. Sull. 28. ad quem locum v. interpp.] P In plur. numero. Petr. Sat. 34. Laudatus propter elegantias dominus, h. e. elegantem suppellectilem, et lautum apparatus convivi. P Item iudicium et facultas discernendi, quae optima sunt. Pl. Mil. 4, 6, 18. Metus me macerat, quod ille fastidiosus est, ne oculi ejus sententiam mutent, ubi viderit me, atque ejus elegantia meam extemplo speciem spernat. Hoc est, quod Ter. Eun. 3, 5, 18. dixit elegans formarum spectator. P De pulcritudine et venusta specie rerum selectarum, et apte compositarum. Plin. 2, 4, 3. Quem *κόσμον*, Graeci nomine ornamenti appellaverunt, eum nos a perfecta absoluteque elegantia, mundum. Id. 35, 10, 36. n. 5. Elegancia capilli, venustas oris. Id. 13, 9, 18. Materies crispioris elegantiae, h. e. venis ligni crispioribus, et pulcris visu. Id. 16, 15, 26. Acer operum elegantia ac subtilitate citro secundum. Id. 21, 18, 69. Elegancia vitium. Id. 26, 14, 89. Cicatrices cum elegantia ad colorem reduci ladanum. Cic. Fin. 2, 9. Contemnit disserendi elegantiam: confusa loquitur. Plin. 14, 6, 8. n. 6. ad f. Hispaniarum Laetana (vina) copia nobilitantur: elegantia vero Tarraconensia. [\*i. e. suavi sapore.] P Saepissime ad dicendi nitorem, et pulcritudinem orationis refertur, Auct. ad Her. 4, 12. Elegancia est, quae facit, ut unumquodque pure et aperte dici videatur: haec distribuitur in Latinitatem et explanationem. Cic. Or. 2, 7. Catulo non solum nos Latini sermonis, sed etiam Graeci ipsi solent suae linguae subtilitatem elegantiamque concedere. [\*ubi elegantia, quod in subtili verborum delectu posita est, non multum differt a subtilitate in scribendo opponiturque oratorio ornatui. Quod discas ex Cic. Brut. 75. Caesar ad hanc elegantiam latinorum verborum .... adjungit illa oratoria ornamenta dicendi.] Id. Or. 23. sub f. Elegancia et munditia orationis. Quint. 12, 9. Elegancia figurarum. P In plurali num. Gell. 1, 4. Julianus rhetor veterum elegantiarum cura, et memoria multa fuit. Id. 2, 9. Vocum verborumque elegantias sectari. Id. 19, 4. Aristotelis libri, qui problemata inscribuntur, lepidissimi, et elegantiarum genus omne refert, h. e. quaestionum electarum et pulcrorum.

ELEGATUS, i, m. piscis genus. Auson. ep. 4, 59. Urentes thynni, et male tecti spina elegati. Turneb. adv. 1, 23. legit Elacati; quem reprehendit Scal. in not. ad Auson.

ELEGIA, ae, f. *ἔλεγεια*, *ἔλεγιον*, carmen flebile ex alternis versibus hexametris et pentametris: ab *ἔ*, *ἔ*, *he*, *he*, interjectio dolentis, vox flentis, quae geminari solet, et *λέγω*, dico, vel ab *ἔλεος*, luctus. P Callinus, seu Callinon Ephesius primus elegiam scripsit, de quo multa docte commentatus est Jo: Valent. Franchius in Dissert. cui titulus Callinus. Terent. de metr. p. 2420. Pentametrum dubitant quis primus finxit auctor: Quidam non dubitant dicere Callinon. Vet. Schol. ad Cic. Arch. 3. (ed. A. Maio) Primus autem videtur elegiacum carmen scripsisse Callinus. P Elegia etiam in rebus laetis, levioribus tamen, usurpari coepit. Hor. A. P. 75. Versibus impariter junctis querimonia primum, Post etiam inclusa est voti sententia compos. Mart. 5, 30. nec te facundi scena Catulli detineat, cultis aut elegia comis. Stat. Silv. 1, 2, 7. Vultu petulans elegia, scil. quae lascivos amores tractat. P Elegia quoque vocatur a quibusdam arundo obliqua, fruticis modo se spargens juxta terram. Plin. 16, 36, 66. Alii tamen rectius leg. *epigia*; *ἐπιγίος* enim est *humi repens*. P Poetae saepe paenultimam, quae diphthongus est, solvunt, et quinque syllabarum vocem faciunt, *elegeia*. Ov. Her. 15, 7. Flendus amor meus est: elegeia flebile carmen. Id. Amor. 3, 9, 3. Flebilis indignos, Elegeia, solve capillos: Ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit? [\*V. Interpp. ad priorem locum.] P Saepae etiam ut Dea, vel Musa, vel Nympha ab iis fingitur ac describitur, ut Ov. Amor. 3, 1, 7. et Stat. l. c. P Scribitur etiam *elegea*. In plurali num. neutro genere Graeco more, *τὰ ἔλεγεια*, Auson. Parental. 29. accipe questus, Debent quos cineri moesta elegea tuo. Al. leg. debet. V. ELEGION. P Fuit et Elegia, ae, Armeniae majoris civitas, quam praef. Tom. II.

terfluit Euphrates, occurrente illi apud eam Tauro monte, nec resistente, ut tradit Plin. 5, 24. Adde Solin. 37. (al. 50.)

ELEGIACUS, a, um, adj. ad elegiam spectans, ut Elegiacum carmen, apud grammaticos. Diomed. 3, 507. Serv. in centimetr. p. 1824., Capell. 5, 168. etc.

ELEGIDARIUM, ii, n. idem quod elegidion. Petr. Sat. 109. Coepit capillorum elegidarium dicere.

ELEGIDION, ii, n. *ἔλεγιδιον*, dimin. ab *elegia*. Pers. 1, 51. Non si qua elegidia crudi Dictarunt proceres.

ELEGION, vel Elegeon pro elegidion, vel elegia, legitur ap. Auson. epigr. 94. in zona textum elegion erat. Graeca positio.

ELEGIUM, i, m. locus Norici, hodie forsitan vicus Erlach. Tab. Peutinger. B. A.

ELEGO, as, a. i. extra familiam lego, extraneis lego. Petr. Sat. fragm. Trag. Burm. 43. Et ille stips, dum fratri suo irascitur, nescio cui terrae filio patrimonium elegavit.

ELEGUS, i, m. *ἔλεγος*, versus elegiacus, elegia. Hor. Od. 1, 33, 2. neu miserabiles Decantes elegos. Adde Ovid., Tibull., Prop. Tac. etc., semper tamen in plurali numero.

ELEIS, idis, f. *Ἠλεῖς*, ad Elidem pertinens. V. in voce seq.

ELELEIDES, um, f. mulieres bacchantes: ab *ἔλελλω*, clamo, vociferor. Ov. Her. 4, 47. Nunc feror, ut Bacchi furis Eleleides actae. Alii leg. Eleides, ut sit adj. ab Elide urbe Peloponnesi, *Ἠλεῖδες*. Quo sensu in Catalect. Virg. ep. 11, 32. Saepae rubro Eleis sanguine fluxit humus.

ELELEUS, i, m. *ἔλελεὺς*, trisyll. cogn. Bacchi: ab *ἔλελλω*, vociferor clamore bellico. Ov. Met. 4, 15. Nycteliusque, Eleleusque parens, et Iacchus, et Evan. P Eleleus dicitur etiam Sol, ab *ἔλελλω*, volvo, quia aeterno circa terram cursu volvitur. Macr. Sat. 1, 17., sed Graece.

ELELISPHACOS, i, m. *ἔλελισφακος*, herba lente levior, et folio minore, sicciore, odoratiore. Ea est sativa. Est et alterum genus, silvestrius, odore gravi, haec mitior, folio mali cotonei effigie, sed minore, et candido. Plin. 22, 25, 71. [\*Adde ib. 25, 10, 73. 26, 15, 89.] V. SALVIA.

ELEMENTA, orum, n. plur. *στοιχεῖα*, sunt principia omnium rerum, ex quibus reliqua omnia componuntur, et in quae resolvuntur. Quibusdam dicta videntur, quasi *alimenta*, quia viventia aluntur iisdem, ex quibus componuntur, et in quae resolvuntur: vel potius derivanda ab inusit. *ἔλω* pro *ἔλω*, volvo. [\*Heindorf. ad Hor. Sat. 1, 1, 26. commemorat ingeniosam viri cujusdam docti conjecturam, qui *elementa* a litteris *l m n* ita dicta censebat, ut nos dicimus *A B C*. Id quidem certum *elementa* prima significatione de litteris positum, tum vero metaphorica ad rerum principia translatum esse, plane ut Graecorum *στοιχεῖα*.] Cic. Acad. 1, 7. Ergo illa initia, ut e Graeco verum, *elementa* dicuntur. Senec. Ira 2, 18. Cum *elementa* sint quatuor, ignis, aqua, aer, et terra, potestates pares his sunt, frigida, fervida, arida, atque humida. V. eund. Q. N. 3, 12, 13. et 14. [\*Cod. Theod. 9, 18, 6. Multi magicis artibus usi *elementa* turbare non dubitant.] P [\*Col. R. R. 3, 10, 10. Sacra illa spiritus *elementa* cum terrenis primordiis miscuit (sc. deus). — Post haec ponendus videtur locus Quint. 3, 6. qui legitur infra § 6.] P Item notae litterarum, quia sunt prima principia orationis. Nam ex litteris syllabae, ex syllabis dictiones, ex dictionibus oratio conficitur. Quint. 1, 1. [\*ubi plene dicuntur: prima litterarum *elementa*.] cujus verba ita intelligere videtur etiam Hieron. ep. 107. n. 4. Hor. Sat. 1, 1, 26. pueris dant crustula blandi Doctores, *elementa* velint ut discere prima. P Item prima principia artium, ut geometriae, dialecticae etc. Ex iis enim artes oriuntur, et in ea resolvuntur. Cic. Acad. 4, 28. sub f. *Elementa* loquendi. [\*Cic. Orat. 2, 11.] P Translate. Sil. 3, 77. Vagiturque gravem, atque irarum *elementa* mearum. Juven. 14, 123. *Elementa* vitorum. Ov. Fast. 3, 179. Parva fuit, si prima velis *elementa* referre, Roma. Stat. Theb. 6, 140. annorum *elementa* tuorum. P Per metonymiam *elementa* dicuntur primi puerorum conatus in litteris. Quint. 1, 2. ad f. Vix enim se prima *elementa* ad spem tollere effingendae, quam summam putant, eloquentiae audebunt. P De iis, quae logice *praedicamenta* vocant. Quint. 3, 6. ante med. Aristoteles *elementa* decem constituit, circa quae versari videatur omnis quaestio: *ovolut*, qualitate, quantitate etc. P In singulari numero Juven. 15, 86. de igne: *elemento* gratulor. Plin. 31, 1, 1. de aqua. Hoc *elementum* ceteris omnibus imperat. Adde 11, 36, 42. et 10, 69, 88. item 31, 7, 41., ubi etiam sal *elementum* vocat. [\*Amm. Marc. 17, 13, 15. Per *elementum* utrumque Sarmatas vincuntium ira virtusque delevit, h. e. terra marique. Quem sequioris aetatis usum pluribus exemplis firmavit D'Orville. ad Charit. p. 579. Lips.] P De *elementorum* natura, et invicem conversione V. Ov. Met. 15, 239.

ELEMENTARIUS, a, um, adj. ad *elementum* pertinens, ut *elementarius* puer, qui scil. prima litterarum *elementa* discit. Sic *elementarius* senex, quem turpem et ridiculam rem esse, scribit Senec. ep. 36. Capitol. Pertin. 1. Puer litteris *elementariis*, et calculo imbutus. [\*V. Barth ad Script. Ven. p. 133. Gesner.]

ELEMENTICIUS, a, um, adj. *elementarius*. Tertull. A. 32. Ex *elementiciis* substantiis censeri.

ELENCHUS, i, m. *ἔλεγχος*, unio procerior, fastigata longitudine, alabastrorum figura in plenior orbem desinens. Hujusmodi suspendere digitis, et binos ac ternos auribus, feminarum gloria est. Cum id fecere, crotalia appellant, ceu sono quoque gaudeant, et collisu ipso margaritarum. Haec Plin. 9, 35, 56. [\*V. Boettig. de hac re disputantem in Sabina Tom. II. p. 56.] Hinc Juven. 6, 458. Auribus extensis, magnos commisit elenchos. Paul. Dig. 34, 2, 32. § 8. Cum in aures, in quibus duae margaritae elenchi, et smaragdi duo, legasset, etc. P Item tabula, index libri, quia *ἔλεγχος*, specimen, documentum, indicem significat. Post praef. Hist. nat. Plin. C. Plinii Secundi historiaram mundi elenchos. Adde Suet. Gramm. 8., qui tamen locus dubiae est interpretationis.

ELENTESCO, is, n. 3. lentus et tener fio. Coel. Aurel. Acut. 2, 18. Panis elutus, et expressus, ut suae densitatis positu elentescat.

ELEPHANTARIUS, ii, m. qui elephantem curat, ut aviarius, qui aves, apiarius, qui apes. [\*Nobis propria voce dicitur *der Kornak*.] Inscr. apud Jo: Mengottium, de Plesini Umbri p. 22. A. Rovitio Geloti elephantario posuit, etc. Hic littera *f* est pro *ph*, ut saepissime in antiquis lapidibus sequioris temporis. F.]

ELEPHANTIA, ae, f. i. idem quod elephantiasis, Scrib. Comp. 250. Hoc etiam lepram, et quam dicunt elephantiam, sanat.

ELEPHANTIACUS, a, um, adj. *ἑλεφαντιακός*, qui morbo elephantiae laborat. Firmic. Mathes. 8, 19. ad fin.

ELEPHANTIASIS, is, f. *ἑλεφαντιασῖς*, morbus hominum et armentorum, quo cutis maculatur, et inaequaliter crebris tumoribus exasperatur, similisque fit cuti elephantis, quae naturaliter dura et aspera est, ut Veg. Veter. 1, 9. docet. [\*Adde Veg. 1, 16, 1.] Eum describit Cels. 3, 25., sed Graece appellat. Latine autem Plin. ipse quoque describens 26, 1, 5. Adde 20, 14, 52. et alibi. [\*Apud Veg. Veter. 4, 3, 4. scribitur etiam *elephantiosis*. Ita certe edit. Schneid.]

ELEPHANTICUS, a, um, adj. qui elephantiasis laborat. Firmic. Mathes. 8, 28.

ELEPHANTINE, es, f. *ἑλεφαντινή*, insula Nili, Aetioptiae vicina, et in ea urbs, quae elephantis a Plin. 5, 9, 10. et Meta 1, 9. dicitur. Varr. R. R. 1, 7., Tac. A. 2, 61.

ELEPHANTINUS, a, um, adj. *ἑλεφαντινός*, qui est ex ebore, qui est dens elephantis: vel ebore distinctus et ornatus. Vopisc. Tac. 8. Habet bibliotheca Ulpia in armario sexto librum elephantinum, in quo hoc S. C. perscriptum est, h. e. librum qui e tabellis eburneis totus constabat. V. PUGILLARES. P Emplastri cujusdam compositio ex cerussa et oleo, quia peracidia est instar eboreis, *elephantina* dicitur a Celso 6, 19. n. 24. Praeterea atramentum ex ebore combusto ab Apelle inventum, *elephantinum* ab eo dictum est, uti narrat Plin. 35, 6, 25. P Si reperias apud Latinos scriptores *elephantina pellis, caro*, aut quid simile, quod ad ipsam belluam pertineat, *elephantinus* paenultima correpta efferes, quia non est hoc Latina ratione formatum, sed Graeca. *ἑλεφαντινός* autem paenultimam corripit.

ELEPHANTIOSUS, a, um, adj. elephantiacus. Veg. Veter. 1, 16., si sana ibi est lectio, et Augustin. 9. de Genes. ad litt. 10. a med.

ELEPHANTIS, idis, f. poetria, quae libellos scripsit, quibus varia genera concubitus complexa est. Mart. 12, 43. Nec molles Elephantidis libelli. Adde Suet. Tib. 43. [\*V. Heins. et Burm. ad Ov. Trist. 2, 411. Boettig. in Sabin. Tom. II. p. 56.] P Item Nili insula et urbs. Plin. 5, 9, 10. et Vitr. 8, 2. a med.

ELEPHANTUS, i, m. et f. idem ac elephas, Latina forma. Cic. N. D. 2, 47. extr. Manus etiam data elephantis, etc. Pl. Stich. 1, 3, 14. Solere elephantum gravidam perpetuos decem esse annos. P De elephantis funambulis V. in CATADROMUS. P Celerius elephantis pariunt, proverb. cum res longius opinione protrahitur. Plin. praef. Hist. nat. ad fin. Homeromastigas audio parturire adversus libellos, quos de grammatica edidi, et subinde abortus facere jam decem annis, cum celerius etiam elephantis pariunt. P Proverbii genus est et illud Plauti Mil. 2, 2, 80. Herus meus elephantis corio circumtentus est, non suo: Neque habet plus sapientiae, quam lapis, h. e. bardus et hebes est. Est enim illi belluae corium crassissimum, et impenetrabile. P Metonymice pro ebore a poetis ponitur. Virg. G. 3, 26. In foribus pugnam ex auro, solidoque elephanto Gangaridum faciam. Id. Aen. 3, 464. Dona dehinc auro gravia, sectoque

elephanto. et ib. 6, 896. Candens elephantus. P. Sunt hoc nomine et marinae belluae. Plin. 9, 5, 4, et 32, 11, 53.

ELĒPHAS, antis, m. ἑλέφας, animal in Asia, et in Africa, omnium terrestrium maximum, idemque ingeniosissimum: ita appellatum fuit ab Hebr. *ἑλέφας* eleph, bos, et princeps, et prima alphabeti littera; est enim ob magnitudinem animalium princeps. Elephantes primum vidit Italia Pyrrhi regis bello in Lucanis, et boves Lucas nominavit. Duos habet dentes exstantes, vel potius cornua, quae ebur dicuntur, et ex quibus fiunt opera eburnea. Bienio utero gravescit, nec amplius, quam semel gignit, nec plures, quam singulos. Vivere dicitur annos CCC. Multa de eo Plin. 8, 1, 1. et deinceps. Primus fuit Pompejus, qui in circo elephantorum XVIII. pugnam edidit, commissis more proelii noxiis hominibus. Senec. Brev. vit. 4, 13. Mart. Spect. 17. Quod pius et supplex elephas te, Caesar, adorat. et 19. Dum facilem tolli sic elephantum putat. Adde Plin. init. lib. 8., Lucan. 6, 208. et 9, 732., Manil. 4, 236., Flor. 4, 12., Hor. Ep. 2, 1, 196., Senec. ep. 85. in fin. etc. Qui putant hac forma usum etiam Ciceronem de Sen. 9., incerta lectione nituntur. P. Elephas etiam dicitur morbus, de quo in ELEPHANTIASIS dictum est, Lucret. 6, 1112. Est elephas morbus, qui propter flumina Nili Gignitur Aegypto in media, etc. Adde Seren. Sammon. 10.

\*ELETHI, orum, populus Thraciae. Plin. 4, 11. B. A.

ELEVATIO, onis, f. schema oratorium, species ironiae, qua rem aliquam dum videmur attollere, deprimimus et irridemus. Quint. 9, 2. circa med. Et illae elevationes, videlicet O dii boni! Scilicet is Superis labor est: et ille pro Oppio locus: O amorem mirum! o benevolentiam singularum! [\*V. Ern. Technol. Rhet. Lat. p. 146.]

[ELEVATUS, a, um, part. ab *elevo*, elatus. Appul. Met. 4, p. 143, 26. Lumbis elevatis in altum, pedum posteriorum calcibus jactatis in eum crebriter etc. F.]

ELEVI. V. ELINO.

ELEVIES. V. ELUVIES.

ELEVO, as, avi, atum; a. I. *ἔλω*, tollo, sursum levo: a *levo*, quod a *levis*. Caes. B. C. 2, 9. Quantum storearum demissio patiebatur, tantum elevabant. Et mox. Rursus summam contabulationem, storeasque elevabant. P. Item tollo, aufero, demo. Colum. 3, 21. Necesso est, ut aut serum fructum cum praecoque elevet, aut si maturitatem serotini expectet, amittat vindemiam praecoquem. [\*Gesn. vult *levet*. coll. Ulp. Pand. 50, 15, 4, 3. Agri tributum in eam civitatem debet levari, in cuius territorio possidetur. Sed idem fortius exprimitur verbo compos.] P. Item leve reddo. Claud. Eutrop. 1, 295. Elevat hunc pluma, squamis hunc fabula vestit. P. Translate minuo. Lucej. ad Cic. Fam. 5, 14. Non intelliges duplicari sollicitudines, quas elevare tua te prudentia postulat? Cic. Tusc. 3, 16. Nihil est, quod tam obtundat, elevetque aegritudinem, quam etc. P. Saepo est pondus, et auctoritatem alicui rei dicendo detrahere, leve, futile, vile esse ostendere, atque adeo minuere, extenuare. [\*Opponitur verbo *elevare* hoc sensu posito *aggravare*. Cf. Liv. 6, 27, 3.] Liv. 3, 21. Mirer, si vana vestra ad plebem auctoritas est? Vos elevatis eam. Cic. Amic. 24. Multae causae suspicionum offensionumque dantur, quas tum evitare, tum elevare, tum ferre sapientis est. Suet. Cal. 8. Elevare rei alicujus fidem. Liv. 28, 42. praeclara facta alicujus. Id. 26, 51. famam captae urbis verbis. Catull. 24, 9. Abjicere et elevare aliquid. Cic. Or. 2, 56. extr. Erat tanta gravitas in Domitio, tanta auctoritas, ut quod esset ab eo objectum, lepore magis elevandum, quam contentione frangendum videretur. [\*Burn. ad Phaedr. 3, 10, 7. Drak. ad Liv. 9, 37, 6.] P. Elevare aliquem est ejus dicta fidemque minuere et levem hominem esse ostendere. Cic. Or. 2, 58. Est plane oratoris movere risum, quod frangit adversarium, quod impedit, quod elevat, quod deterret, quod refutat. Liv. 26, 27. Elevabatur index, indiciumque: pridie cum verberibus castigatum ab dominis discessisset: per iram ac levitatem crimen commentum. Prop. 2, 24, 44. Elevat assiduus copia longa viros, h. e. viliores facit. [\*Burn. ad Prop. 1, 8, 12.] P. Elevare perspicuitatem, minuere. Cic. N. D. 3, 4. Si quid est evidens, argumentari non soleo: perspicuitas enim argumentatione elevatur.

ELEUS, a, um, adj. Ἠλεῖος, ad Elidem pertinens, celebrem Peloponnesi urbem, in ora ejus occidentali sitam, in provincia cognomine, in qua, (vel prope quam) certamina Olympica, quinto quoque anno, tota affluente Graecia, cursu equorum, curruum, et hominum, lucta, disco, pugilatu etc. in honorem Jovis Olympici celebrabantur. Virg. G. 3, 202. Eleus campus. Or. Her. 18, 166. Ut celer Eleo carcere missus equus. Lucan. 1, 264. Eleus sonipes. Vet. poeta ap. Senec. Q. N. 3, 1. Eleus annis, h. e. Alpheus. Sic Or. Met. 5, 576.

Eleum flumen. Stat. Th. 2, 185. Eleae valles. Senec. Agam. 918. Elea palma. Prop. 3, 7, 17. Elea quadriga. Et 3, 1, 58. Jovis Elei carmen. Val. Fl. 4, 227. Eleus parens, h. e. Juppiter. Stat. Sil. 2, 6, 72. Eleum lustrum, h. e. quinquennium. P. Elei, orum, sunt Elidis populi. Plin. 10, 28, 40. V. ELIUS. P. Sunt qui scribunt *Elacus*, sed minus recte. P. Hi ab Latinis scriptoribus quandoque dicuntur Alii. V. ALII.

\*ELEUSA, ae, f. insula prope Achaia, contra Spiraeum promontorium, in sinu Saronico. Plin. 4, 12. B. A.

ELEUSINIUS et Eleusinus, a, um, adj. *Eleusinia* sunt sacra Cereris, de quibus V. ELEUSIS. Tertull. Apol. 7. et adv. Valent. 1. P. Eadem Justin. 2, 8. Eleusina sacra vocat. P. Eleusina mater est Ceres. Virg. G. 1, 163. Tardaue Eleusinae matris volventia plaustra. Vitr. praef. 7. ad f. Eleusina Ceres.

ELEUSIS et Eleusin, inis, f. Ἠλευσίς et Ἠλευσίνης, oppidum marit. Atticae inter Megaram, seu Nyssaeam urbem, et Piraeum portum Atheniensem, in quo regnavit Eleusius, (al. Ceus. V. Or. Fast. 4, 507. et sequentib.) qui cum Cererem filiam quaerentem liberalissime hospitio suscepisset, illa pro munere ostendit ei omne genus agriculturae, filium etiam ejus Triptoleum modo natum per noctem igne fovit, per diem divino lacte nutrit, cumque grandisculus factus esset, curru suo, quem alati trahebant serpentes, impositum per totum orbem misit ad usum frumentorum hominibus indicandum. Ob hujus beneficii memoriam Cereri templum dedicatum fuit, et solemnia sacra instituta, quae sacra Eleusina, et Thesophoria appellabantur, in quibus matronae in curribus per jocum sibi mutuo, et libere conviciari solebant. Rectius fortasse oppidum illud ita fuit appellatum ἀπό τῆς Ἠλευσίνος, ab adventu, quia Ceres, post errores in quaerenda filia, huc tandem veniens conquievit. Hygin. fab. 157. et Serv. ad Virg. G. 1, 163. et alibi. Or. Her. 4, 67. Cerealis Eleusin. Cic. N. D. 1, 42. Omitto Eleusina sanctam illam et augustam, ubi etc. [\*In accusativi forma h. l. codd. admodum variant; alii habent *Eleusinam*, alii *Eleusinem*, quod fortasse probandum, quum constat, accusativi formam in a exeunte aureae aetatis scriptoribus non valde probatam fuisse. V. Bentl. ad Hor. Od. 1, 35, 29. Drak. ad Lic. 31, 25, 2. Cf. Ramsh. Lat. Gr. §. 28. n. 3. p. 44. sq.] P. Apud Sidon. Carm. 9, 178. Eleusin est ipsa Ceres. P. In recto casu apud Or. al. leg. *Eleusis*, quod agnoscitur etiam a Prisciano 6. p. 689., sed alterum est frequentius.

\*ELEUTHERAE, arum, oppidum Boeotiae, inter Megaram ac Thebas, ex quo Myron ille, bucula tantopere nobilitatus, ortum traxisse fertur. Plin. 4, 7, et 34, 8. B. A.

\*ELEUTHEREUS, ei et eos, m. Ἠλευθερεὺς, qui ex urbe Eleutheris est, vel ad Eleutheras pertinens. Eleuthereus audit Lycius statuarius, eo quod ex Eleutheris oriundus est. Plin. 34, 8. ed. Hard. ubi antea, v. g. in ed. Elzev., legebatur *Buthyrenus*. B. A.

\*ELEUTHERI, orum, (Ἠλευθεροί, i. e. liberi,) ut Eleutheri Cadurci ap. Caes. B. G. 7, 75. B. A.

ELEUTHERIA, orum, n. plur. Ἠλευθερία, solemnia libertatis. Graeca vox, ab Ἠλευθερός, liber. Pl. Pers. 1, 1, 29. Basilice ago eleutheria. P. Eleutheria, ae, f. est ipsa libertas vel libertatis Dea. Id. Stich. 3, 1, 21. Volo me Eletheriam capere adventem domum. [\*V. Spanh. de praest. num. diss. 9. p. 674.]

ELEUTHERIS, idis, f. et Eleutherus, a, um, adj. Ἠλευθερίς et Ἠλευθερός, liber, ra, rum. Est cognomen Romanum. Inscr. apud Grut. 612, 11. Acilia Eleutheris. Alia apud Murat. 1110, 2. L. Secundus Eleutherus. Et apud Maff. Mus. Ver. 154, 10. Gavia L. L. Eleuthera. F.]

ELEUTHERIUS, ii, m. Ἠλευθερίος, hoc cognomine Athenis colebatur Bacchus, qui ideam a Latinis Liber dicitur: illius templi originem narrat Pausan. 1, 20. Is tamen ab eodem Ἠλευθερεὺς appellatur. Arnob. 6. p. 207. Ubi Liber Eleutherus fuit, cum ejus fanum eadem vis flammae Athenis deleret? P. Eleutherium, ii, n. monile, ornamentum colli, insigne libertatis. Gloss. Philox. Eleutherium, *καθέμα, περιδέραιον*. Not. Tir. p. 161. Cylindri, catellae, eleutherium.

\*ELEUTHERNAE, arum, oppidum Cretae. Plin. 4, 12. V. Chishul. p. 123. B. A.

\*ELEUTHEROCILICES, um, m. plur. populi Ciliciae, ita appellati ab Ἠλευθερός, liber, quia in Cilicia liberi a regum legibus vivebant. Cic. Att. 5, 20. Nos Pindenissum, quod oppidum munitissimum Eleutherocilicum omnium memoria in armis fuit (feri homines et acres, et omnibus rebus ad defendendum parati) cinximus vallo, et fossa. Adde Fam. 15, 4. B. A.

\*ELEUTHERUS vel Eleutheros, i, m. Ἠλευθερός, flumen juxta Orthosiam urbem, quae erat in radice Libani montis. Plin. 9, 10. Testudines in Phoenicio mari ultro veniunt, statuto tempore anni in annem Eletherum effusa multitudine. P. No-

tabile est (ait Gesnerus) nomen *Eleud* testudinem significare Arabibus: unde forte ipsi fluvio nomen. B. A.

[ELEUTHERUS. V. ELEUTHERIS. F.]

ELIACUS. V. HELIACUS.

ELIAS, adis, f. patronym. Ἠλιᾶς, ad Elidem pertinens, regionem Peloponnesi, et urbem cognominem, in quam equas optimas mittebat Epirus ad promerendas palmas in ludis Olympicis. Virg. G. 1, 57. India mittit ebur, molles sua tura Sabaei: Eliadum palmas Epiros equarum.

[ELIBERO, as, a. l. idem ac libero vel multum libero. Not. Tir. p. 57. Liberat, eliberat. F.]

\*ELIBERRI, vicus Galliae, olim civitas haud parva, in Gallia Narbonensi, ad Pyrenaeos montes, hodie *Elne*. Mela 2, 5. extr. P. Illiberis audit Plin. 3, 4. et Illiberi Liv. 21, 24. B. A.

\*ELICE, es, f. Ἠλίχη, oppidum Achaiae. Plin. 2, 92. Audit et *Helice*. V. Helice. B. A.

ELICES, um, m. plur. ἑλίχοι, sulci aquarii, per quos aqua collecta educitur e liris, ut Fest. definit: ab *eficio*, extraho. [\*Serv. ad Virg. Georg. 1, 109. Elices, sulci ampliores, ad siccandos agros ducti.] Colum. 2, 8. Sulcos aquarios nonnulli elices vocant. Id. 11, 2. a med. Elices sulcosque aquarios convenit facere. Plin. 10, 11, 59. Elices inducunt aquas. [\*V. Salm. ad Script. Hist. Aug. p. 439. ad Solin. p. 512.]

\*ELICHRYSUM, i, n. herba umbellifera. Plin. 21, 25. V. *Heliachryson*.

ELICIO, is, icui, et exi, icitum, a. 3. ἑλίχομαι, educo, extraho: ab *e*, et *lacio*. Cic. Tusc. 1, 48. Iphigenia Aulide duci se immolandam jubet, ut hostium sanguis eliciatur suo. Id. N. D. 2, 60. Itaque ad pingendum, ad scalpendum, ad nervorum eliciendos sonos ac tibiaram, apta est manus ad motionem digitorum. Et ib. E terrae cavernis ferum elicere. Et 9. Lapidum conflictu elici ignem videmus. Id. Senect. 15. Terra elicit ex semine herbescentem viriditatem. Tac. A. 12, 47. Elicere cruorem ictu. Plin. 25, 11, 89. sudorem. Id. 19, 5, 26. n. 2. alvum, h. e. solvere, subducere. Id. 35, 15, 51. purgationes feminarum. Stat. Achill. 1, 186. de *Clirone*. Elicit extremo chelyn, et solantia curas Fila movet. Plin. 17, 22, 35. n. 19. Si macra vitis idoneos palmites non habeat, ad terram recidi eam, novosque elici utilissimum. P. Translate est evocare, adducere, inducere, extrahere. Liv. 5, 15. Causatus, de portenti procuratore consulere velle, ad colloquium vatem elicit. Cic. Or. 1, 21. Cum ab eo nusquam discerem, verbum ex eo nunquam elicere potui de ratione dicendi. Id. Q. Fr. 1, 1, 2. Elicere aliquem blanditiis ad iudicium. Liv. 23, 27. hostem ad certamen. Caes. B. G. 7, 32. hostem ex paludibus et silvis. Et ib. 5, 48. in aliquem locum. Et ib. 6, 7. hostes citra flumen. Et Hirt. B. G. 8, 12. hostes in insidiis. Tac. A. 15, 13. in proelium. Liv. 2, 62. ad proelium. [\*V. Drak. ad Liv. 6, 31, 7.] Cic. Balb. 9. Propositis praemiis elicere ex civitatibus sociorum fortissimum quemque ad subeunda pro salute nostra pericula. Pl. Men. 5, 6, 3. Elicere aliquem foras. Tac. A. 2, 42. aliquem litteris accessere, sed astu tamen quodam, ac dolo: qua ratione etiam Id. ib. 14, 4. locutus est. Cic. Att. 7, 12. Velim mihi ignoscas, quod ad te scribo toties: tuas enim volo elicere litteras. Et I. a med. Dabunt operam, ut eliciat sententiam meam. Liv. 40, 23. Fide data, arcana ejus elicit. Cic. Brut. 80. Ubi dolor? ubi ardor animi? qui etiam ex infantium ingenii elicere voces et querelas solet. Curt. 8, 5. sub f. Elicere iram alicujus. Liv. 8, 28. misericordiam. [\*V. Drak. ad h. l.] Tac. A. 16, 14. cupidinem. Et ib. 4, 45. veritatem, h. e. extorquere. Et ib. 15, 53. favorem vulgi. Pl. Trin. 2, 2, 13. lacrimas. [\*Paul. Sent. 1, 12, 6. Elicere rescriptum.] Hor. Od. 4, 12, 17. Nardi plenus onyx eliciat cadum, h. e. efficiet, ut ego promam cadum. P. Item eruere, investigare, invenire. Cic. Div. 1, 8. Quis igitur elicere causas praesensionum potest? Liv. 1, 20. extr. Elicere procuraciones prodigiorum ex mentibus divinis. P. Ponitur et pro emittere, effundere, edere. Cic. Coel. 24. sub f. Nonne ipsam domum metuet, ne quam vocem eliciat? *ejiciat* est unus et alter qui malit: [\*Recte tamen *eliciat* servavit Orell. Recte Schütz. in Ind. interpretatus est, quanquam quae ultimo loco scripsit non probat.] ut et in illo Tusc. 2, 24. Fauces, e quibus elici vocem, et fundi videmus. P. Est etiam verbum magicum, cum Manes aut Deos certa prece, certoque ritu sacri evocabant, exciebantque, consulendi causa de re arcana, aut beneficii faciendi. Or. Fast. 3, 327. et Plin. 28, 8, 27. Elicere Deos coelo. Arnob. 5. p. 154. Jovem ad terras. Cic. Vatin. 6. animas inferorum. Tibull. 1, 2, 45. manes sepulcris. Adde Hor. Sat. 1, 8, 29., Lucan. 6, 733., Tac. A. 2, 28. et Stat. Theb. 4, 478. P. Elicere fulmina est precibus et sacris quibusdam impetrare, ut coelo decendant. Plin. 28, 2, 4. V. etiam 2, 35, 36. P. Part. *Eliciens* ap. Suet. Cal. 10. Hic omnibus insidiis tentatus elicientium cogentiumque se ad querelas. P. *Ellexi* in praeterito pro *elicui* habet Ar-



ELISIO

terminationem habent. [Cf. quae s. v. Eleusis dicta sunt.]

ELISIO, onis, f. actus elidendi. Senec. ep. 99. a med. Hae lacrimae per elisionem cadunt, no- lentibus nobis, h. e. per compressionem, et ex- pressionem. V. integrum loc. P Apud gramma- ticos elisio litterae est, cum littera excluditur, ut fit in syncope, vel cum vocalis a vocali absorbetur. V. ELIDO.

ELISSA, ae, f. Ἐλισσα, eadem quae Dido: de qua V. suo loco. Virg. A. 4, 335. nec me memi- nisse pigebit Elissae. P Scribitur et Elisa: sed Elissa praefertur Heins., Dausqu. et alii ex con- stantia MSSorum.

ELISSAEUS, a, um, adj. ad Elissam pertinens: et ponitur pro Carthaginiensi, quia Elissa Cartha- ginem condidit. Sil. 6, 346. Elissaci patres. Id. 2, 239. Elissaeus tyrannus, h. e. Annibal. Id. 15, 524. Spicula Elissaeis nuper contorta lacertis. P Scribitur et Elissaeus. V. vocem praeced.

ELISUS, a, um, part. ab elido, ἐλιθιμένος, compressus, effractus, suffocatus. Curt. 9, 2. Flumina in angustiorem alveum elisa, torrentes aquas invehunt. Virg. A. 8, 260. Corripit in no- dum complexus, et angit inhaerens Elisos oculos. [i. e. effoscos.] Ov. Met. 14, 738. Atque onus infelix, elisa fauce, pendit. Id. Fast. 4, 371. Candidus elisae miscetur caseus herbae. [i. e. com- pressae.] Al. leg. elixae. Id. Met. 15, 338. Undae elisae. Prop. 4, 6, 73. Vinaque fundantur prelis elisa Falernis. [i. e. expressa.] Suet. Tib. 39. Ingentia saxa desuperne delapsa, multique elisi. [i. e. suffocati.] Sen. Troad. 1111. Ossa gravi casu elisa. Id. Agam. 495. Nube dirum fulmen elisa micat. Virg. A. 3, 567. Ter spumam elisa- sam, et rotantia vidimus astra, h. e. exclusam, expressam. Servius. P [Item fractus, confectus. Lact. Plac. Narr. fab. 2. p. 835. Aeson senectute elisus. Ubi v. Munck. p. 835.] P Comprimento emissus. Ov. Met. 6, 696. Exsilianteque cavis elisi nubibus ignes. Val. Fl. 4, 663. Terrificoque ru- nut tonitrus, elisaeque noctem Lux dirimit. Sic Lucan. 7, 475. stridulus aer Elisu lituis. Quint. 11, 3. ante med. Vox ultra vires urgenda non est: nam et suffocata, et majore nisu minus clara est: et interim elisa, in illum sonum erumpit, cui Graeci λισσιών nomen a gallorum immaturo cantu dederunt, h. e. cum conatu emissa. V. Alia hujus rationis in ELIDO. P Item repercussus, reflexus. Lucr. 4, 314. de speculo in speculum transfertur imago: Inde ad nos elisa bis advolat. Et 299. et elisam retro sese exprimat ipsa. P Elisa littera apud grammaticos est extrita, exclusa. V. ELIDO.

ELITIGO, as, a. l. cesso a lite, ut delitigo est valde litigo. Not. Tir. p. 34. Litigat, elitigat.

ELIUS, a, um, adj. ad Elidem pertinens. Elii, orum, sunt ejus regionis, vel urbis incolae apud Plin. 4, 5, 7. qui et Elei appellantur. V. ELEUS. Cic. Div. 2, 12. Haruspices Etrusci, Elii, Aegyptii.

ELIX. V. ELICES.

\*ELIXA, a liquore dicta. Festus. B. A.

ELIXATIM, adv. Apic. 5, 8. extr. Elixatim sumpto semine cum ovis. Adde 4, 3. Al. aliter leg.

ELIXATURA, ae, f. res elixata. Apic. 9, 1. et Maecr. de herb. cap. de spica. P [Scribitur et Elixura. B. A.]

ELIXATUS, a, um, part. ab elixo, elixus. Apic. 2, 1. et 3, 9.

ELIXO, as, avi, atum, a. l. aqua coquo, ἔψω. Apic. 3, 6. Cucumeres rasos elixabis.

ELIXUS, a, um, adj. ἐξιδός, in aqua coctus. Varr. L. L. 4, 22. Elixum est e liquore aquae deductum. Non. 1, 238. inde putat deduci, quod lixam aquam dixere veteres. V. ap. Voss. in Etym. plura. Hor. Sat. 2, 2, 73. simul assis Miscueris elixa. Plin. 20, 6, 23. Allium coctum utilius est crudo, elixumque tosto. [Juv. Sat. 3, 294. Ver- vexis elixi labra.] P Translate. Varro ap. Non. l. c. Elix calcei, h. e. valde madefacti. Pers. 4, 39. Elixae nates. [i. e. mollitae dropace.] Et Mart. 3, 7. Balneator elixus, h. e. aqua et vapo- ribus perfusus, et prope coctus.

ELLĒBORUM. V. HELLEBORUM.

ELLIPSIS, is, f. ἔλλειψις, figura est, cum ali- qua vox deest orationi: ab ἔλλειπω, deficio, ut il- lud Virg. A. 1, 6. Italiam fato profugus, Lavi- naque venit Litora. Ubi deest ad, vel in. Sic ambulo viam, Aegypto venio, ne hoc quidem, quae ap. Quint. 1, 5. soloecismi sunt per detractionem, apud alios ad ellipsim referuntur. [Primum te- nendum, hoc substantivum latinis litteris scriptum nusquam legi, sed veteres vel ἔλλειψιν dicunt, vel detractionem; deinde neque exempla ejus usus satis apta sunt, licet ex Quint. petita sint. Cf. Aquil. Rom. p. 191. Ruhnk. Ceterum constat doctissi- mam Hermannii disputationem de ellipsi et pleo- nasmo leg. in Wolf. Mus. antiq. stud. 1.]

\*ELLOPIUS, a, um, ad Euboeam, quae et El- lopia dicta, pertinens. Plin. 4, 12. Ellopiae aquae. B. A.

ELLOPS. V. HELOPS.

ELLUM, ellam, etc. V. in ECCE.

ELLYCHNIUM, ii, n. ἑλλύχνιον, funiculus ille papyraceus, seu sparteus, canabinusve, aut stu- peus in lychno, qui oleo affuso incensus flammam nutrit, et lumen praestat: a λύχνος, lucerna. Plin. 23, 4, 41. Ellychnia claritatis praecipuae. Id. 28, 11, 47. Ellychnium papyraceum. Adde Stat. Silv. 4, 9, 29. et Vitr. 8, 1. a med.

ELOCATUS. V. in ELOCO, as.

ELOCO, adv. pro illico, quasi e loco, e vesti- gio, quidam leg. ap. Pl. Cas. sc. 3. a. 5. in f. et Truc. 2, 3, 87.

ELOCO, as, avi, atum, a. l. idem quod loco, ἀπομοθόω. Cic. Verr. 3, 2, 22. Fundum eloca- tum esse dicebat. Plin. 21, 3, 7. Elocare funus. [i. e. funus s. pompam funebrem alicui faciendam dare.] Id. 26, 1, 3. sese curandum. Colum. 1, 7. ad f. boves. [i. e. alteri locare ut inde lucrum accipiamus.] Cic. Fl. 28. de gente Judaeorum. Quam cara Diis immortalibus esset, docuit, quod est victa, quod elocata, quod servata, h. e. quod ejus vectigalia a censoribus P. R. locata. [Sic exponit Scal. ad Euseb. p. 153.] Pl. Epid. 1, 2, 41. Ni ante solem occasum hoc argentum eloces. Al. leg. elicias.

ELOCUTILIS vel Eloquutilis, e, adj. ad elo- quendum pertinens. Appul. Met. 11. p. 258, 12. Copia eloquutilis facundiae.

ELOCUTIO, onis, f. tertia pars officii oratoris, qua res inventae, et in ordinem dispositae orna- mentis sententiarum et verborum illustrantur. Cic. Inv. 1, 7. Elocutio est idoneorum verborum, et sententiarum ad inventionem accommodatio. Auct. ad Her. 4, 12. Elocutio tres res in se debet habere, elegantiam, compositionem, dignitatem. Quint. 8, 1. Quam Graeci ῥησιών, Latine dicimus elocutionem. Eam spectamus in verbis aut singulis, aut conjunctis. In singulis intuentum est, ut sint Latina, perspicua, ornata, et ad id, quod efficere volumus, accommodata. In conjunctis, ut emendata, ut collocata, ut figurata. V. ibi plura, et in prooemio ejus libri. Id. 2, 15. Inventio sine elocutione non est oratio. [Quint. 5, 12. Et illam vim stricte robusteque dicendi, tenera quadam elocutionis cute operimus.] P In plurali numero. Suet. Gramm. 4. Instituisse et ipsos quaedam genera institutionum ad eloquentiam praeparandam, ut problemata, periphraes, elocutiones, ethologias. Al. melius leg. allocutiones. P Proprie elo- cutio est actus eloquendi, sermo, dictio. Ulp. Dig. 22, 5, 12. Pluralis elocutio duorum numero con- tenta est. [Ubi edit. Haloand. habet locutio.]

\*ELOCUTIUNCULA, ae, f. deminutiva forma subst. Elocutio. Jul. Rufin. de fig. sent. et eloc. l. p. 196. Ruhnk. Ironia elocutiuncula Sallustiana commodissime exprimitur, h. e. phrasi, formula.]

ELOCUTORIUS, a, um, adj. ad eloquendum pertinens. V. v. seq.

ELOCUTRIX, icis, f. quae eloquitur. Hanc et superiorem vocem, ut Latinas agnoscit Quint. 2, 14. Oratoria sic efferetur, ut elocutoria; oratrix, ut elocutrix.

ELOCUTUS, a, um, part. ab eloquor, de quo V. suo loco. P Passiva significatione. Ulp. Dig. 3, 2, 13. Multum interest, causa cognita alicui pronunciatum sit, an quaedam extrinsecus sint elocuta.

[ELOGIATUS, a, um, part. ab elogio, descrip- tus. Coel. Aurel. Tard. 2, 1. Nomina specialiter elogiata, h. e. imposita. F.]

\*ELOGIO, as, a. l. brevis describo. Coel. Aurel. Tard. 5, 4. Signa elogiavimus, h. e. bre- viter scripta proposuimus. B. A.

ELOGIUM, ii, n. brevis titulus, seu inscriptio rei alicujus, quales sub status, aut in sepulchris fiunt, et quaelibet brevis expositio, dictum, sententia in laudem cujuspiam, vel vituperationem. [Sequentes loci docent, veteres vocabulo non usos esse pro quavis laudatione, ut hodie vulgo faciunt, sed tantum de monumentorum titulis vel inscriptionibus, in quibus defunctorum honores et res gestae consignatae erant.] Cic. Tusc. 1, 13. Quid ipsa sepul- crorum monumenta, quid elogia significant, nisi nos futura etiam cogitare? Id. Fin. 2, 35. Non elogia monumentorum id significant, velut hoc ad portam? Uno ore cui plurimae consentiunt gentes, populi primarium fuisse virum. Cato ap. Gell. 3, 7. Glo- riam, atque gratiam claritudinis inclutissimae de- corare monumentis, signis, statuis, elogiis, his- toriis. Suet. Claud. 1. Elogium tumulo insculpe- re. Virg. Cul. 410. His tumulus super inseritur: tum fronte locatur Elogium, tacita format quod littera voce; Parve culex etc. Suet. Galb. 2. Imagi- nes, et elogia universi generis (prosapiae) exse- qui longum est. Id. Cal. 24. Tres gladios in ne- cem suam praeparatos Marti ultiori, addito elogio, consecravit. Id. Vit. Hor. Maecenas quantopere eum dilexerit, satis monstratur tali ad Augustum elogio: Horatii Flacci, ut mei, memor esto. Adde Senec. Contr. 2, 15. [V. plura exempla apud Casaub. ad Suet. Jul. 47. Calig. 24. Salm. mod. usur. p. 670. p. 675.] P Sumitur etiam in malam par- tem pro brevi inscriptione qua continetur culpa,

aut res male gesta alicujus, aut contumelia, et vi- tuperatio. [\*Burm. ad Quint. Decl. 2, 15. ad Petr. 53. Perizon. ad Ael. V. H. 14, 43.] Cic. Cluent. 48. Quod elogium recitasti de testamento Cn. Egnatii patris, idcirco se exheredasse filium, quod etc. [\*Significat h. l. titulum vel causam exhere- dationis, quo sensu saepe ponitur in libris Digest. Sic African. Dig. 28, 2, 14. Quum elogium pa- ter, quum filium exheredaret, proposuisset et ad- jecisset propter eam causam exheredare. Ulp. Dig. 37, 10, 1, 9. Si sine elogio exheres scriptus es- set, non habet bonorum possessionem.] (Adde Quint. 7, 4. circa med. et Decl. 2, 15.) [\*V. Munck. ad Fulg. Myth. p. 623.] Suet. Cal. 27. Custodia- rum seriem recognoscens, nullius inspecto elogio, a calvo ad calvum duci imperavit. [\*i. e. brevem delictorum indicationem, cuique affixam non in- spexit, quod ei faciendum erat, ut ex meritis cujus- que sententiam ferret. V. Vales. ad Ammian. 14, 5. Hinc elogium sumitur pro sententia et condem- natione quae causam criminis habet adjunctam. Ammian. Marc. 19, 12, 9. Per principis elogium torqueri praecipitur. Id. 7, 2. Multos sub uno elogio jussit occidi. V. Vales. ad Amm. Marc. l. l. Hinc Vet. Gloss. elogium exponunt δίκαιγμα.] Modest. Dig. 49, 16, 3. Desertorem auditum ad suum ducem cum elogio praesens mittet. [\*i. e. cum brevi expositione causae. Scilicet elogium est vox propria, quum a non competente iudice adprehensi sunt, ad suum iudicem remittuntur; mittuntur cum elogio. Cels. Dig. 48, 3, 11. Cum cognovit et constituit, remittat illum cum elogio ad eum qui provinciae praest, unde is homo est. Sed Marcian. Dig. 48, 3, 6. scribit eos, qui cum elogio missi fuerint, integros audiendos esse, i. e. quaestionem denuo instituendam esse, quia non omnes ex fide bona elogia scribere compertum sit.] Pl. Merc. 2, 3, 73. Molesti sint, ocentent ostium, impleantur meae fores elogiorum carbonibus. P In lemmate declam. 326. earum quae Quint. tri- buuntur, elogium est petitio, rogatio. Ita enim ibi habetur: Dives decessit, herede instituto bono- rum omnium paupere, et elogio tali: Peto, ut hanc hereditatem restituas ei, cui rogavi. P Ultima elogia, ultimum testamentum, ultima voluntas per- scripta. Imp. Justin. Cod. 3, 28, 37. a med. Su- per ipsis tantummodo rebus, quae quasi castren- sis peculii sunt, ultima condere posse elogia. [\*In hunc sensum elogium saepe in Cod. adhibetur, nus- quam vero, ut videtur, in Digest. libris.] P In aliquo ex allatis Cicerois locis sunt, qui lectio- nem sollicitant. Sunt etiam, qui de origine vocis disputant, et de scripture. Alii enim scribi vo- lunt eulogium, ab εὐλογίων: alii ellogium, a simi- li Graeca ἐλλόγιον: alii eclogium, ab ἐκλογεῖον: alii denique qui elogium retinent, ab hac quidem descen- dere, sed usu Latino e extritum esse. Atque haec est usitator scribendi ratio.

ELOGO, as, a. l. προέλω, protraho, differo. Gloss. Philox. Elogo, μακρῖνω, ἀρτστημι. Forum Romanum Plinio nescio qui tribuit illa verba: Quo maximo tempore dies elongantur. Noli temere uti.

ELOPS. V. HELOPS.

ELOQUENS, entis, part. ab eloquor, λέγων, qui eloquitur, et verbis exponit. Auct. ad Her. 4, 53. Cum res muta aut informis fit eloquens et forma- ta. Appul. Apol. p. 276, 39. Quis me hoc pacto eloquentior vivat, quippe qui nihil unquam cogita- vi, quod eloqui non auderem? P Item saepissi- me qui novit dicere apposite ad persuadendum, et ad rem, de qua agitur, λόγιος. Cic. Or. 29. Is est eloquens, qui humilia subtiliter, et magna gra- viter, et mediocria temperate potest dicere. Et mox. Is erit eloquens, qui poterit parva submis- se, modica temperate, magna graviter dicere. Et 36. Is erit eloquens, qui ad id quodcumque decebit, poterit accommodare orationem. Id. Or. 1, 11. Eloquentes, et in dicendo suaves, atque ornati fue- runt. Id. ib. 14. Eloquentem esse in aliqua re. Id. ib. 5. Mirari desinamus, quae causa sit elo- quentium paucitatis. Id. Brut. 39. Ut eloquentium jurisperitissimus Crassus, jurisperitorum eloquen- tissimus Scaevola putaretur. Quint. 12, 6. Itaque nonnullos reperias, qui sibi eloquentiores videan- tur. Id. proem. 8. M. Antonius disertis satis pu- tat, dicere quae oporteat: ornate autem dicere, proprium esse eloquentissimi. V. DISERTUS.

ELOQUENTER, adv. cum eloquentia, λόγιος. Plin. ep. 3, 18. Eloquentius scribere. Id. ep. 2, 11. a med. Eloquentissime respondere. Id. ep. 6, 21. scribere.

ELOQUENTIA, ae, f. λογίωνης, ἐνρηματία, facul- tas dicendi opposita ad rem, de qua agitur, di- cendi vis et ratio admirabilis, et, ut ait Cic. Part. 23., copiose loquens sapientia. Duplici autem ra- tione sumi potest: vel ut idem sit, quod elocutio, vel facundia, et copia verborum, nempe si ad vim vocis spectes. Ter. Phorm. 4, 3, 24. Sudabis satis, si cum illo inceptas homine: ea eloquentia est. Sall. Cat. 5. Satis eloquentiae, sapientiae parum. Nep. Alc. 2. Hipponeus omnium Graecae linguae eloquentia disertissimus. [\*Id. Epam. 5. Fuit etiam disertus, ut nemo ei par esset eloquentia.]



Suet. Rhet. 5. Sex. Clodius Latinae simul Graecaeque eloquentiae professor. P Vel ut significet universam vim facultatemque oratoris, quae quinque rebus, seu partibus constat, inventionem, dispositionem, elocutionem, memoria, et pronuntiationem, ut sumitur a Cic. Brut. 6. sub f. et alibi. Id. Or. 28. extr. Ne ipse quidem sua tanta eloquentia mihi persuasisset, ut se dimitterem.

ELOQUIUM, ii, n. ἐπιλογία, idem quod eloquentia, sed historicis, poeticis familiaris. Vell. 2, 68. Coelius vir eloquio animoque Curioni similis. Virg. A. 11, 383. Tonare eloquio. Ov. Trist. 1, 9, 46. Quaelibet eloquio fit bona causa tua. Id. Pont. 2, 2, 51. Nitor eloquii. Stat. Silv. 4, 4, 65. Potentis eloquii virtus. Plin. 11, 17, 18. Suavitas praedulcis eloquii. Adde Hor. A. P. 217, Lucan. 7, 63., Juven. 7, 19. et Sil. 3, 619. P Est etiam simpliciter sermo. Siquidem definitur a Diomed. in l. 2. Eloquium est humanae pronuntiationis expressa significatio, facilem mentibus exhibens intellectum. [\*Haec significatio primo loco ponenda erat.] P Item colloquium. Mamert. Paneg. Maxim. 9. Invictas dexteris contulistis; adeo fidum fraternumque fuit illud eloquium. P [\*Cod. Justin. 1, 4, 34, 3. Sacra contrectantes eloquia, i. e. divinas litteras.]

ELOQUOR, eris, cutus, vel quutus sum, dep. 3. ἀποκρίνω, dico, narro, expono, effero, quasi extra loquor, et quae mente concepi, promo, atque ad audientes perfero, ut ait Quint. prooem. 8. Cic. Or. 2, 38. Omne quod eloquimur, sic, ut id aut esse dicamus, aut non esse etc. Et 1, 48. Nullum est periculum, ne quid tu eloquare, nisi prudenter. [\*Id. Fam. 9, 22. Memini in senatu disertum consularem ita eloqui.] Senec. ep. 83. ante med. Per vinum eloqui arcana. Auct. ad Her. 4, 19. extr. Eloqui res aliquas per hujusmodi continuationes. Pl. Cist. 1, 1, 58. Eloquere nobis utrumque, et quid tibi est, et quid velis nostram operam. Ter. Heaut. prol. 3. Id primum dicam, deinde quod veni, eloquar. Senec. Oedip. 817. Eloquere nomen, i. e. profer. Pl. Men. 1, 4, 6. Elocuta sum convivas: ceterum cura tu. Id. Amph. prol. 51. Eloqui argumentum tragodiae, enarrare. Et 1, 1, 264. Elocutus est, i. e. dixit verum. Id. Cist. 2, 3, 23. Eloqui de aliqua re. Id. Epid. 1, 2, 20. syllabam. Id. Truc. 4, 2, 43. uno verbo. Caes. B. C. 2, 34. Ille unum elocutus, ut memoria tenerent milites ea, quae pridie sibi confirmassent, sequi sese jubet. Tac. A. 3, 65. Graecis verbis eloqui. Ov. Her. 15, 129. Eloqui verba simillima veris. Cic. Off. 3, 15. Uterque (emptor et venditor) si ad eloquendum venerit, non plus quam semel eloquetur, h. e. indicandum, et exhibendum pretium rei. Quint. 8, 2. Verba, quae plus significant, quam eloquuntur. Id. 3, 6. Quos recte sensisse, parum elocutus puto, i. e. sententiam expressisse. P Saepae refertur ad facultatem oratoriam. C. Caes. ap. Cic. Brut. 72. Cogitata praeclare eloqui. Cic. Or. 1, 11. a med. Oratoris vis est, composita, ornata, copiose eloqui. [\*Id. Off. 1, 44. Eloqui copiose — melius est, quam vel acutissime sine eloquentia cogitare.] P Pro colloqui. Mamertin. Genethl. Maxim. 11. in f. Quam junctim sedent! quam concorditer eloquuntur! P [\*Apud serios scriptores pro simplici loqui nonnunquam positum videtur. V. Munck. ad Fulg. Myth. p. 621.] P Eloqueret pro eloqueretur quidam legunt in versibus Ennii ap. Gell. 12, 4. Eloqueret, quae tincta malis, et quae bona dictu. Alii melius leg. Eloqueretur, tincta etc.

ELORINUS, a um, et. ELORIUS, a um, adj. Ἐλωρίος, ad Elorum pertinens, oppidum, et fluvium Siciliae. Elorini, orum sunt incolae hujus oppidi. Cic. Verr. 2, 3, 43. Murgentinis, Assorinis, Elorinis nihil omnino relictum. Ov. Fast. 4, 477. Hinc Camerinan adit, Thapsonque, et Eloria Tempe. P Scribitur etiam Helorinus, et Helorius. F.]

ELORUM, i, m. Ἐλωρον, flumen Siciliae in ora orientali inter Pachynum, et Syracusas, campis se, more Nili, superfundens. Plin. 3, 8, 14. P Dicitur et Elorus, Ἐλωρος, fuitque olim eodem nomine oppidum ad eum fluvium. Sil. 14, 269. undae clamosus Elorus. Virg. A. 3, 698. praepingue solum stagnantis Elori. P Frequentius scribitur Helorum, et Helorus.

ELOTUS, a um, partic. ab elavo, ut Elota oliva, Colum. 12, 50. sub fin. Elotus in balneis, Pl. Trig. 2, 4, 5. Elota cerussa. Cels. 6, 6. n. 3.

ELPENOR, oris, m. unus ex sociis Ulyssis, qui a Circe in porcum mutatus, deinde recepta forma, scalis decidens temulentus, misere interiit. Juven. 15, 22. Et cum remigibus grunnisse Elpenora porcis. Ov. Ib. 487. Neve gradus adeas Elpenore cautius altos, Vimque feras vini, quo tulit ille modo.

[ELPIDÉPHORUS, et melius] [ELPIDOPHORUS, i, m. ab ἐπις, ἴδος, spes, et φέρω, porto, spem portans. Est cognomen Romanum. Inscr. apud Murat. 960, 8. M. Julius Elpidophorus. F.]

ELPIDOPHORUS. Alia apud eund. 195, 5. Q. Cassius Elpidophorus. F.]

ELUACRUM Labrum, apud Cat. R. R. 10. et 11., si sana est lectio, vas ingens significat ad eluendum, seu lavandum.

ELUCĒO, es, uxi, n. 2. ἐκλύω, idem quod luceo, vel valde luceo, lucendo appareo. Cic. Somn. Scip. 3. Circulus splendidissimo candore inter flammam elucens. Tibull. 4, 1, 134. Laetior eluxit structos super ignis acervos. Virg. G. 4, 98. de apib. elucet aliae, et fulgore coruscant Ardentes auro, et paribus lita corpora guttis P Translate conspicuum esse, eminere. Nep. Paus. 1. Ut virtutibus eluxit, sic vitii est obrutus. Cic. Fam. 4, 3. Quasi lumen aliquod, exstinctis ceteris, elucere sanctitatem, et prudentiam, et dignitatem tuam. Id. Am. 14. Si qua significatio virtutis eluceat, et ib. 27. Amicitia magis elucet inter aequales. Id. Or. 2, 13. Nemo studet eloquentiae, nisi ut in causis atque in foro eluceat. Id. Off. 1, 29. Ex quo elucebit omnis constantia, omnisque moderatio. [\*Hic error aliquis commissus est, qui transit in Schell. Lex. Loco ex Off. 1, 29. allato haec leguntur verba, quae huc pertinent: In ipso joco aliquod probi ingenii lumen eluceat. Sed capite 28. haec leguntur quae huc trahenda videntur: Hoc decorum, quod elucet in vita, movet approbationem eorum, quibuscum vivitur, ordine et constantia et moderatione dictorum et factorum.] Id. Part. 12. Ex quibus proprium quid sit eluceat. Nep. Epam. 6. Sed maxime ejus eloquentia eluxit Sparta. Quintil. 1, 1. Elucet spes. P De malis rebus. Cic. Rosc. Am. 31. Tenuitas hominis ejusmodi est, ut dissimulari non queat, atque eo magis eluceat, quo magis occultatur. Suet. Tib. 57. Saeva ac lenta natura ne in puero quidem latuit: sed aliquanto magis in principe eluxit.

ELUCESCO, is, n. 3. inchoat. idem fere quod eluceo. Lact. 7, 14. Cujus rei argumentum prius est enarrandum, quo ratio elucescat. Al. leg. eluceat. August. Retract. 1, 13. a med. Quod apud eos elucesceret. [\*Proscriptis hoc verbum Ruhnk. ad Mur. Or. 11. cum interpp. ad Lact. l. c.]

ELUCIFACIO, V. vocem sequent.

ELUCIFICO, as, a. 1. ἐλοφίζω, luce privo, elucum reddo: ab elucus. Labeo. ap. Gell. 10, 17. Sic ego fulgentis splendorem pecuniae volo elucificare exitum aetatis meae. Alii leg. elucifacere, ut Non. 2, 293.

ELUCTABILIS, e, adj. luctando superabilis. Senec. Q. N. 6, 8. Ita implicitae aquis herbae sunt, et aquae nec pediti eluctabiles, nec navigio.

ELUCTATIO, onis, f. actus eluctandi, conatus expediendi se ex re aliqua. Lact. 3, 11. a med. Eluctatio adversus mala, quibus haec vita plena est.

ELUCTOR, aris, atus sum, dep. 1. ἐκπαίδω, luctando et conando, et cum mora exeo. Virg. G. 2, 244. aqua eluctabitur omnis Scilicet, et grandes ibunt per vimina guttae. Tac. Agr. 17. extr. Super virtutem hostium, locorum quoque difficultates eluctatus. Senec. Q. N. 4, 2. Nilus per angusta eluctatus; et mox: Tandemque eluctatus obstantia, in vastam altitudinem cadit. Luc. 2, 219. de fluvio. Tyrrenas vix eluctatus in undas. Tac. Hist. 3, 59. Vix quieto agmine nives eluctantibus patuit, quantum discriminis aedeundum foret, ni, etc. Val. Flacc. 8, 183. altera ponti Eluctanda via est, h. e. vi et labore aperienda. Liv. 24, 26. a med. Cum tot ac tam validae eluctandae manus essent. P Translate. Tac. A. 4, 31. Ipse compositus alias, et velut eluctantium verborum. [\*de eo, cui sermo impeditur est.] Stat. Achill. 1, 524. de vate oestro percito. Tandem fessa tremens longis mugitibus ora solvit, et oppositum vox eluctata furorem est. Symmach. ep. 1, 14. (al. 21. extr.) Eluctari offensam, h. e. vitare, effugere. P Olim elucto, as, activa positione dictum fuisse, tradit Non. 7, 6., sed locum affert Plauti dubiae lectionis. V. DELUCTOR.

ELUCUBRATUS, a um, partic. ab elucubro, elaboratus, cum diligentia confectus. Cic. Brut. 90. extr. Orationes non minus diligenter elaboratas, quam elucubratas efferebamus, [\*Orelli cum recent.: et tanquam elucubratas afferebamus.] h. e. ad lucernam elaboratas.

ELUCUBRO, as, a. 1. et Elucubror, aris, dep. 1. ἐκκαθαίρω, lucubrationibus, idest vigiliis conficio. [\*Cic. Brut. 90. Orationem elucubrare.] Cic. Att. 7, 19. Epistolam, quam eram elucubratam, ad te non dedi. Colum. praef. l. 10. Quidquid est istud, quod elucubravimus, propriam sibi laudem non vindicat. Auct. dial. de Orat. 9. Elucubrare librum.

ELUCUS, i, m. significat languidum ac semisomnum, vel, ut alij volunt, alucinatorem, et nugarum amatorem, sive halonem, idest hesterno vino languentem, quem ἑλωρον vocitant Graeci. Haec Festus. Alii ducunt ab ἠλύγη, obscuritas, tenebrae, unde ἠλυγός. P Item Festus sub littera H

helucum ab hiatu, et oscitatione dictum docet; quod est vino languentium. P Alii substantivam vocem esse tradunt: et significare tarditatem quandam animi et stuporem, qui alucinantibus plerumque usu venit: ab ἠλωρον, unde alucinor, et a in e conversa, elucus. Haec Gell. 16, 12. ex Cloatio Vero. [\*Sic idem Gell. 4, 19. usurpat: Hebetem fieri ad veteri usque aut eluci tarditatem.] Hoc sensu Tertull. Cor. mil. 7. Hederiae natura est cerebrum ab eluco defensare. P Hinc Itali etiamnum hominem hebetioris ingenii allocco appellant. V. ALUCUS.

ELUDO, is, usi, usum, a. 3. proprie significat ludendi finem facere. Unde illa litoris definitio ab Aquilo data, apud Cic. Top. 7. qua fluctus eludret. Don. ad Ter. Eun. 1, 1, 10. Eludere gladiatorum est, cum vicerunt, et ludo finem imposuerunt. P Sic dicimus eludere aliquid, cum ludendo vincimus, et aliquid obtemus. Pl. Curc. 5, 2, 30. Dicam, unde illum habeas anulum, Quem parastus hic te elusit. [\*De duplici accusativo v. Ruddim. Inst. II. p. 179.] Propert. 4, 1, 139. Nam tibi victrices, quascumque labore parasti, Eludet palmas una puella tuas, h. e. extorquet, eripiet. P Eludere etiam dicuntur gladiatores, qui flexu corporis ictus adversarii evitant. Mart. 14, 202. Callidus emissas eludere simius hastas. Manil. 5, 163. Ille cito motu rigidus eludere caestus P Translate. Quint. 4, 5. ad fin. Cujus tamen divisionem in digitos diductam nonnunquam Cicero leviter eludit. Suet. Aug. 34. Eludere vim legis. [\*Traj. ad Pl. 10, 65. Poenam contumacia eludere.] Cic. Verr. 1, 10. magnas accusatoris minas et Div. Verr. 14. Eludere aliquem, et omni ratione jactare, h. e. quasi prehendere cupientem vitare, atque adeo laborem negotiumque facessere. Quo sensu Petr. Sat. 97. Scrutantium eludere manus. [\*Tac. Hist. 1, 26. Quaedam apud Galbae aures praefectus Laco elusit. i. e. ei audita refellit.] Virg. A. 11, 694. Orsilochem fugiens Eludit gyro interior, sequiturque sequentem. P Saepae usurpatur pro decipere, illudere, δυνάτω. Cic. Acad. 4, 39. Sed et vos ab illo irridemini, et ipsi vicissim illum eludetis. Tibull. 2, 1, 19. Seges eludit messes fallacibus herbis. [\*V. Heind. ad Hor. Sat. 1, 10, 41.] P Pro simplici ludere, seu leviter aliquid facere. Liv. 27, 18. a med. Levis, et concursator hostis, atque intervallo tutus, cum procul missilibus pugna eluditur: instabilis idem ad coninus conserendas manus. P Translate. Cic. Opt. gen. or. 6. Non enim in acie versatur et ferro, sed quasi rudibus ejus eludit oratio. [\*Hunc locum equidem §. 4 primo loco ponendum arbitror.] P Pro irridere, illudere. Liv. 9, 6. Circumstant armati hostes, exprobrantes, eludentesque. Id. 28, 44, sub fin. Eludere gloriam alterius, et suam verbis extollere. [\*V. Drak. ad h. l. et, quem ille laudat, Passer. ad Prop. 4, 1, 139.] Id. 1, 36. artem auguris. Ter. Eun. 1, 1, 10. Eludet, ubi te victum senserit. [\*V. Drak. ad Liv. 2, 45, 6.] P Partic. Elusurus ap. Tac. A. 14, 41. Mox praevicando ultionem elusurus. Eludendus ap. Suet. Caes. 59. Ad eludendas vaticinationes. P [\*Confunduntur Eludere et claudere. V. Drak. ad Liv. 6, 41, 7.]

ELUGEO, es, uxi, n. 2. ἐκκαθαίρω, lugere desino, vel luctum depono, expleto tempore justiluctus. Liv. 34, 7. Quid aliud, cum eluxerunt, sumunt? Cic. Fam. 9, 20. extr. Patriam eluxi jam et gravius, et diutius, quam mater unicum filium. [\*Potius ad seq. §. pertinere videtur.] Gell. 7, 5. Eum luctum cum satis visus est eluxisse, rediit ad quaestum artis. P Item lugere aliquem toto tempore legibus, vel consuetudine definito. Paul. Dig. 3, 2, 10. Quae virum eluget, intra id tempus sponsam fuisse non nocet. Ulp. ib. 11. Praetor ad id tempus se retulit, quo vir elugeretur: qui solet elugeri propter turbationem sanguinis. Fragm. Jur. Civ. Antejustin. (ed. A. Maio) p. 88. Minores decem annorum liberi tot mensibus elugeantur, quot annorum decesserint. [\*Confunduntur Elugere et Educere ap. Liv. 34, 7, 10.]

ELVINA CERES apud Juven. 3, 320. aliis est ita appellata ab Elvino, seu loco, seu fonte juxta Aquinum, ubi templum Ceres habuerit. Aliis ita dicta videtur, quasi Elvina ab eluendo, quod lavari mos erat, et purgari iis, qui sacra Cereris peragebant. Alii helvinam scribunt, hoc est flavam, ab helvo colore: et flava Ceres a Virg. et Ov. dicitur. Vetus Schol. putat, appellationem ductam esse a Gallis Helviis in Gallia Narbonensi, quod apud Aquinum colerentur earum Dearum nomina, quae Galli colebant. Alii denique legi volunt, Me quoque Eleusinam Cererem, quae esset durior loquendi ratio.

ELUMBIS, e, adj. qui evulsum habet lumbum, vel qui prae lumbi debilitate sese erigere non potest. Festus: Elumbem, evulso lumbi. P Translate mollis, solutus, enervis in dicendo, apud Auct. dial. de or. 18. sub fin. Ciceronem male audivisse a Bruto, ut ipsius verbis utar, tanquam fractum

atque elumbem. *Prud. ap. Greg. 2, 216.* Elumbe virus contrahere, *h. e.* quod imbecilles facit.

[ELUMINATIO, onis, f. illuminatio. *Gloss. Philox.* Eluminatio, φωτισμός. F.]

[ELUMINATUS, a, um, part. ab inusit. elumino, lumine oculorum, et visu privatus. *Sidon. ep. 8, 11.* ad f. Quis ita gemino obtutu eluminatus, qui, examinati cadavere inspecto, non statim signa vitae colligeret extortae? F.]

ELUO, is ui utum, a, 3. ἐκλύω, lavo, lavando aufero, purgo, abstergeo. Quid differat eluo a colluo, a lavo, a pelluo, ab abluo V. in LAVO. *Pl. Aut. 2, 3, 3.* Vascula intus pure propra, atque elue. *Cels. 7, 22. sub f.* Eluendum id est ex aqua, quae salem adjectum habeat. *Colum. 12, 50. sub f.* Debent aqua bis, aut ter elui. [\*Col. 7, 21.] *Plin. 15, 24, 27.* Tingunt manus succo mora matura, eluunt acerba. et 20, 8, 28. Eluere maculas vestium. et 35, 6, 25. Atramentum aceto liquefactum aegre eluitur. *Cels. 3, 4. bis.* Eluere os, *h. e.* colluere. [\*Cels. 4, 24.] Asinino lacte potio ex toto se eluere, i. e. se lavare. [\*Sen. Ep. 59.] Diu in istis vitis jacuimus; elui difficile est; non enim inquinati sumus, sed infecti. [\*Cic. Verr. 2, 5, 46.] Errabas, cum te maculas furorum et flagitiorum tuorum, sociorum innocentium sanguine eluere arbitrabare. *Id. Phil. 12, 6.* Num elui praedicationis crudelitatis potest? [\*Cic. Coel. 21.] Tales amicitiae sunt remissione usus eluendae. *h. e.* sensim minuendae. [\*Sil. 11, 199.] hic denique solus Eluerit sanguis maculatas crimine mentes. *Gell. 7, 3. a med.* Quod Rhodiensibus objectum erat, mirifica responsionis figura elusit et eluit. *Or. Met. 11, 141.* Eluere crimen. *Hor. Od. 4, 12, 20.* Cadus amara Curarum eluere efficacax. *Senec. Hipp. 893.* Labem hanc pudoris eluet noster cruor. [\*V. Gron. ad Sen. Cons. ad Marc. 23.] Eluere se bonis est naufragorum, ut in ELAVO dictum est. *Pl. Rud. 2, 7, 20.* Eho, an te poenitet, in mari quod elavi, nisi hic in terra iterum eluam? *Id. Stich. 5, 2, 21.* Volo, eluamus hodie, *h. e.* quidquid peculii est, profundamus. *Colum. 8, 8. ad f.* Quamquam vel hos magis tolerabiles putem, qui oblectamenta deliciarum, possidendi, habendique causa, gravi aere et argento pensent, quam illos, qui Ponticum Phasim, et Scythica stagna Macotidis eluant, *h. e.* pretiosis avibus spoliunt, ut mensas onerent, et una comedant patrimonia mensa, ut ait *Juven. 1, 138.* P. Partic. *Eluens ap. Plin. 34, 16, 47.* Aqua immissa eluente calculos.

[ELUSANUS, a, um, et ELUSAS, atis, adj. ad Elusam pertinens, Aquitaniae in Gallia urbem, nunc Eauze, quam memorat *Claud. Rufin. 1, 137.* Invasit muros Elusae. *Elusani, orum et Elusates, atium* sunt incolae illius urbis. *Sidon. ep. 7, 6.* Lemovices, Gabalitanii, Elusani. *Caes. B. G. 3, 27.* Vocates, Tarusates, Elusates. Adde *Plin. 4, 19, 33. F.*

ELUSCATUS, a, um, part. ab elusco, ut Eluscatus servus, *Ulp. Dig. 13, 3, 3. et 10, 4, 17.*

ELUSCO, as, a. 1. τρυφώω τὴν ὄψιν, est luscum facere, idest alterius oculi lumine spoliare. *Ulp. Dig. 9, 2, 5.* Aquilia teneri eum, qui eluscavit discipulum in disciplina. Adde *Marcell. Dig. 20, 1, 27.*

[ELUSINENSIS, e, adj. ad Elusam pertinens, Aquitaniae in Gallia urbem, idem ac Elusanus. *Inscr. ap. Grut. 708, 7.* D. M. L. Taurini Aurelii civi Elusensi. Corrige *Elusensi* ex *Jac. Grasserii Dissert. de antiquit. Nemaus. p. 62. F.*

ELUSUS, a, um, part. ab eludo, deceptus. *Prop. 2, 17, 13.* a Dulichio juvene elusa Calypso. *Or. Met. 6, 103.* Europe elusa imagine tauri. et *ib. 12, 102.* Haud secus exarsit, quam circo taurus aperto, Cum sua terribili petit irritamina cornu Puniceas vestes, elusaque vulnera sentit, *h. e.* sentit ictus suos irritos cecidisse. *Virg. A. 12, 753.* vividus UMBER Haeret hians, jam jamque tenet, similisque tenenti Incepit malis, morsuque elusus inani est.

[ELUTACIUS, a, um, adj. qui est ex auro eluto. *Plin. 33, 4, 21.* Gummi inventum est in summo caespite, elutacium, si et auro ea tellus subest. Alii leg. *alutacium. F.*

ELUTIA, orum, n. plur. metalla auraria, quae aqua eluuntur: hac enim immissa sordes abluuntur, et verum aurum comparit. *Plin. 34, 16, 47.* Invenitur et plumbum candidum in aurariis metallis, quae elutia vocant: aqua immissa eluente calculos nigros. Alii minus recte legunt *aluta, vel alutia.*

ELUTIO, onis, f. eluendi actus. *Coel. Aurel. Turd. 1, 1.* Panis calida elutione purgatus.

ELUTRIO, as, a. 1. μεταλλω, est diffundere, hoc est de vase in vas fundere: ab eluo. *Plin. 14, 17, 21.* Suffervectis decies, mox elutriatis. P. *Elutriaria linteae* est purgare, quod fit de vase in vas mundioris aquae transferendo. *Laberii* est: referturque a *Gell. 16, 7.* inter illa, quae sunt ab eo

praelicenter facta. Hinc Elutriatum vellus, apud *Plin. 9, 38, 62.*

ELUTUS, a, um, part. ab eluo, purgatus, lotus, ἐκλυθείς. *Colum. 6, 3.* Eluta et siccata vinacea. *Plin. 22, 25, 61.* Alica eluta ex aqua mulsa. *Capitol. Pertin. 8.* Vasa eluto auro, *h. e.* probe excoto, et purgato. P. Translate est imbecillis, et tenuium virium. *Plin. 34, 13, 33.* Hoc solum distat, quod hujus vis elutior est. *Hor. Sat. 2, 4, 15.* Caule suburbano, qui siccis crevit in agris Dulcior: irriguo nihil est elutius horto, *h. e.* infirmius ad alendum: quia hortensia, cum frequenti irrigatione colantur, ut citius proveniant, saporem habent velut aqua elutum et insipidum: atque adeo imbecillioris alimenti. [\*Sed aliter statuit *Hor.* atque vulgi erat opinio. V. *Heind.*] P. Purgatus. *Ammian. 16, 12. ante med.* Elutis pristinis maculis, Romanae majestati reddere proprium decus.

ELUVIES, ei, f. defluxus sordium, ut fit in cloacis: ab eluo, is. *Plin. 2, 82, 84.* Quod in certis notatur oppidis, quae minus quantiuntur (*terrae motibus*) crebris ad eluviem cuniculis cavata. *Pall. 1, 40. a med.* Ita constituantur balneae, ut omnis earum per hortos decurrat eluvies. *Lucil. ap. Non. 2, 374.* Ut si eluviem facere per ventrem velis. Al. leg. *eleciem*, ducuntque a praeterito *elevi* verbi *Elino. Aurel. Vict. Epit. 9. in f.* Ventris eluvie fessus. Est qui legit *iluvie.* *Juven. 3, 32.* Siccare eluviem, *h. e.* purgare cloacam. P. Item inundatio, excursus, effusio aquae. *Tac. A. 13, 57.* Eluvie maris arescente unda. [\*V. *Drak. ad Liv. 1, 4, 5.*] P. Item aqua torrens, et decurrendo terram, saxa, stirpes secum rapiens. *Or. Met. 15, 266.* Quodque fuit campus, vallem decursus aquarum fecit, et eluvie mons est deductus in aequor. P. Item locus ipse concursu aquarum cavatus, qua eluvies decurrit. *Curt. 5, 4. ad f.* Circui brevi spatio poterat eluvies Et 6, 4. ad f. Torrentesque, et eluvies iter morabantur. Et 8, 11. Voragine eluviesque praeruptae. P. Translate. *Cic. Dom. 20. extr.* An, si in ipsa latrone tua lapides jacti, si manus collata non est, idcirco tu ad illam labem, atque eluviem civitatis, sine summa vi pervenire potuisti?

ELUVIO, onis, f. inundatio, vis aquarum omnia rapiuntium. *Cic. Somn. Scip. 7.* Propter eluviones, exustionesque terrarum. Adde *Off. 2, 5.*

ELUXATUS, a, um, part. ab inusit. eluxo, idem ac luxatus, loco motus. *Plin. 20, 9, 33.* Sic enim fistulas eluxatas et tumores revocari. Sed *Harduin.* legi jubet: *Sic enim fistulas, et luxatas et humores evocari:* multo rectius. Quid enim sunt, inquit, *fistulae eluxatae?*

ELUXURIOR, aris, dep. 1. idem ac luxurior, vel valde luxurior. Translate. *Colum. Arbor. 3.* Pampinis magis eluxuriabuntur.

ELYMAEI, orum, m. plur. Ἐλυμαῖοι populi Asiae, quorum regio Elymais, juncta Susianae, et Persidi; nomen habent ab Ἐλύμα, Aelam filio Semi, cujus posterii eam regionem incolerunt. *Plin. 6, 27, 31. et 12, 17, 38. et Tac. A. 6, 44.*

ELYSIUM, ii, n. Ἐλύσιον, in fabulis poetarum est locus in medio Inferorum, omni felicitate plenus, amoenis viretis consitus, largaque luce perfusus, nempe sole suo, suisque sideribus illustratus, ubi piorum animae habitant post mortem: quorum Pars in gramineis exercent membra palaestris, Contendunt ludo, et fulva luctantur arena: Pars pedibus plaudunt choreas, et carmina dicunt, ut est apud *Virg. A. 6, 638.* Juxta philosophorum gentilium placita est nomen Insularum Fortunatarum, quae μαζαίων νήσοι beatorum insulae dictae sunt: secundum theologos gentiles est locus circa lunarem circumlopiis piis destinatus, ubi aer purior est, et lux clarior. *Serv. ad illud Virg. A. 5, 733.* non me impia Tartara habent, tristes umbrae: sed amoena piorum Concilia, Elysiumque colo. *Val. Fl. 1, 649.* Elysium quietum. *Mart. 7, 14.* Cujus in Elysio nigra columba volat.

ELYSIUS, a, um, adj. ad Elysium pertinens. *Virg. G. 1, 38.* Elysi campi. *Prop. 4, 7, 60.* Elysiarum rosae. *Or. Met. 14, 111.* Elysiarum domus. *Id. Amor. 3, 9, 60.* Elysiarum vallis. Et 2, 6, 49. Elysius collis. *Mart. 6, 58.* Elysiarum plagae. Et 10, 101. Elysius ager. *Lucan. 3, 12.* Elysiarum sedes. *Stat. Theb. 4, 520.* Elysius Chaos. *Mart. 7, 40.* Elysius nemus. Et 10, 24. Elysiarum puella, *h. e.* Proserpina. P. *Elysi, orum* (subaudi campi) idem quod *Elysium.* *Mart. 9, 52.* Tu colis Elysius, nemorisque habitator amoeni etc. *Lucan. 6, 698.* et quos nulla meretur Thessalis, Elysius. P. Elysi populi Germaniae, quos memorat *Tac. Germ. 43.*, creduntur fuisse ad Vistulam, ubi nunc Krakau.

## E M

EM, pro eum, ab eo quod est is. *Festus:* Sic enim eundem. *Id.* Hinc in *Leg. XII. Tab.* apud *Gell. 20, 1. ad f.* Quis endo em jure vindicit. Et *mox.* Qui em vinctum habebit. P. Est etiam loco

interjectionis *hem*, vel adverbii *en.* *Ter. Heaut. 4, 8, 26.* Em, istuc volueram. *Varr. R. R. 1, 2.* Em, ibi tu quidquam nasci putas posse? *Id. ib. 56.* Ille, em quin adsum: venio, inquit, ad limen, fores aperiri.

EMACEO, es, ui, n. 2. emacresco. *Cels. 2, 2.* Pejus signum est, ubi aliquis contra consuetudinem emacuit. Al. leg. *emacruit.* *Id. ib. 8. sub f.* Mulieri gravidae si subito mammae emacuerunt. Al. *emacuerunt:* alit *emacruerunt.*

EMACERATUS, a, um, part. ab inusit. *emacero*, valde maceratus, subactus, attenuatus, consumptus. *Senec. Cons. ad Marc. 10. ad f.* Alios morborum variis generibus emaceratos, diu inter vitam mortemque medios detinebit.

EMACIATUS, a, um, part. ab *emacio*, συντετηχώς. *Colum. 2, 10.* Emaciatiae vineae. Et 11. Emaciatum armentum.

EMACIO, as, a. 1. ἐκρήνω, macrum, sive aridum reddo. *Colum. 2, 14.* Aliis juvari, et stercoreari agros, aliis rursus peruri, et emaciari. *Id. 7, 9. a med.* Ne immaturis herbis citetur alvus, eoque vitio pecus emacietur. *Id. 3, 24. circa med.* Medio in brachio commodissime palmae subjiciuntur, quae nec spem vindemiae destituant, nec emacient stirpem suam.

EMACITAS, atis, f. ὀνητικόν, cupiditas emendi. *Colum. 4, 3.* Quosdam emacitas in armentis, quosdam exercet in comparandis mancipiis cura. Adde *Plin. ep. 3, 7.*

EMACRESCO, is, n. 3. valde macresco, ἰσχυροποιῶ. *Cels. 2, 4.* Mali morbi signum est, nimis celeriter emacrescere. Adde *ib. 5. V. EMACEO.*

EMACROR, aris, pass. 1. ἐκρήνωμαι, macer fio. *Plin. 18, 10, 25.* Terram emacrari existimantes hoc sat. Lectio haec tamen est dubia *Harduin.*

EMACULATUS, a, um, part. ab *emaculo*, purgatus. *Gell. 6, 5. sub f.* Argentum, omnibus ex eo vitis detractis, emaculatum et candefactum. *Maer. Sat. 7, 13. a med.* Pallium emaculatum. *Ammian. 29, 1.* Domus emaculata odoribus Arabibus.

EMACULO, as, a. 1. ὀμόζηνμι, maculas aufero. *Plin. 21, 19, 75.* Nigras vitiliginis emaculant. *Appul. Apol. p. 278, 4.* Exotico pulvere dentes emaculare.

EMADEO, es, ui, n. 2. idem quod mado vel valde mado. *Or. Trist. 5, 4, 40.* Et te flente suos emaduisse sinus. Al. leg. *demaduisse, al. imaduisse.*

\*EMANATIO, onis, f. *Vulg. Sap. 7, 25. B. A.* [EMANATOR, oris, m. qui emanat, diffundit. *Cass. Institut. divin. litter. 20.* Ambrosius lactei sermonis emanator. F.]

EMANCIPIATIO, onis, f. liberatio a potestate patria, cum quis filiusfamilias a potestate patris exit, et fit sui juris: quod fiebat olim per trinas imaginarias venditiones, adhibito patre fiduciario, atque aere et libra, vel per imperiale rescriptum: postea recta via per competentes iudices, vel magistratus, ut *Imp. Justin. Institut. 1, 12. et Cajus Institut. (ed. Goeschenio) 1. §. 119. et seqq. docent. Quint. 11, 1. a med.* Inter patres etiam filiosque, cum intervenisset emancipatio, litigatum scio. *Gell. 1, 12.* Vestalis simul est capta, eo statim tempore, sine emancipatione, e patris potestate exit. P. Item cujusvis rei alienatio cum translatione domini in alterum. *Plin. ep. 10, 3.* Nam et fundos emancipavit, et cetera quae in emancipatione implenda solent exigi, consummavit. P. *Emancipatio familiae ap. Gell. 15, 27.* erat inter tria, quae ibi enumerat, testamentorum genera, cum imaginaria venditione paterfamilias hereditatem familiamque suam, omniaque bona, ac jura sua in alterum transferebat: quod dicitur testamentum per aes et libram. V. TESTAMENTUM.

EMANCIPIATOR, oris, m. qui emancipat. *Gloss. Philox. Emancipator, ἐμωχρησιωτής. Prud. Cathem. 7, 184.* Emancipator servientis plasmatis.

EMANCIPIATUS, a, um, part. ab *emancipo*, qui e patris potestate exit. *Gell. 1, 12.* Quae ipsa, aut cujus pater emancipatus sit. P. Item alterius dominio subjectus, ut cum filius in patris adoptivi potestatem veniebat. *Festus:* Emancipati duobus modis intelliguntur: aut ii, qui ex patris jure exierunt, aut ii, qui aliorum fiunt domini: quorum utrumque fit emancipatione. P. Hinc translate est addictus, subjectus, et veluti in mancipium et servitute deditus et obligatus. *Cic. Phil. 2, 21.* Iste venditum, atque emancipatum tribunatum consilii vestris opposuit. *Hor. Epod. 9, 12.* Romanus (cheu posterii negabit) Emancipatus feminae Fert vallum, et arma miles, et spadonibus Servire rugosis potest. *Cic. Sen. 11.* Ita senectus honesta est, si se ipsa defendit, si jus suum retinet, si nemini emancipata est. Al. leg. *mancipata.* [\*V. *Gron. ad Sen. Ep. 45.* qui multis locis allatis recte tuetur *emancipatus.*] *Appul. Met. 10. p. 240, 16.* Nequissimus servulus, ad omne facinus emancipatus.

EMANCIPIO, as, avi, atum, a. 1. ἐμωχρησιω, filium, quem in potestate habeo, sui juris efficio, et a me dimitto: quasi extra mancipium, hoc est

dominium meum esse jubeo. [\*Scilicet, ut Paul. ait Dig. 4, 5, 3., manumitti nemo potest, nisi in imaginariam servilem causam deductus.] Cic. Dom. 14. Adoptatum emancipari statim, ne sit ejus filius, qui adoptarit. Plin. ep. 4, 2. Regulus filius, qui adoptarit. Plin. ep. 4, 2. Regulus filius emancipavit, ut heres matris existeret. P. Emancipare alicui est filium a se emancipatum alterius adoptivi patris potestati subicere. Cic. Fin. 1, 7. L. Torquatus illam severitatem in eo filio adhibuit, quem in adoptionem D. Silano emancipaverat, ut etc. P. Emancipare agrum est alienare, in alterius dominium transferre; e mancipio, idest possessione sua emittere, et alteri possidendum tradere, sive venditione, sive donatione id fiat. Suet. Oth. 4. Cuidam de parte finium cum vicino litiganti, adhibuit arbiter totum agrum redemit, emancipavitque. Tac. hanc eandem rem narrans H. 1, 24. Universum vicini agrum sua pecunia emptum dono dedit. [\*Adde Val. Max. 8, 6. Plin. Ep. 10, 3.] Quint. Decl. 298. Emancipare hereditatem. Inscr. ap. Reines. cl. 7. n. 21. T. Claudio Primigenio columbaria N. III. emancipavit T. Flavius Corinthus, h. e. vendidit cum evictionis praestatione. [\*Columbarium h. l. intellige de loco sepulcri, non de columbarum statione; quod aliis fraudi fuit. Sepulcra mancipatione tradi solebant. V. Heinecc. ap. Brisson. de Form. s. v. Emancipare.] P. Translate emancipare se alicui, et veteri loquendi more emancipare, est se alteri totum tradere, addicere, et veluti in mancipium transferre. Pl. Bacch. 1, 1, 60. Nunc ego, mulier, tibi me totum emancipo, tuus sum, tibi dedo operam. Symmach. ep. 1, 13. (al. 18.) Totum me, inquit, emancipavit sibi cura Praetorii. Utroque loco al. leg. mancipio. V. EMANCIPATUS.

EMANCO, as, a. l. manus praecido, mancum facio. Labien. ap. Senec. Contr. 5, 33. sub f. Gaudet me non omnes emancasse. [\*Idem verbum Gron. restituere volebat loco Sen. Contr. 7.]

EMANEO, es, ansi, n. 2. extra maneo. Stat. Th. 7, 650. quibus (lucis) vetitus emansisse sacerdos. P. Est etiam verbum militare. Dicuntur emanere milites, qui diutius sine legitimo imperatoris commeatu absunt a castris. Modest. Dig. 49, 16, 3. Is, qui in exploratione emanet, hostibus insistentibus, capite puniendus est. [\*V. Gron. ad Sen. Ep. 54.] V. EMANSIO.

\*EMANICI, orum, populi Hispaniae Baeticae. Plin. 3, 1. B. A.

EMANO, as, avi, atum, n. l. ἐμῶ, extra mano, effluo, exeo. Colum. 6, 32. Intertrigo sale cum adipe defricatur, dum saniei vis emanat. Lucr. 3, 584. ex imo, penitusque coorta Emanat diffusa animae vis. Cic. vertens Homeri versus Div. 2, 30. Sub platano umbrifera, fons unde emanat aequi. Gell. 19, 5. Quaedam quasi aura tenuissima exprimitur ex aqua, et emanat. Appul. Met. 10, p. 243, 12. Per membra sudor emanat. P. Cum accus. Plin. 23, 3, 34. Succus olearum uti saniem emanantibus. Hard. ex MSS. legit sanie manantibus. Idem dic de alio Plinii loco 37, 10, 61. Cass. Var. 8, 33. In modum naturalis antri absidis fabricata concavitas perspicuus liquor emanat. P. Translate est oriri, nasci, proficisci. [\*Inv. 2, 2. Alii alio ex fonte praeceptorum dicendi emanaverunt. Coel. 8. Quaecumque ex quo iste fonte senator emanet.] Cic. Or. 3, 18. ad f. Hinc haec recentior Academia emanavit. Et ib. 1, 42. Partes sunt, quae generibus iis, ex quibus emanant, subjiciuntur. Id. Att. 7, 21. Mala nostra istinc emanant. P. Saepe est vulgari, disseminari, in omnium notitiam venire, Coel. ad Cic. Fam. 8, 6. Invidiosum tibi sit, si emanarit. Q. Cic. Pet. cons. 5. Omnis fere sermo ad forensem famam a domesticis emanat auctoribus. Cic. Rosc. Am. 1. Oratio mea exire, atque in vulgus emanare poterit. Liv. 42, 16. Ne indicium emanaret. Id. 3, 24. Multis emanabat indicium, fratrem Volscii nunquam visum in publico. Cic. Verr. 2, 1, 1. Fama emanavit. Id. Brut. 65. Vereris, ne per nos hic sermo tuus emanet. [\*V. Drak. ad Liv. 3, 24, 4.] P. Item diffundi. Flor. 4, 9. Emanabat latus malum. P. Part. Emanaturus ap. Val. Max. 1, 6. extern. 3. Singularem eloquii suavitatem ore ejus emanaturam dixerunt. P. [\*Confunduntur Emanare, et emanere et eminere. V. Drak. ad Liv. 3, 24, 4.]

EMANSIO, onis, f. actus militis emanentis extra castra. Arrius Menand. Dig. 49, 16, 4. Examinantur autem causae semper emansionis, et cur, et ubi fuerit, et quid egerit. V. EMANEO et vocem sequent.

EMANSOR, oris, m. miles, qui ultra tempus commeatu ab imperatore impetrati abest a castris. Modest. Dig. 49, 16, 3. Emansor est, qui diu vagatus ad castra regreditur. Arrius Menand. ib. 5. Si emansor, aut negligens suorum etc. Alii leg. remansor, quam vocem vide suo loco. [\*Adde Claud. Saturn. Dig. 48, 19, 16, 5. Drak. ad Liv. 30, 43, 4.] V. INFREQUENS.

EMARCEO, es, ui, n. 2. et

EMARCESCO, is, n. 3. idem quod marceo,

languidus fio. Translate. Plin. 15, 29, 36. Languida auctoritas patrum facta est, ac paulatim in sterilitatem emarcuit majestas. Hieron. in Isajam 5, 17, 4. Tunc omne praesidium, et pinguissimae carnes, et refugium emarcescet Jacob. V. etiam EMACEO.

EMARCUS, i, m. genus vitis, ita appellatum a Gallis, qui vinaceorum pedem expressum etiamnum mare vocant. Colum. 3, 2. a med. Tres Helvinae; earum altera, quam Galliarum incolae emarcum vocant, mediocris vini. Plin. 14, 2, 4. n. 5. Duo Helvenacae genera: major, quam quidam longam; minor, quam emarcum appellant.

EMARGINO, as, a. l. crustas, et margines ulcerum admo. Plin. 28, 9, 41. Sanguis equarum, praeterquam virginum, erodit, emarginat ulcera.

EMASCULATOR, oris, m. qui emasculat, corruptor, draucus. Appul. Apol. p. 321, 40. Emasculatoribus suis ad omnia infanda morigerus.

EMASCULO, as, a. l. ἐμῶζω, castro, virilitatem aufero. Appul. Met. 7, p. 198, 14. Dissitis femoribus emasculare asinum. V. DISSITUS. P. Translate est virum ineptum reddere generationi. Serv. ad Virg. A. 6, 661. Sacerdotes herbis etiam quibusdam emasculabantur, unde jam coire non poterant.

EMATHIA, ae, f. Ἐμαθία, provincia Macedoniae, ad Or. quae etiam propria Macedonia dicitur, ab Emathione rege fratre Memnonis, qui fuit filius Aurorae, et Tithoni. Habet a Sept. Pelagioniam, et Mygdoniam, ab Aust. Thessaliam, ab Or. Pieriam, et sinum Thermaicum, ab Occ. mare Adriaticum. Sed aliqui Pieriam ei ad Aust. statuunt. Plin. 4, 10, 17. et Capell. 6, p. 211. P. A poesis pro tota Macedonia, item pro Thessalia, et Pharsalia usurpatur. Virg. G. 1, 492. et ibi Serv. P. [\*Latius etiam Emathiae nomen sumitur de Thracia. V. Ruhnk. ad Jul. Rufin. de fig. sent. et eloc. p. 216.]

EMATHIS, idis, adj. f. Ἐμαθίς, Emathia. Lucan. 6, 350. Emathis aequorei regnum Pharsalio Achillis. Et 580. Emathis tellus. P. Emathides sunt Pierides, filiae Pieri regis. Ov. Met. 5, 669. Rident Emathides.

EMATHIUS, a, um, adj. Ἐμαθίος, ad Emathiam pertinens. Cornel. Sever. ap. Senec. Suas. 7. Emathius Perses. Ov. Met. 5, 313. et Lucan. initio operis. Emathii campi. Sed Or. Macedonicos, Lucan. Pharsalicos intelligit. Stat. Silv. 3, 2, 117. Emathii manes, h. e. Alexandri. Sic Ov. Trist. 3, 5, 39. Emathius dux, h. e. Alexander M. In illis Lucani 8, 531. Emathia acies. Et 9, 950. clades. Et 33. ruina. Et 245. Emathium ferrum etc., respicitur ad Pharsalicam pugnam, qua Pompejus a Caesare victus fuit. Apud eund. 10, 58. Emathia tecta sunt Alexandriae, ejus conditor Emathius seu Macedonius fuit. P. Emathius vertex est Pelion mons Thessaliae. Virg. Cir. 34. Emathio celsum duplicabat vertice Olympum, h. e. Pelion Olympo imponebat, ut apud eund. G. 1, 281. impositum fuit Ossae. P. [\*Ponitur etiam pro Thracius, latiore significatione. Lucil. ap. Jul. Rufin. de fig. sent. et eloc. p. 216. Ventum prius Emathium tu, Ventum, inquam, tollas, ubi v. Ruhnk. — P. Confunduntur Emathius, et Haemathius. V. Ruhnk. l. c.]

EMATURESCO, is, urui, n. 3. idem ac matureo, vel perfecte matureo. Gell. 2, 29. Et videsne, inquit, haec ematuruisse? Plin. 25, 4, 17. Si semen non ematuruit. P. Translate est miterere. Ov. Trist. 2, 124. si modo laesi Ematurerit Caesaris ira.

EMATURO, as, a. l. maturum facio. Eumen. Gratiar. act. ad Constant. 10. Ver fruges elicit, calor ematurat.

EMAX, acis, adj. m. et f. ὠνητικός, cupidus emendi. Cato R. R. 2. ad f. Patremfamilias vendacem, non emacem esse oportet. Cic. Parad. 6, 3. Non emacem esse, vectigal est. Ov. A. Am. 1, 421. Institor ad dominam venit discinctus emacem. P. Translate. Pers. 2, 3. non tu prece pocis emaci, Quae nisi ductus valeas committere Divis, h. e. quae emere potius a Diis videatur, quam petere bona, pollicendo iis donaria et victimas, si divitias et opes dederint.

EMBAENETICA. V. EMPENETICA.

EMBAMMA, atis, n. ἐμῶμα, intinctus, condimentum, quod ad condienda obsonia fit, et orexim excitandam: ab ἐμῶπω, immergo, intingo. Colum. 12, 55. Hoc sinapi ad embammata non solum idoneo, sed etiam specioso uteris. Plin. 20, 14, 53. Mentae sapor excitat aviditatem in cibis: ideo embammatum mixturae familiaris. Id. 22, 22, 44. Sonchos albus utilis orthopnoicis lactuaria modo, ex embammate. P. Embammatis faciendi rationem docet Colum. 12, 34. ut in BAMBATAE dictum est. Agitur autem ibi de aceto, musti certa mensura mixto, quoniam acetum in embammate praecipuum locum obtinet. Hinc Ulp. Dig. 18, 1, 9. Si vinum non acuit, sed ab initio acetum fuit, ut embamma. [\*Adde Ulp. Dig. 33, 6, 9, 1. Si acetum quis legaverit, — embamma legato continebitur; quia aceti numero fuit.]

EMBASICOETAS, ae, m. ἐμβασικότης, cinaedus

ita appellatus, quia virorum cubilia libidinis explendae causa inscendit: ab ἐμβασίς, inscensus, et κόπη, cubile. V. CINAEDUS. Petr. Sat. 24. Ad ultimam perductus tristitiam, Quaesio, inquam, domina, certe embasicoetam jusseras dari. Composuit illa teneris manus, et, O, inquit, hominem acutum, atque urbanitatis vernulae fontem! Quid? tu non intellexeras cinaedum embasicoetam vocari? Adde ib. 26. P. Translate vero embasicoetas est etiam genus poculi capacioris, et in obscenam figuram formati, quod vini plenum exhauriebant veteres in conviviis ad promiscuae libidinis incitamentum: etenim temulenti plerumque solebant ἐμβάσειν τὰς κόπας. Huc pertinent loci Juven. 2, 95. vitreo bibit ille Priapo; et Plin. prooem. l. 33. In poculis libidines caelare juvit, ac per obscenitates bibimus. Athenaeus vero l. 11. c. 5. Τὸ καλοῦμενον ποτήριον ἐμβασικότην οὕτω φησὶ καλεῖσθαι Φιλήμων ὁ Ἀθηναῖος. Hanc etiam vocis significationem respexisse videtur Petr. l. c.

EMBATER, eris, m. ἐμβάτης, ballistae foramen ita dictum, quia in illud aliquid ἐμβάσει. Vitr. 1, 2, ubi alii aliter leg.

EMBATES, is, m. ἐμβάτης, modulus. Vitr. 4, 3. Graece: at Latine Id. 1, 2. sed dubia lectione. Est ab ἐμβάσει, ingredior.

EMBLEMA, atis, n. ἐμβλημα, id quod alteri operi inseritur, atque illigatur, et opus ipsum, quod ex rebus insertis constat: ab ἐμβάλλω, conjicio, insero. Emblemata quaedam vermiculata dicuntur, ut quae in parietibus fiunt, quae minutis quibusdam veluti vermiculis distincta sunt: quaedam tessellata, ut quae in pavementis, quae ex tessellis structa sunt: quaedam segmentata, ut quae in lignis, quae constant ex segmentis. Sed saepe confunduntur. Lucil. ap. Cic. Or. 44. et Or. 3, 43. Quam lepide lexes compostae, ut tesserulae omnes Arte pavimento, atque emblemate vermiculato. Cic. Brut. 79. Nullum nisi loco positum, et tanquam in vermiculato emblemate, ut ait Lucilius, structum verbum videres. [\*Varro R. R. 3, 2, 4. Num quod emblemata aut lithostrotum.] P. Emblemata etiam ornamenta sunt in vasis argenteis, aureis, Corinthiis, quae et inseri, et eximi poterant: de quibus V. CRUSTA. [\*V. Salm. ad Solin. p. 736.] Cic. Verr. 2, 4, 23. extr. Vasa autem ad Verrem deferuntur, Cibyrate fratres vocantur, pauca improbant; quae probarent, iis crustae, aut emblemata detrahebantur. Id. ib. 22. Duo pocula cum emblematis. Et 17. Scaphia cum emblematis. Et 24. Tantam multitudinem collegerat emblematum. Et ib. Scite in aureis poculis emblemata illigare, et apte in scyphis aureis includere. [\*Ulp. Dig. 34, 2, 19, 5. Quaeritur, si cui argentum legitur, an emblemata aurea, quae in eo sunt, eum sequantur. Paul. Dig. 34, 2, 32, 1. Aurea emblemata, quae in absidibus argenteis essent, et replumbari possent. Ex quo loco discimus, plumbatura, non ferruminatione juncta fuisse. — Ceterum in hunc sensum Latini adhibent sigillum; sed post Ciceronis aetatem vox emblemata magis frequentata est, animadvertente Ernest. ad Suet. Tib. 71. Cf. Salm. ad Solin. p. 736. Apponam ipsa Suet. verba: In quodam decreto patrum, quum ἐμβλημα recitaretur, commutandam censuit vocem et pro peregrina nostratam requirendam, aut, si non reperiretur, vel pluribus et per ambitum verborum rem enuntiandam. Poterat, ut videmus, sigillum dici. Aliter circumscriptis Ulp. Dig. 34, 2, 19, 13. accessio, quae rei ornandae causa adhibetur.] P. Metaphorice ponitur ornamentum orationis. Quint. 2, 4. a med. Ut temporales eorum dictiones his velut emblematis exornantur. P. Quidam teste Celso ap. Prisc. 6, p. 680. dixerunt emblematum, i: unde est datus et ablativus pluralis emblematis in allatis exemplis. Sed verius est, hujusmodi nomina in dativo plurali esse heteroclitia. Sic peripetasmatis, poematis, toxeumatis, malagmatis, epigrammatis etc. V. POEMA.

EMBOLĀ, ae, f. ἐμβολή, illatio mercium in naves: ab ἐμβάλλω, injicio, navibus infero. Impp. Theod. et Valent. Cod. 1, 2, 10. Jubemus nullam navem, ante felicem embolam, vel publicarum specierum transvectionem, excusari posse, h. e. antequam navibus imponantur, et transvehantur publicae species, et annonae, quae quotannis ex Aegypto Romam onerariis navibus portabantur. [\*Novell. 163, 2. Embola ita definitur: annua specierum transmissio, ut in condito et ad militares sumtus habeantur.]

EMBOLIARIA, ae, f. mulier scenica, quae mediae fabulae interseri, atque introduci solebat, ut cantu et gesticulationibus spectatores novo artificii genere oblectaret, embolia agitando, quae Itali dicunt intermezzi. Plin. 7, 48, 49. Galeria Copiola emboliaria reducta est in scenam annum centesimum quartum agens. Inscr. ap. Murat. 660, 4. Phoebe Vocontia emboliaria artes omnium erodita vixit annis XII. Sic alia apud Grut. 655, 1. Eucharis Liciniae L. docta erodita omnes artes virgo vixit an. XIII. V. EMBOLIUM. P. Frustra itaque sunt, qui apud Plin. l. c. putant Emboliaria

esse alterum feminae illius cognomen; vel quibus emboliarum est eadem ac meretrix, quae in porticu, sive in τῷ ἐμβόλιῳ degeret, sicut aliae erant, quae in fornicibus prostabant; vel tandem qui empolaria in fornicibus prostabant, lucrum, quasi vero significetur legunt, ab ἐμπολίῳ, quae corpore quaestum faceret. mulier scenica, quae corpore quaestum faceret.

**EMBOLICUS**, V. ANABOLICUS.  
**EMBOLIMAEUS**, a, um, adj. ἐμβολιμαῖος, intercalaris, insertus, interpositus. Embolimaeus dies est, qui anno bissexto, Februario exeunte intertarsi solet: qua de re *Macr. Sat. 1, 13. et Solin. 1. ante med. fuse disserunt. Auson. Eclog. de rat. dier. ann. vertent. 12. quinto qui protinus anno, Mense Numa extremo, nomen capit embolimaeci. [\*V. Scalig. de Emend. Temp. 1.]*

**EMBOLIMUS**, a, um, adj. idem quod embolimaecus, ἐμβολιμος. *Solin. 1. ante med. [\*Macr. Sat. 1, 13.]*

**EMBOLIUM**, ii, n. ἐμβόλιον, pars fabulae, cum aliquid eidem interponitur: ab ἐμβάλλω, intersero. [\*V. Salm. ad *Vopisc. 42. Tom. II. p. 530.*] Translate est quidquid alicui operi interseritur. *Cic. Q. Fr. 3, 1. sub f. Mirificum ἐμβόλιον cogito in secundum meorum librorum includere. Id. Sect. 54. de Clodio. Ille ipse maxime ludius, non solum spectator, sed actor et acroama, qui omnia sororis embolia novit. Hic Cic. respicit embolia fabularum; ludit autem tecte et ambigue, nam, quia ἐμβόλιον est quidquid extrinsecus inseritur et immittitur, traductum est hoc verbum ad significandum pudendum virile, uti docet *Hesych. ex Aristoph. loco in V. Ἐμβόλιον. Itaque omnia sororis embolia novit est acute dictum pro amores seu amatores sororis, quos inter ipse erat Clodius.**

**EMBOLUM**, i, n. ἐμβόλον, ornamentum in summa prorae navis, quod Latine rostrum dicitur: ab ἐμβάλλω, injicio, quia prorae immittitur et infigitur. *Petr. Sat. 30. In postibus triclinae fascies erant cum securibus fixi, quorum imam partem quasi embolum navis aeneum finiebat.*

**EMBOLUS**, i, m. ἐμβόλος, paxillus, cuneus, aut aliud quippiam, quod in foramen aliquod immitti, inducique ac reduci potest: qualia sunt, quibus clysters injiciuntur a medicis. Tale quiddam est illud, de quo in descriptione machinae Ctesibicae ad extollendam aquam. *Vitr. 10, 12. Ita de supernis in modiolis emboli masculi, turno polito, et oleo subacti, conclusique regulis, et vectibus convolvuntur, qui ultro citroque frequenti motu prementes aerem, cogunt et extrudunt aquam in catinum.*

**EMBRACIUM**, V. EMPHRACIUM.  
**EMEATUS**, a, um, part. ab *emeo*, emensus. *Ammian. 29, 5. Emeato mari cum classe, quam ducebat, defertur ad Mauritaniae litus.*

**EMEATUS**, us, m. idem quod meatus. *Ammian. 17, 4, ubi alii legunt meatus.*

**EMEDITATUS**, a, um, part. ab *emedito*, valde meditatatus, passiva. *Appul. Met. 2, p. 126, 39. Emeditatus ad haec illa fletibus, quam sanctissime adjurans etc.*

**EMEDULLATUS**, a, um, part. ab *emedito*, cui medulla est extracta. *Plin. 22, 22, 43. Graveolentiam alarum emendat radice emedullatae uncea. P Translate. Sid. ep. 8, 6. Virtutes artium per aetatem mundi jam senescentis, lassatis veluti seminibus, emedullatae parum aliquid hoc tempore mirandum ac memorabile ostentant, [\*h. e. enervatae, vigore suo et vitali robore privatae. B. A.]*

**EMENDABILIS**, e, adj. qui emendari potest. *Liv. 44, 10. In errorem emendabilem lapsus. Senec. Clem. 7. Aliquem verbis tantum admonere, aetatem ejus emendabilem intuens.*

**EMENDATE**, adv. ἐπινοητικῶς. *Cic. opt. gen. or. 2. Pure et emendate loquentes, quod est Latine. Vitr. 10, 11. Emendate descriptus. Plin. 34, 8, 19, n. 3. Capillum non emendatius fecisse, quam rudis antiquitas instituisset.*

**EMENDATIO**, onis, f. ἐπινοητικῶς, correctio. *Cic. Fin. 4, 9. Haec est correctio philosophiae veteris et emendatio. Quint. 2, 4. Ingenia puero- rum nimia emendationis severitate deficere. Id. 1, 5. Soloecismus unius emendatione verbi corrigi potest. [\*Cic. Acad. fr. Emendatio temeritatis.] Plin. 8, 51, 78. Emendatio morum. Alter Plin. ep. 1, 8. Emendatio libri. P [\*Item castigatio. Claud. Saturn. Dig. 48, 19, 16, 2. Verbera, a magistro allata vel parente, emendationis, non injuriae gratia videntur adhiberi. V. Emendo.] P Est etiam inter exornationes rhetoricas, scilicet species quaedam praesumptionis, sive προλήψεως. Emendationem enim vocat Quint. 9, 2. ante med. si quis dicat: *Rogo ignoscatis mihi, si longius sum erectus.**

**EMENDATOR**, oris, m. ἐπινοητικῶς, corrector. *Cic. Balb. 8, et 2. Phil. 17. O praeclarum interpretem juris, auctorem antiquitatis, correctorem atque emendatorem nostrae civitatis! Id. Brut. 74. Emendator sermonis. Plin. Pan. 6. Corrector emendatorque disciplinae castrorum. Id. ep. 6, 5. Emendator senatus. Id. ep. 7, 17. a med. Timor est emendator acerrimus.*

**EMENDATORIUS**, a, um, adj. emendandi vim habens, purgatorius, ut emendatorius ignis, *Aug. in Psalm. 27. post in. [\*Adde ejusd. Epist. 109.]*

**EMENDATRIX**, icis, f. ἐπινοητικῶς, correctrix. *Cic. Leg. 1, 22. Vitiarum emendatricem legem esse oportet. Id. Tusc. 4, 32. Poetica, emendatrix vitae.*

**EMENDATUS**, a, um, part. ab *emendo*, mendis carens, politus, perfectus, ἐπινοητικῶς. *Cic. Brut. 74. Emendata locutio et Latina. Id. Amic. 17. Emendati mores. Petr. Sat. 126. Mulier omnibus simulacris emendatior. [V. Gron. ad Sen. Ir. 1, 5.] Plin. 34, 8, 19, n. 35. Callimachi sunt saltantes Lacaenae, emendatum opus. Plin. alter ep. 8, 22. Ego optimum et emendatissimum existimo, qui ceteris ita ignoscit, tanquam ipse quotidie peccet. Id. ep. 3, 3. Vir emendatus et gravis. Hor. Ep. 1, 16, 30. Sapiens et emendatus vir. Ulp. Dig. 4, 3, 11. Homo vitae emendatioris. Quint. ep. ad Tryphon. Ut libri in manus hominum quam emendatissimi veniant. Id. 1, 6. Verba barbara ab emendatis discernere. Id. ib. 4. Emendata lectio. Id. 11, 3. Emendata vox erit, idest vitio carebit, si fuerit os facile, explanatum, jucundum, urbanum. Plin. 36, 15, 24, n. 9. Aquae corrivatae, atque emendatae.*

**EMENDICATUS**, a, um, part. ab *emendico*, mendicando impetratus, precarius, ἠριστημένος. *Suet. Caes. 54. A sociis pecunias accepit, emendicatas in auxilium aeris alieni. Imppp. Valent. Gratian. et Theod. Cod. 9, 2, 14. Emendicatis uti suffragiis. [\*Saepius ita ponitur in Cod. Theod., ut dignitas emendicata, insignia consularium emendicata, gratia emendicata. V. Heinecc. ap. Briss. de Form.]*

**EMENDICO**, as, a, i. ἐπινοητικῶς, more mendicantium aliquid peto. *Suet. Aug. 91. Stipem quotannis die certo emendicabat a populo.*

**EMENDO**, as, avi, atum, a. i. ἐπινοητικῶς, a menda, h. e. culpa et vitio purgo, corrigo. *Cic. Att. 2, 16, ad f. Me rogat, ut annales suos emendem, et edam. Id. Brut. 75. Caesar rationem adhibens consuetudinem vitiosam et corruptam pura et incorrupta consuetudine emendat. Id. Mur. 29. Conformare, et leviter emendare aliquid. Id. Leg. 3, 13. Ut cupiditatis principum et vitii infici solet civitas; sic emendari et corrigi continentia. Nep. Them. 1. Vitia adolescentiae multis emendare virtutibus. Colum. 6, 2, a med. Fame et siti cubitorem bovem emendare. Hor. Ep. 2, 1, 3. Emendare legibus res Italas. Id. Sat. 2, 8, 84. fortunam arte. Ov. Fast. 4, 596. facta priora novis. Id. Medic. fac. 5. Cultus et in pomis succos emendat acerbos. Plin. 17, 5, 3. Terram terra emendari, super tenuem pingui injecta. Prop. 3, 20, 25. Emendare animum. P Saepe est vitia corporis tollere, curare, sanare. Plin. 32, 7, 24. Emendare albugines oculorum. Id. 20, 13, 50. dolores capitis et alopecias. Et 24, 10, 47. dysentericos et alvum. Et 20, 16, 62. tussim. Et 36, 21, 42. cicatrices. Et 20, 5, 20. sonitum et gravitatem aurium. Et 28, 8, 27. sterilitatem etc. P Significat etiam punire. *Lamp. Alex. Ser. 51. Idque per praeconeum, cum aliquem emendaret, dici jubebat, Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris, h. e. cum fustibus aut virgis aliquem coerceret. [\*Papinian. Dig. 1, 16, 9, 3. Poterit similiter et libertum non obsequentem emendare aut verbis aut fustibus castigatone. Lact. de mort. persequit. 22. Domestici et administratores lancea emendabantur.] P Part. Emendans ap. Plin. ep. 9, 36. Cogito ad verbum scribenti, emendantique similis. Emendaturus ap. Hor. Sat. 2, 8, 85. Arte emendaturus fortunam. Emendandus ap. Plin. ep. 5, 13. Ipse praeterea quaedam emendanda annotavi.**

**EMENSUS**, a, um, part. ab *emetior*, passiva significatione. *Liv. 21, 30. Postquam multo major partem itineris emensam cernant. [V. Drak. ad Liv. 38, 17, 16.] Val. Fl. 5, 181. cuncti pariter loca debita noscunt, Signaque commemorant, emensasque ordine gentes. Id. 4, 350. Exsilia pelagus emensa juvencae, h. e. errores Jus mare tranantis sub forma vaccae: juvencae datus est. Appul. Met. 9, sub f. Emensis protinus scalis. P Alio sensu Senec. Q. N. 4, 4. Poteram me, peracta quaestione, dimittere: sed bene emensus dabo, h. e. quasi cumulatam mensuram. P Activa significatione. V. in *EMETIOR*. P [\*Saepius confunduntur *Emensus* et *emersus*. V. Duker. ad Flor. 3, 10. Drak. ad Liv. 2, 9, 6.]*

**EMENTIOR**, iris, itus sum, dep. 4. ψευδομας, idem quod mentior, vel palam mentior. *Cic. Part. 14. Alii ementiti sunt in eos, quos oderant. Id. Dir. 1, 9. Videmus haec signa nunquam fere ementientia. Quint. 8, 6, ad f. Hyperbole est ementiens superjectio. P Cum accusativo, aut infinito adhibetur pro simulare, fingere, comminisci, excogitare quod non est. Cic. Dom. 19. Me non esse ementitum auctoritatem hujus ordinis. Id. Balb. 2. Furari civitatem, genus suum ementiri. Petr. Sat. 82. Constantissime centurionem et legionem ementitus. Liv. 25, 3. Ementiri falsa naufragia. Cic. Planc. 30. Eo me beneficio ob-*

strictum esse ementior, cui ne referri quidem gratia posse videatur? *Curt. 7, 5. Jussu Alexandri fecisse ipsos, ementiti. [\*V. Drak. ad Liv. 1, 8, 5.] P Part. Ementendus ap. Liv. 9, 18. Piget referre vanitatem ementientiae stirpis. P [\*Confunduntur *Ementiri* et *mentiri*. V. Drak. ad Liv. 1, 8, 5.]*

**EMENTITUS**, a, um, part. ab *ementior*, pass. signif. ἐψευσμένος. *Cic. Phil. 2, 35. Quod me de ementitis auspiciis putares esse dicturum. Id. N. D. 2, 21. Ementita, et falsa, et plena erroris. C. Memm. ap. Prisc. 8, 793. Quam stulte conficta, quam aperte ementita sunt.*

**EMENTUM**, i, n. enunciatum, quod nempe a mente proficiscitur, ut commentum, quod cum mente volvitur. *Gloss. Isid. Ementum, excogitatio. V. EMINISCOR. F.]*

**EMEO**, as, n. i. extra meo. *Not. Tir. p. 131. Meat, emeat. F.]*

**EMERCATUS**, a, um, part. ab *emercor*, activae significationis. *Tac. A. 16, 1. Principis aditum emercatus. P Significationis passivae, emptus. Ammian. 26, 2. Id frustra creditum videbatur, quod non emercati, sed consoni totius multitudinis paria volentis clamores audiebantur. F.]*

**EMERCOR**, aris, atus sum, dep. 1. idem quod mercor. *Tac. A. 13, 44. Ingentibus donis adulerium, et, ut omittet maritum, emercatur. [\*Id. A. 12, 45. Avaritiam praefecti emercatur, i. e. avarum hominem pretio inducit.] P Passiva significatione. Ammian. 21, 6. Armeniae, et Hiberiae reges cultu ambitioso indumentorum emercabant et multiformibus donis, damna negotiis Romanis illaturi, si rebus tunc etiam dubiis descivissent ad Persas. [\*Adde Amm. Marc. 2, 6, 2.]*

**EMEREO**, es, ui, itum, a. 2. idem quod mereo, περιποιούμαι. *Pl. Aut. 4, 10, 5. Quid ego emerui, adolescens, mali? Cic. Att. 6, 2. circa med. Annuae mihi operae a. d. tert. Cal. Sext. emeruntur, h. e. annuam administrationem claudo. Respicit autem ad loquutionem *emereri stipendia*, de qua V. *EMERITUS*. P Cum infinito. Ov. A. Am. 3, 409. Ennius emeruit, Calabris in montibus ortus, Contiguus poni, Scipio magne, tibi. Id. Fast. 4, 58. Emeruit vocis habere fidem. P Pro lucrari. Gell. 6, 7. Acca corpus in vulgus dabat, pecuniamque emeruerat ex eo quaestu uberem. P Pro demereri, promereri, hoc est gratiam inire beneficium dando. [\*Quint. Inst. 4, 1, 2. Citharoedi proemium emerendi favoris gratia canunt.] Ov. Amor. 2, 8, 24. Unum est e dominis emeruisse satis. Id. Trist. 4, 8, extr. At vos admoniti nostris quoque casibus este, Aequantem Superos emeruisse virum. Adde *Tibull. 1, 10, 60. et Val. Max. 5, 2. in f. [\*V. Heins. ad Ov. A. Am. 3, 409.]**

— P [\*Confunduntur *Emerere* et simplex *merere*. V. Drak. ad Liv. 27, 11, 14.]

**EMEREO**, eris, itus sum, dep. 2. μεθοδοποιούμαι, dignus fio re aliqua, commero, lucror. *Quint. tit. initio proem. l. 4. Altior mihi sollicitudo, quale iudicium hominum emereret, accessit. P Emeritus stipendia. V. EMERITUS.*

**EMERGO**, is, ersi, ersum, n. 3. ἐπινοητικῶς, est ejus, qui in aqua mersus, rursus exit, existo, evado, exeo e profundo. *Cic. N. D. 2, 49. Aves, quae se in mari mergerent: quae cum emersissent, etc. Id. Divin. 2, 31. Equus ex flumine emersit. et 1, 33. Ab infima ara subito anguis emersit, h. e. ab infima ara emersit et terra. Plin. 13, 18, 32. Emergere extra aquam. Liv. 22, 3. de paludibus. P Emergere se est exire, eo modo, quo erumpere se dicimus. [\*Nempe proprie emergere, ut simplex mergere, activum est et cum accusativo construitur. Drak. ad Sil. 7, 413. Ruhk. ad Ter. Andr. 3, 3, 30.] Cic. Har. resp. 25, extr. Ista serpens, quae tum hic delitescit, tum se emergit, et fertur illuc. *Sever. Aetn. 118. torrentem imo se emergere hiatu. Manil. 5, 197. Cum jam vicesima Cancri, Septimaque ex undis pars sese emergit in astra. Avien. Perieg. 126. quae se lux rursus Eoa Emergit pelago. P Sol etiam et stellae emergere dicuntur, quia e mari exoriri videntur. Plin. 2, 14, 11. Stellae emergunt. Tac. Germ. 45. Sol emergens. Val. Flacc. 5, 1. Lux emersit Olympo. Cic. Arat. 2. N. D. 44. sese ostendens emergit Scorpius alte. P Pro oriri, nasci. Plin. 11, 51, 112. Antequam totus infans emergat utero. Id. 21, 17, 66. Emergit flos ex caule. Id. 10, 52, 74. Ova emergunt. Id. 2, 82, 84. Ventus emersit. Id. 31, 4, 30. Fontes amnesque emergunt. Cic. Sen. 15. Viriditas herbescens vaginis includitur, e quibus cum emerserit, etc. Colum. 11, 3, a med. Si radix super terram emerserit. P Et universim pro ascendente exire, egredi. Cic. Manil. 3. Ut se non Cappadociae latris occultare velit, sed emergere e patrio regno. Id. Att. 2, 12. Emerseram commode ex Antiat in Appiam ad tres tabernas, cum, etc. Or. Met. 14, 155. Sedibus Euboicam Stygiis emergit in urbem Troius Aeneas. P Translate. Cic. Har. resp. 23. Posteaquam emergere coepit auctoritas vestra e fluctibus illis servitutis. Id. Vatin. 9. Emergere ex mendicitate. Id. Verr. 2, 1, 5. ex iudicio**

peculatus. Et *ib.* 5, 69. ex paternis probis ac vitii. *Id.* Att. 5, 8. incommoda valetudine. Et 10. ex aliquo negotio. *Id.* Coel. 21. Emerit jam e vadis, et scopulos praetervecta esse videtur oratio mea. *Id.* Verr. 2, 4, 58. Cum multa ex illo mari bella emerierint. *Id.* Att. 9, 10. Munc emergit amor: nunc desiderium ferre non possum. et 6. a med. Deinde emergit rursus dolor. *Ulp. Dig.* 14, 4, 6. *extr.* Si forte alii creditores emerierint. et 7. Si aliud domini debitum emerierit. [\**Ulp. Dig.* 47, 10, 5, 11. Publica utilitas ex his emergit.] P Et cum accus. [\**V. supra ad §. 2.*] *Nep. Att.* 11. Quibus ex malis ut se emerit, etc. *Ter. Andr.* 3, 3, 30. Spero ex illis sese emeritum malis. P Passive impersonaliter. *Id.* Ad. 3, 2, 3. Tot res repente circumvallant, unde emergi non potest. P Eleganter dicitur de iis, qui a vitiosa vita abstrahunt, et ad bonam frugem reducuntur. *Cic. Coel.* 12. Multos vidi, qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent, emerisse aliquando, et se ad frugem bonam, ut dicitur, recepisse. [\**Ruhnk.* ad *Ter. Andr.* 3, 3, 30. ad *Vell. Pat.* 2, 91.] P Item de iis, qui ex paupere, aut obscuro statu ad divitias aut honores, opesque ascendunt. *Id.* Att. 6, 2. Nullus in imperio meo sumptus factus est: hac re incredibile est, quantum civitates emerierint. *Vell.* 2, 65. Cum Antonius Caesarem admoneret, quam inimicae ipsi Pompejanae partes forent, et in quod jam emerissent fastigium. *Lucret.* 2, 13. Emergere ad summas opes. *Juven.* 3, 164. Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat Res angusta domi. [\**Interpp.* ad *Flor.* 3, 10.] P Pro elucere, apparere. *Cic. Cluent.* 65. Hoc uno modo saepe multorum improbitate depressa veritas emergit. *Id.* Off. 1, 31. Ex quo magis emergit, quale sit decorum illud. [\**Flor.* 4, 1, 6. Emergit indicium sceleris.] P Active emergere aliquid est prode, edere, palam facere, emittere. *Or. Fast.* 3, 367. Dum loquitur, totum jam sol emererat orbem. Al. aliter leg. *Manil.* 1, 116. Ut possim rerum tantas emergere moles

[EMERITANUS, a, um, adj. idem ac Emeritensis. *Inscr. ap. Murat.* 1550, 1. Narbona Caephalensis Emeritana. F.]

EMERITENSIS, e, adj. ad Emeritam pertinens, quae est urbs Hispaniae ulterioris, seu Lusitaniae, cognomine Augusta, quia ab Augusto colonia deducta fuit, ad Anam fluvium, nunc Merida. *Plin.* 4, 22, 35. Emeritensis conventus. *Inscr. ap. Grut.* 13, 16. Emeritensis colonia. Alia apud *Maff. Mus. Ver.* 426, 5. D. M. S. Januarii Venusti Emeritensis. P Emeritenses ejus urbis incolae. *Tac. H.* 1, 78.

EMERITUM, i, n. commodum, praemium, merces, quae datur militibus post expletum militiae tempus. *Modest. Dig.* 49, 16, 3. Qui militiae tempus in desertione explevit, emerito privatur. Et *max.* Si expleto tempore militiae redeat, ut veteranus restituetur, et emerita accipiet. Ex *Dione* 55, 23., et *Suet. Cal.* 44. constat, legionarii militibus per viginti annorum stipendia, duodecim millia sestertiorum fuisse concessa praemii loco. [\**Cf. Interpp.* ad *Suet. Aug.* 24.]

EMERITUS, a, um, part. ab *emereor*, qui meruit. *Miles emeritus stipendia*, et emeritus absolute, est qui militiae tempora explevit, et suo munere plene perfunctus, vacationem militiae jam habet, ἀποστρατευόμενος, quod fere post annum viciesimum militiae ei concedebatur, ut *Tac. A.* 1, 78. colligitur. *Val. Max.* 6, 1, n. 10. Cornelium fortissime stipendia emeritum vinculis oneravit. *Lucan.* 1, 344. Quae sedes erit emeritis? quae rura dabuntur, Quae noster veteranus aret? quae moenia fessis? *Or. Trist.* 4, 8, 21. Miles ut emeritis non est satis utilis annis, h. e. annis, quibus a militia est solutus, non est bello utilis, quia senex est. [\**Heins.* ad *Or. Met.* 15, 186. *Burm.* ad *Prop.* 2, 5, 27.] P Eleganter transfertur ad eos omnes, qui plene suo munere functi sunt. *Plin.* 11, 11, 11. Apes fessae, et jam emeritae. *Id.* 17, 23, 35. n. 24. Palmes emeritus, pluribusque induratus annis. *Or. Fast.* 1, 665. Emeritum aratrum. *Juv.* 6, 497. Emerita acus. *Mart.* 10, 85. Emerita puppis. *Prop.* 4, 11, 72. Rogus emeritus, h. e. qui ardere desiit, absumpto cadavere. *Stat. Silv.* 3, 1, 58. ipsa coronat Emeritos Diana canes. *Senec. Thyest.* 797. Solis currus emeritos solvere, scil. nocte adventante. Sic *Or. Fast.* 4, 688. Dempserat emeritis jam juga Phoebus equis. Et *Stat. Theb.* 1, 336. emeriti confinia Phoebi, h. e. occidentis. *Mart.* 7, 63. Emeritos Musis et Phoebis tradidit annos, h. e. annos, quos in forensi palaestra insumperat, et causas agere desiderat. P Absolute de eo, qui bene est de aliquo meritis. *Or. Pont.* 1, 7, 61. emeritis referenda est gratia semper. P Passive emerita stipendia sunt peracta, confecta, finita. *Liv.* 39, 19. Ut P. Aebutio emerita stipendia essent. *Suet. Cal.* 44. Comoda emeritae militiae. [\**V. Drak.* ad *Liv.* 21, 43, 10.] P Et translate. *Cic. Senect.* 14. Animum, tanquam emeritis stipendiis libidinis, ambitionis, contentionis, cupiditatum omnium, secum esse, secumque vivere. *Id.* Att. 6, 5. Etsi annum tem-

Tom. II.

pus prope jam emeritum habebamus, h. e. prope confeceramus annum administrationis provinciae. *Senec. Agamem.* 908. Emeritus dies. *Or. Fast.* 3, 43. emeriti cursus. *Lucan.* 3, 622. emerita jam morte. P Dicitur et de his, quae virtuti debentur. *Sil.* 7, 19. emerito sacrum caput insere coelo. *Adde* 11, 461., *Manil.* 1, 404. et *Sidon. Carm.* 2, 209.

EMERSUS, a, um, part. ab *emergeo*, qui emerit. *Cic. Div.* 2, 68. Emersus e flumine. *Liv.* 1, 13. Equus emersus e profunda palude. *Tac. A.* 1, 65. Emersus paludibus. *Or. Fast.* 3, 399. Tertia nox emersa suos ubi moverit ignes. *Id. Heliut.* 35. emersus in auras polyppus. P Translate. *Cic. Vatin.* 7. Homo emersus e coeno. *Id. Sext.* 9. subito e tenebris lustrorum. *Liv.* 8, 7. ad f. ab admiratione animus. P [\**Saeptus confunduntur Emersus et Emensus. V. Duker.* ad *Flor.* 3, 10. *Drak.* ad *Liv.* 2, 9, 6. Porro Emersus et Eversus. *Gron.* ad *Sen. N. Q.* 3, 11.]

EMERSUS, us, m. emergendi actus. *Plin.* 18, 25, 58. de ortu et occasu heliaco. Emersum hoc melius, quam exortum, consuetudo dixisset, et illud occultationem potius, quam occasum. (*Adde Colum.* 7, 3. ad f.) *Vitr.* 10, 22. Neque certum locum scire poterant, quo emersum facturi fuissent hostes. *Plin.* 9, 22, 38. Ad emersus fluminis Mincii, h. e. ubi Mincius e lacu Benaco exit. *Id.* 22, 22, 46. Ab emersu serpentium usque ad latebram, h. e. ab eo tempore, quo emergunt e terra serpentes, usque ad illud, quo se condunt.

\*EMESA, ae, urbs Coelestriae. *Plin. H. N.* 5, 23. Eadem dicitur etiam *Emessa*, ut scriptum extat apud *Vopisc. Aurel. Obr.* 25. et *Emissa. V. Interpp.* ad *Arien. descr. orb.* 1085. *Eckhel. doct. num.* Tom. III. p. 311.

EMETICA. V. EMPENETICA.

EMETIOR, iris, ensus sum, dep. I. proprie est idem quod metiri, vel usque ad extremum metiri. *Virg. A.* 10, 772. Atque oculis spatium emensus, quantum satis hastae. *Gell.* 16, 18. Longitudines et altitudines vocis emetiri. P Saepius sumitur pro conficere viam, et quasi metiendo percurrere. *Liv.* 31, 24. Hemerodromos vocant Graeci, ingens die uno cursu emetientes spatium. [\**Gron.* ad *Liv.* 38, 17, 16.] *Virg. A.* 11, 244. Atque iter emensi casus superavimus omnes. *Id. ib.* 5, 627. Cum freta, cum terras omnes, tot inhospita saxa, Sideraque emensae ferimur. *Plin.* 7, 20, 20. Longissimum iter vehiculis tribus emensus. *Sil.* 4, 53. Ingentesque duces, pelagi, terraeque laborem Diversum emensi. [\**Tac. Hist.* 1, 49. Galba tribus et septuaginta annis quinque principes prospera fortuna emensus.] P Aliquando pro praestare, largiri, quasi metiendo cumulare, tradere, *Hor. Sat.* 2, 2, 104. cur, improbe, carae Non aliquid patriae tanto emetiris acervo? *Cic. Brut.* 4. Illud Hesiodium laudatur a doctis, quod eadem mensura reddere jubet, qua acceperis, aut etiam cumulatione, si possis: ego autem voluntatem tibi profecto emetiar: sed rem ipsam nondum posse, video.

EMETO, is, a. 3. idem quod meto, vel metendo effero ex agris. *Hor. Ep.* 1, 6, 21. Ne plus frumenti dotalibus emetat agris.

\*EMEUM, i, apud Aethiopiae sub Aegypto. *Plin.* 6, 29. B. A.

EMICANS, antis, part. ab *emico*, cum impetu, et celeritate exsilens, repente existens. *Liv.* 44, 10. Qui in navibus erant, saxis tormento emicantibus percutiebantur. *Plin.* 2, 93, 95. Ignium tot locis emicantium perpetua tot saeculis incendia. *Id.* 31, 10, 46. n. 1. Scatebra fonticuli semper emicans. *Id.* 19, 8, 42. Asparagus vires thyro emicante. *Quint.* 8, 5. a med. Scintillae inter fumum emicantes. P Item existens, se attolens, eminens. *Tertull. adv. Hermog.* 29. Segregatis aquis in cavatiorem sinum, emicantior facta est arida, quae ante aquis tegebatur.

EMICATIM, adv. emicando, exsilendo. *Sidon. ep.* 2, 13. sub f. Emicatim prosiliens refugit divitias.

EMICATIO, onis, f. actus emicandi, et sese attollendi. *Appul. de Mundo.* p. 71, 29. Torrentium cursus, et humores undarum, emicationesque silvarum.

EMICO, as, cui, n. 1. ἐκινάω, extra mico, existo, erumpo, exeo. *Virg. A.* 6, 6. juvenum manus emicat ardens Litus in Hesperium. Et *ib.* 5, 318. Primus abit, longaeque ante omnia corpora Nisus emicat, et ventis, et fulminis oecior alis. *Or. Met.* 10, 652. carcere pronus uterque emicat. *Val. Fl.* 6, 550. Emicat in Sueten, [\*i. e. saltum dat. *V. Burm.* ad *Or. Fast.* 6, 423.] *Virg. A.* 12, 327. saltuque superbus emicat in currus. *Plin.* 12, 5, 11. Superiores rami in excelsum emicant. *Colum.* 4, 20. *extr.* Vitis emicat in jugum. *Or. Met.* 15, 248. dempto quoque pondere, rursus In superos aer tenuissimus emicat ignes. *Virg. A.* 2, 174. de *Palladio.* terque ipsa solo (mirabile dictu) emicuit, parmaeque ferens, hastamque tremement. Ubi *Servius:* exsiluit, quasi quae consistebat invita, locumque damnaret. *Vell.* 2, 50.

Cum mucronem gladii admovisset mammillae, ad eum ipsum locum, qua cor emicat. i. e. palpitat. *Pl. Aut.* 4, 3, 4. Cor emicat in pectus. *Plin.* 11, 37, 77. Dracones emicuisse de extis. *Id.* 2, 65, 66. Aqua spiritu acta, et terrae pondere expressa, siphonum modo emicat. *Liv.* 44, 33. Scaturigines aquae emicabant. *Or. Met.* 9, 130. sanguis per utrumque foramen emicuit. *Lucr.* 4, 1042. illam emicat in partem sanguis, unde icimur ictu. [\**Col. R. R.* 4, 13, 1. Nux posita celeriter emicat, i. e. supra terram emergit.] *Plin.* 27, 8, 46. Multi calami ex una radice emicant, i. e. erumpunt. *Petr. Sat.* 126. Emicuerunt rosae, violaeque, et molle cyperon. *Plin.* 2, 88, 89. Ex eo monte repente flamma emicuit. *Lucan.* 1, 532. Nunc jaculum longo, nunc sparso lumine lampas emicuit coelo. *Curt.* 8, 4. Ab omni parte coeli emicare fulgura. *Liv.* 44, 10. Saxis tormento emicantibus percutiebantur. *Or. Met.* 15, 67. emicuit nervo penetrabile telum. *Val. Fl.* 1, 655. Emicuit dies, i. e. apparuit. Et 4, 96. Sol emicuit super terras. *Senec. Oedip.* 232. Emicat vasto fragore major humano sonus. P Translate. *Senec. ep.* 79. a med. Cum (animus) vitia disjecerit, purusque ac levis in cogitationes divinas emicuerit. P Ponitur et pro eminere, altum esse, excellere. *Or. Met.* 9, 226. in Euboici scopulus brevis emicat alti Gurgite, i. e. tollitur. *Val. Fl.* 6, 595. Aspicias, ut Minyas inter, proceresque Cytaeos emicet effulgens. P Et pro elucere, splendere. *Suet. Cal.* 46. Altissimam turrim excitavit, ex qua, ut ex Pharo, noctibus ad regendos navium cursus ignes emicarent. P Translate. *Tac. A.* 13, 16. Agrippinae is pavor, ea consternatio mentis quamvis vultu premeretur, emicuit, ut etc. *Justin.* 2, 9. Inter ceteros Themistoclis gloria emicuit, h. e. exstitit, effulsit. *Curt.* 7, 6. a med. In quibus et magnitudinem animi, et claritatem rerum longe emicuisse credebatur. *Plin.* 13, 11, 40. n. 25. Emicuit longe ante omnes Euphranon. Plerique alii cum *Harduino leg. emicuit. Solin.* 1. a med. Milon Tarquini Prisci temporibus emicuit, h. e. floruit. *Ammian.* 22, 16. a med. Inter quos Chalcenterus emicuit Didymus. Utroque loco alii leg. emicuit, aut emicuit. P *Quint.* 1, 6. reprehendit eos, qui emicant dicere malebant, quam emicuit, analogiam nimis religiose secuti.

EMIGRATIO, onis, f. actus emigrandi, commigratio, ἐξοχνησις. *Ulp. Dig.* 39, 2, 28. Detrimentum propter emigrationem inquilinorum.

EMIGRO, as, avi, atum, n. 1. idem ac migro, extra migro, commigro, abeo, ἐξοχνησις. *Cic. Verr.* 2, 2, 36. [\**Verba sunt haec: Hospitium ei renuntiat; domo ejus emigrat atque adeo exit, nam jam antea migrarat; ubi emigrare intelligit cum Ern. sic, Verrem primum suam supellectilem exportari jussisse, tunc eundem exisse, i. e. descessisse ut qui nunquam postea reversurus esset.*] *Caes. B. G.* 1, 31. ad f. Emigrare domo. [\**Ubi emigrare eodem modo de iis dictum est qui cum omnibus rebus suis e patria discedunt.*] *Cic. Verr.* 2, 5, 12. e domo. [\**In Dig. libris emigrare saepe dicuntur, qui ante finitum conductionis tempus habitationem derelinquunt.* *Alfen. Dig.* 19, 2, 27, 1. Si quis timoris causa emigrasset, deberet mercedem, necne? *Cic. Leg.* 2, 19. e vita, i. e. decedere. *Pl. Men.* 5, 2, 7. aliquo. *Val. Cato in Diris* 100. Migrabunt casus aliena in corpora rerum. Quam tua de nostris emigret cura medullis. P Emigrare se simile est locutioni erumpere se, et emergere se. *Titin.* ap. *Non.* 1, 1. Quot pestes, senia, et jurgia sese meis aedibus emigrarunt. *Bothe* rectius leg. semet aedibus emigrarunt. P Emigrare Scripturas ap. *Tertull. Cor. mil.* 1. dictum videtur pro declinare, recedere, et nolle sequi: vel potius transilire, transgredi: qua ratione migro a *Cic.* usurpatur. P Part. Emigrans apud *Stat. Silv.* 4, 8, 47. Tu, ductor populi longe emigrantis, Apollo.

EMINATIO, onis, f. idem ac minatio: ab *eminor.* *Pl. Capt.* 4, 2, 19. Quae illaec eminatio est?

EMINENS, entis, part. ab *emineo*, exstans, prominens, altus, editus, ἑξοχος, ἑξίχθωρ. *Cic. Tusc.* 5, 23. Columella non multum e dumis eminens. *Id. N. D.* 1, 27. Species ut sit quaedam Deorum, quae nihil concreti habeat, nihil solidi, nihil expressi, nihil eminentis, sitque pura, levis, perlucida. *Id. Vatin.* 2. Repente te, tanquam serpens e latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis cervicibus intulisti. *Caes. B. C.* 2, 9. Trabes paulo longiores atque eminentiores, quam extremi parietes. *Sall. Jug.* 98. Ramis modo, modo eminentibus saxis nisus. (*Adde Curt.* 5, 3. ad f.) *Plin.* 11, 37, 69. Cor homini infra laevam papillam, turbinato mucrone, in priora eminens. *Suet. Cal.* 48. Statura eminens. *Id. Aug.* 79. Nasus a summo eminentior, ab imo deductior. *Caes. B. C.* 2, 24. Jugum directum eminens in mare. Et 23. Duo eminentia promontoria. [\**V. Drak.* ad *Liv.* 44, 11, 3.] *Flor.* 1, 7. Eminentia papaverum capita. Et 9. Eminentes aedes, [\*i. e. in loco conspicuo positae.] Et 4, 12. a med. Eminentissimus mons. P Translate. *Cic. Or.* 3, 57. Dis-

cutienda sunt ea, quae obscurant; et ea, quae sunt eminentia et prompta, sumenda, h. e. quae magis exstant, et facile animadvertuntur aut percipiuntur. *Quint.* 10, 1. Paucos (auctores), qui sunt eminentissimi, excerpere in animo est. *Vell.* 1, 16. Eminentissima cujusque professionis ingenia. *Id.* 2, 107. Vir dignitate eminens. Et 72. Eminentissimae ac nobilissimae simplicitatis viri. Et 75. Livia genere, nobilitate, forma eminentissima. [\*Liv. 2, 5, 8. Inter omne tempus pater vultusque et os ejus spectaculo erat, eminente patrio animo inter publicae poenae ministerium, i. e. interprete *Drak.*, quem vide, animus patris eminebat supra spectaculum vultus et oris, v. magis spectaculo erat quam vultus et os.] *Curt.* 4, 4. Quinqueremis velocitate inter ceteras eminens. *Inscr.* ap. *Mur.* 884, 4. P. Aelio Aug. Lib. Epaphrodito magistro iatraliptae puerorum eminentium Caesaris N. [\*Pueri eminentes sunt qui alias dicuntur pueri nobiles, qui in aula educantur et regi ministrant.] P Appellatio eminentissimi sub posterioribus imperatoribus tribuebatur praefectis praetorio, et magistris militum. [\*et praefectis urbi. V. *Brisson.* de verb. signif.] *Imp. Constant. Cod.* 12, 47, 1. et *Imp. Diocl. et Maxim.* ib. 9, 41, 11. et *alibi.* [\*Superlativus Eminentissimus a *Vell.* Pat. frequentissime usurpatur, frequentius adeo, quam scriptorem tam elegantem deceat. V. *Ruhn.* ad 2, 83. P Confunduntur Eminens et emittens. V. *Drak.* ad *Liv.* 21, 58, 3.]

EMINENTER, adv. *Sidon. ep.* 1, 11. Non eminentius, quam municipaliter natus, h. e. non clariore genere.

EMINENTIA, ae, f. exstantia, prominentia, altitudo, ἐξοχή. *Cic. Acad.* 4, 7. Quam multa vident pictores in umbris, et in eminentia, quae nos non videmus? h. e. in partibus colore illustratis et exstantibus. [\*Hic locus ponendus videtur ultimo loco. Propria significatione est etiam *Nat. deor.* 1, 38. Si (dii) tantummodo ad cogitationem valent, nec ullam habent soliditatem, nec eminentiam.] *Plin.* 37, 10, 63. Myrmecias nigra habet eminentias similes verrucis. *Appul. Flor.* n. 18, p. 359, 3. Eminentia culminum. P Translate. *Gell.* 11, 11. Tutores legitimi per eminentiam dicuntur, qui etc. xav' ἐξοχήν, per excellentiam.

EMINEO, es, ui, n. 2. ἐξίω, emineo sum, exsto, excedo, altus sum, promineo: quasi extra maneo. [\*Descendit ab antiquo verbo minere, quo usus est *Lucr.* 6, 562. et 1193. Non recte agunt, qui primitivam vocem manere statuunt. *Ruddim. Inst.* 1, p. 221.] *Cic. Div.* 1, 42. Babylonii in camporum patetium acquiribus habitantes, cum ex terra nihil emerent, quod contemplationi coeli officere posset. *Sall. Jug.* 99. Saxa, et si quae vetustate radices eminebant, laqueis vinciebant, quibus allevati milites ascenderent. *Caes. B. G.* 7, 73. Ut stipites non amplius quatuor digitis ex terra emerent. *Liv.* 8, 7. Manlius ab jugulo, ita ut per costas ferrum emerent, terrae affixit. *Or. Met.* 5, 137. Torquet in hunc hastam, media quae nare recepta, Cervice exacta est, in partesque eminet ambas. *Plin.* 9, 6, 5. Ut emerent dorso multum supra aquas. *Sall. fragm.* ap. *Non.* 18, 16. Axibus eminebant veruta binum pedum. *Lucan.* 2, 667. nullae aequore rupes emineant. *Plin.* 17, 21, 35, n. 2. Eminere extra terram. *Id.* ib. 15, 25. Ut gemmascere incipientes legatur calamus, nec plus quam binis ab insito emerent oculis. *Or. Met.* 15, 697. Eminere alte. *Liv.* 44, 11. in altum, h. e. in mare. [\*Inprimis emineo dicuntur res in pictura, quae primo loco ponuntur; opponuntur reductiora. V. *Jun. de pict.* 3, 3. *Burn.* ad *Quint. Inst.* 8, 3, p. 680.] P Cum accus. *Curt.* 4, 2. Jamque paululum moles aquam eminebat. [\**Manil.* 5, 581. Caput eminet undas scindentis. V. *Ruddim. Inst.* II, p. 330.] P Pro emergere, exire. *Pl. Capt.* 3, 2, 4. Ita me miserum resistendo, retinendoque lassum reddiderunt: vix ex gratulando miser jam eminebam. P Translate. *Cic. Somn. Scip.* 9. Si animus jam tum, cum erit inclusus in corpore, eminebit foras, et ea, quae extra erunt contemplans, quam maxime se a corpore abstrahet. [\**Cic. de rep.* 2. Justitia foras spectat et projecta tota est atque eminet. *Sen. Tranq. An.* 9. Animum in futura eminentem velut sub vinculis habere, ubi eandem in translata significatione animadvertens constructionem, qua in propria junxit *Liv.* emineo in altum.] P Saepae est apparere, conspicuum esse. *Cic. Rosc. Am.* 41. extr. Quo studiosius ab ipsis opprimitur, et absconditur, eo magis eminet et apparet. *Curt.* 4, 1. Aliorum studium, aliorum indignatio eminebat. Et 8, 1. extr. Eminebat etiam in voce sceleris, quod parabat, atrocitas. *Cic. Tusc.* 2, 26. Amplitudo animi maxime eminet contemnendis doloribus. *Or. Met.* 15, 606. sed per confusa frementis Verba tamen vulgi vox eminet una, quis ille? h. e. altior est, et distinctius exauditur. *Id. Fast.* 3, 250. Eminent ante oculos quod petis, ecce, tuos. P Item excellere, praestare. *Cic. Or.* 29, ad f. Demosthenes unus eminet inter omnes in omni genere

dicendi. *Flor.* 4, 2. Pompejus super utrumque eminebat. *Vell.* 2, 127. Eminere dignitate. Et absolute *ib.* 49. Cum sine invidia in republ. florissent, eminuissentque sine periculo. *Quint.* 3, 8, sub f. Philippicae Demosthenis iisdem eminent virtutibus. *Ammian.* 17, 7. Inter monumenta multiformium aerumnarum eminuere Nicomediae clades. P [\*Confunduntur Eminere et imminere. V. *Heins.* ad *Or. Met.* 4, 689.]

EMINISCOR, eris, ementus sum, dep. 3. commentum, seu quod in mente cogitatum fuit, enuncio, profero: a praepos. e, et miniscor. V. MINISCITUR. *Not. Tir.* p. 125. Eminiscitur, comminiscitur, reminiscitur, subminiscitur. *Nep. Alc.* 2. Ut si ipse fingere vellet, neque plura bona eminisci, neque majora posset consequi, quam vel fortuna, vel natura tribuerat. Ita restituit *Heusing.* pro *reminisci.* [\*Idque jure probat *Breni.*, quem v.] Ita etiam legendum conjicit ap. *Varr. L. L.* 5, 6. Sic *reminisci*, cum ea, quae tenuit mens ac memoria, cogitantur, et cogitando repetuntur. Hic etiam *comminisci* dictum, a con et mente; cum finguntur in mente, quae non sunt: et ab hoc illud, quod dicitur *eminiscor*, cum commentum pronunciatur. *Hactenus Varro;* alii perperam pro *eminiscor* leg. *reminiscor.* Hinc *Gloss. Isid.* Ementum, excogitatio; Eminiscitur, in memoriam reducit. Rectius tamen interpretis e memoria educit. V. EMENTUM. F. et B. A.]

EMINOR, aris, dep. 1. idem ac minor. *Pl. Capt.* 4, 2, 11. Eminor, interminorque, ne quis mi obstitit obviam.

EMINULUS, a, um, adj. ἀναπόλεμος, non multum eminus. *Varr. R. R.* 2, 5. Genibus eminulis, distantibus inter se. *Id.* ib. 9. Spina neque eminula, neque curva. *Id.* ib. Duobus dentibus paulo eminulis.

EMINUS, adv. πόρρωθεν, a longinquo loco: a manus. *Cominus* enim dicimus, cum gladiis pugnamus; *eminus*, cum lanceis, quia gladius a manu non recedit, lancea e manibus emittitur. *Cic. Sen.* 6. Nec excursionem, nec saltu, nec eminus hastis, aut cominus gladiis uteretur. P Differt a longe, quia significat tacite quandam motum de loco. Non enim recte dixeris, *Eminus habito*, ut *Longe habito*, sed bene *Eminus jacula mitto*. *Caes. B. G.* 7, 24. Fasces, atque aridam materiem de muro in aggerem eminus jaciebant. *Hirt. ib.* 8, 13. Qui aut cominus opprimebantur, aut eminus vulnerabantur. *Tac. A.* 13, 41. Oppugnationem urbis eminus incipere. *Or. Met.* 8, 406. licet eminus esse Fortibus. *scil.* longe pugnando. *Id. Pont.* 1, 6, 17. fer opem, precor, eminus unam. *nempe* mihi longe posito. *Sall. fragm.* ap. *Gell.* 2, 27. Quae eminus facie sua ostentabat, aliquot adversis cicatricibus, et effosso oculo. P Cum ablativo pro longe a. *Ascon. Verr. de praet. urb.* 3, 48. Eminus est Vulturum Capua tria millia passuum.

EMIROR, aris, atus sum, dep. 1. demiror, valde miror, ἐθαυμάζω. *Hor. Od.* 1, 5, 8. Nigris aequora ventis Emirabitur insolens. [\**Hertel.* ad *Tac. Agr.* 31. recte explicat ita: mirari incipiet, cum stupore mirabitur: sic wird aufstaunen. Scilicet haec est vis praepos. ex, in nonnullis verbis, ut initium ejus rei fieri significet, quae in verbo inest. Cf. *Emereri*, *Emunire*.] *Bentl.* aliter legit, et verbum *emiror* toto Latio exulare jubet. [\**Lact. Plac. Narr. Fab.* 10. Theseo, emiranti casus mortaliū, refert etc. *Abresch.* in *Obs. Misc.* Vol. VI. Tom. 1. p. 285. *emirari* exponit per *externis signis admirationem summam ostendere.*]

EMISCEO, es, a, 2. idem quod misceo. *Manil.* 5, 244. nec parce vina recepta Hauriet emiscens, et fructibus ipse fruetur.

EMISCHABALES, Arabiae oppidum. *Plin.* 6, 28. Oppido XX. mill. passuum, in quo fons, Emischabales, quod significat camelorum oppidum. B. A.

EMISENUS, a, um, adj. ad Emisam, sive Emesam, nunc Hamsa, pertinens, Syriae urbem, ad Orontem fluvium, imperatoris Elagabali patriam, de qua meminit *Avien. Perieg.* 1085. Emesae fastigia celsa resident. *Ulp. Dig.* 50, 15, 1. Sed et Emisanae civitati Phoenices imperator noster (Caracalla) jus coloniae dedit. [\**Cf. Paull. Dig.* 50, 15, 8, 6.] *Inscr.* ap. *Mur.* 1045, 1. Romulo Bizegoni fil. Emiseno. F.]

EMISSARIUM, ii, n. 2. δῶρον, locus unde aqua emittitur. *Cic. Fam.* 16, 18. Nullo aprico horto, nullo emissario, nulla maceria, nulla casa. *Plin.* 33, 4, 21. Emissaria in his piscinis quina linquantur, et repleto stagno, excussis obturamentis, erumpit torrens tanta vi, ut saxa provolvat. *Suet. Claud.* 20. Opera multa perfecit: in his emissarium Fucini lacus. Per tria autem passuum millia, partim effosso monte, partim exciso, canalem absolvit aegre, et post undecim annos, quamvis continuis triginta hominum millibus sine intermissione operantibus. *Plin.* 36, 15, 24, n. 11. idem describens, montem per fossam ad lacum Fucinum emittendum, ait. P Translate. *Scrib. Comp.* 229. Emissarium vomicae facere. Adde *ib.* 206.

EMISSARIUS, ii, m. προσαγωγός, qui clam submititur ad aliquid explorandum, aut agendum nomine ejus, a quo mittitur: et fere accipitur in ma-

lam partem pro eo, qui ad explorandum deferendi, calumniandique causa subornatur, et emittitur. *Cic. Verr.* 2, 2, 8. Itaque apponit, qui petat Veneri Erycinae illam hereditatem: petit Naevius Turpio quidam, istius excursor et emissarius. Ubi *Ascon.* Sic vocantur conciliatores furtorum, quae a magistratibus committuntur, atque internuncii. Et *Verr.* 2, 5, 41. extr. Quem iste in decumis, in rebus capitalibus, in omni calumnia praecursorem habere solebat, et emissarium. *Id. Fam.* 7, 2, a med. Persuaserat nonnullis invidis meis, se in me emissarium semper fore. *Vell.* 2, 18. extr. Quin etiam consulis filium pro emissario factionis suae interfecit. Adde *Suet. Galb.* 15. et *Domit.* 11. P *Emissarius* etiam dicitur palmer, qui emissus ex gema, in putatione relinquitur, ut ascendat, quo placuerit. *Plin.* 17, 23, 35, n. 25. Relicto emissario uno, qui subeat usque quo placuerit.

\*EMISSIBILIS, e, adj. qui emitti potest. *Vet. Interpr. Irenaei* 2, 15. B. A.

EMISSICIUS, a, um, adj. qui emittitur, ut *Oculi emissicii*, extra ducti, et foras porrecti, vel qui huc illuc aspectant, et veluti sese ejaculantur. *Pl. Aut.* 1, 1, 2. Exeundum hercle tibi hinc est foras, Circumspectatrix cum oculis emissicis. [\*qui omnia explorant.] *Tertull. Pall.* 3. Chamaeleonti circumspectu emissicii ocelli, imo luminis puncta vertiginant. P *Emissicium*, ii, n. absolute pro *emissicia* hasta vel lancea usurpat a *Cic. Leg.* 3, 9 C. vero Gracchus runis, et emissicis, quas ipse se projecisse in forum dixit, quibus digladiarentur inter se cives, nonne omnem reipublicae statum permutavit? Alii minus recte leg. et *is sicis.*

EMISSIO, onis, f. ἐκπομπή, actus emittendi. *Cic. Tusc.* 2, 24. Ut ballistae lapidum, et reliqua tormenta telorum eo graviore emissiones habent etc. *Id. Div.* 2, 29. ad f. Emissio feminae anguis. *Gell.* 5, 16. Radiorum ex oculis in ea, quae videri queunt, emissio. [\**Cassiod. Var.* 4, 32. Emissio chirographi.]

EMISSOR, oris, m. qui emittit. *August. Civ. Dei* 7, 3. Liber, et Libera seminum commotores vel emissores.

EMISSUS, a, um, part. ab emitto, ἐξέμισταιμένος. *Virg. G.* 4, 58. Emissus caveis agmen. *Hor. Ep.* 1, 18, 71. Et semel emissum volat irrevocabile verbum. *Cic. Planc.* 12. ad f. Emissus e carcere. *Id. Att.* 4, 15. Lacus Velinus a Curio emissus. [\**Or. Her.* 14, 107. Nilus per septem portus emissus in aequor.] *Liv.* 5, 51. Vox coelo emissa.

\*EMISSUS, us, m. idem ac emissio. *Lucr.* 4, 206. Cum (corpuscula) jaciuntur, et emissum (eorum) res nulla moratur. B. A.

\*EMITESCO, is, n. 3. idem fere ac mitesco, maturesco. *Colum.* 9, 14. ante med. Idque (mel) optima notae emitescit autumnu aequinoctio. Ita edidit *Schneiderus*, probante *Pontedera*: alii minus recte leg. *emitescit*. F. et B. A. — Cf. quae s. v. *Emiror* dicta sunt.]

EMITTO, is, isi, issum, a. 3. ἐκπέμπω, ἐκδίδωμι, extra mitto, edo, foras mitto. [\**Emittere animalia.* *Florent. Dig.* 41, 1, 4. de iis animalibus dictum, quae mansuefacta eunt et redeunt. *Emittere columbas.* *Gaj. Dig.* 12, 2, 1.] *Cic. Verr.* 2, 5, 9. *Emittere* aliquid de carcere. *Id. Tusc.* 1, 49. *Emitti* e custodia. [\**Id. Sext.* 64. *Emitti* ex iudicio gratia. Hinc absolute ponitur pro: absolvi. *Id. Har. resp.* 18. Te iudices emiserunt.] *Id. Har. resp.* 1. *Emittere* telum. *Id. Div.* 2, 19. *Jupiter* emittit fulmina. *Id. Coel.* 12. *Emittere* aculeos in aliquid. [\**Id. Or.* 2, 54. *Facetum* dictum emissum haeret. Utroque loco metaphora a tormentis petita.] *Id. Fam.* 7, 33. aliquid dignum nostro nomine, in vulgus edere. *Liv.* 1, 54. ad f. et *Petr. Sat.* 19. Nullam vocem, aut verbum emittere. *Cic. Planc.* 23. Maledicto nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur. [\**Id. Or.* 2, 53. *Emittere* argumenta, i. e. proponere.] *Plin.* 25, 5, 23. *Emittere* venis sanguinem. *Sic Colum.* 6, 14. sanguinem de aure. *Or. Met.* 11, 458. lacrimas. [\**Nep. Epam.* 9. *Animam* statim emisit, ubi alii legunt *amisit*, quod ferri non potest. Recte quidem dicitur *vitam amittere*, sed *animam amittere* non item. *Hyg. fab.* 59. *Spiritus* emisit. V. *Munck.* ad h. l. p. 126.] *Caes. B. G.* 1, 25. scutum manu. Et *ib.* 5, 58. duabus portis omnem equitatum. *Liv.* 24, 1. equites in hostem. *Caes. B. C.* 1, 76. aliquos noctu per vallum. [\**Emittere* sub jugum. *Liv.* 3, 28, 10. *Emittere* sub jugo. *Liv.* 9, 6, 12. V. *Drak.* ad utrumque loc.] *Curt.* 7, 11. Collatae aquae per prona montis flumen emittunt. *Suet. Caes.* 44. *Emittere* lacum, i. e. excicare. *Id. Vitell.* 6. et *Macr. Sat.* 1, 11. a med. *Manu* emittere aliquid, manumittere: [\*Et hoc quidem multo frequentius est. *Habet* tamen illud *Liv.* 24, 18. Quos Sempronius ad Beneventum manu emiserat. V. *Ruhn.* ad *Ter. Ph.* 5, 5, 2. *Drak.* ad *Liv.* 39, 12, 6.] quod *emittere* absolute *Ter. Ad.* 5, 9, 19. dixit. [\*Adde *Pl. Ps.* 4, 2, 37.] *Tac. A.* 15, 19. *Emittere* manu adoptatos. *Cic. Coel.* 28. aliquid de manibus. Et *Liv.* 28, 42. e

manibus. [et Emittere manibus. Lic. 44, 36, 9. V. Drak. ad Liv. 22, 3, 10.] Phaedr. 1, 13. Emittit caseum ore, i. e. decidere passus est. [Emittit cautionem. Saepissime in Cod. Theod. legitur, nusquam in Dig. V. Brisson. de Verb. signif.] Plin. 11, 24, 29. Emittunt ova aranei. Id. 10, 33, 49. pulli hirundinum foris saturitatem, h. e. ventrem extra nidum exonerant. Id. 18, 20, 49. n. 4. Emittit folia. Id. 17, 22, 49. n. 11. Vitis emittit palmitem. Et 17, 12, 18. Ulmi emittuntur in ramos, h. e. sparguntur, diffunduntur. Et 16, 16, 28. Buxum emittit in metas, h. e. crescit in modum metae. P. Emittit se, prodire, exire, erumpere. Cic. Div. 2, 19. Si nubium conflictu ardor expressus se emisit. P. Part. Emittens ap. Cels. 7, 28. Ore vulvae non emittente, infans abrupitur. Emisurus ap. Justin. 11, 15. Supremas voces emisurus. P. [Confunduntur Emittit, Admittere, Amittit. V. Drak. ad Liv. 4, 12, 11. Heins. ad Ov. Met. 15, 650. Burm. ad Phaedr. fab. 1, 13. Porro Emisisse et Emisse. Drak. ad Liv. 35, 5, 5.]

[EMMANES, is, m. ἐμμανής, furibundus: ita vocatur herba eadem ac hyoseyamus. Appul. Herb. 4. F.]

\*EMMĀUS (vel Ammaus), untis, f. vicus Judaeae, prope Hierusalem, cui Romani post devictam Judaeam nomen mutarunt, Nicopolin a victoria appellantes. Plin. 5, 14. Reliqua Judaea dividitur in toparchias decem, — Hiericuntem, Emmaum, Lyddam etc. P. Audit et Emmaum, indecl. Ἐμμαῶνα, 1 Maccab. c. 3. v. 40. et c. 4. v. 3. P. Scribitur et Emaus, unica m. B. A.

\*EMMŌTON, i, n. ἐμμοτον, sc. φάρμακον, (ex ἐν in et μοτός linteum carptum), i. e. medicamentum, quod conceptis linteolis infusum intra ulcera reconditur. Theod. Prisc. 1, 28. e lect. Reines. P. Alias Graecis ἐμμοτον est ulcus cavum, et ἐμμοτος, qui eo laborat. B. A.

EMO, is, emi, emptum, vel emtum, a. 3. πωλεῖν, ὀρέσθαι, pretio aliquid mihi comparo, mercor, coemo. Est ab ἐμο, quod pro ἐμῷ cognato τοῦ ἀμῷ, attraho, per metonymiam vero pretio mihi comparo. Sunt qui derivandum putent ab ἐμός, nempe ἐμὸν ποίω, meum facio: hanc porro primariam esse hujus verbi notionem ostendunt verba composita demo, eximo. Cic. Dom. 44. Emit domum prope dimidio carius, quam aestimabat. Id. Att. 13, 31. Mille jugerum de M. Pilio emit. Id. Rosc. Am. 2. Bona Sex. Roscii de L. Sulla duobus millibus nummum se dicit emisse. Id. Att. 10, 5. Emere de Canulejo diversorium. Pl. Rud. prol. 59. Adolescens, qui puellam ab eo emerat. Cic. Off. 3, 14. Emit tanti, quanti Pythius voluit. Id. Att. 13, 29. Emere magno aut parvo. Id. Verr. 4, 2, 7. minoris aut pluris. Et Att. 1, 13. extr. Bene emere, i. e. parvo pretio. Et ib. 2, 4. male, i. e. magno pretio. [V. Burm. ad Ov. Am. 1, 10, 44.] Plin. 12, 7, 14. Piper pondere emitur. Nep. Att. 9. Emere aliquid in diem. P. [Emere vectigalia, decumam etc. pro conducere. V. Gron. ad Liv. 2, 9, 6.] P. Proverbium est, malo emere, quam rogare, apud Cic. Verr. 2, 4, 6. extr. cum aliquid minimo pretio, aut nulla difficultate haberi potest: tunc enim praestat emere, quam ad rogandum se demittere. Nulla enim res carius constat, quam quae precibus empta est, inquit Senec. Ben. 2, 1. P. Emere per aes et libram, V. in MANCIPIUM. P. Translate, emere sententias judicum, fidem, jusjurandum, veritatem, officium, religionem etc. apud Cic. Verr. 2, 3, 62. est largitione corrumpere judices, aut alios, et sibi obnoxios facere. Curt. 4, 1. Emere percussorem in aliquem. Tac. H. 4, 57. animos militum. [Flor. 3, 1, 9. Emere exercitum, h. e. pecunia corrumpere.] Ov. A. Am. 3, 652. munere custodem. Pl. Asin. 1, 1, 57. beneficiis aliquem. Claud. III. Cons. Honor. 188. emitur sola virtute potestas. Virg. G. 1, 31. Teque sibi generum Tethys emat omnibus undis. [Ov. Met. 8, 53. Qua dote vellet emi, ubi v. interpp.] Et A. 9, 206. Bene emitur honor vita. [Ter. Ad. 2, 21. Spem pretio non emo. Ov. A. Am. 2, 271. Turpiter his emitur spes mortis, ubi v. Burm.] Ov. Amor. 2, 10, 32. Emere sanguine aeternum nomen. Stat. Th. 1, 163. furtisque immanibus emptum est Oedipodae sedisse loco. Sil. 7, 620. vel morte emisse volebant Spectari Fabio. Id. 10, 287. quantine emptum velit Annibal, ut nos Verentes terga aspiat! Pl. Trin. 4, 3, 49. Talento inimicum mihi emi, amicum vendidi. P. Antiqui accipiebant pro accipere, sumere, teste Festo. V. ABEMERE et REDEMPTOR. P. Part. Emens ap. Justin. 11, 4. Captivorum pretium non ex ementium commodo, sed ex inimicorum odio extenditur. Empturus ap. eund. 23, 2. Uxor periculo spiritus sui emptura, ut extremos viri spiritus exciperet. Emendus ap. Cic. Cluent. 36. Opianicum judici ad emendas sententias dedisse pecuniam judicatum est. P. Emisiss pro emerim antiquum est. Pl. Cas. 2, 5, 39. quem locum referens Fest. in Titivillitium, habet empsitem. P. [Confunduntur Emendus et habendus, ut Ov. Tr.

1, 9, 44. Emisse et emisisse. Drak. ad Liv. 35, 5, 5.]

EMODĒROR, aris, dep. 1. idem quod moderor. Ov. Rem. Am. 130. Ille dolor verbis emoderandus erit.

\*EMODES et Emodus, Ἐμοδός, mons ingentis, vel potius montium continuitas. Plin. 6, 17. Emodi montes. Et mox: Imaus, Emodus. Et rursum: A montibus Emodis. Et 22. Ultra montes Emodos. P. Junctus, ut videtur, Immao fuit. Id. 5, 27. Imaus, mox Emodus etc. P. Emodes vocatur a Mela 1, 15. P. V. Hemodus. B. A.

\*EMODICUS, a, um, adj. Macer ap. Barth. Advers. 12, 20. Emodicum fertur cohibere tumorem, h. e. immodicum. B. A.

EMODULOR, aris, dep. 1. idem ac modolor. Ov. Amor. 1, 1, 30. Musa per undenos emodulanda pedes.

EMOLIMENTUM, i, n. opus improbo labore, et magno conamine perfectum: ab emolior. Imppp. Valens, Gratian. et Valentin. Cod. Theod. 15, 1, 19. Novum opus qui volet in Urbe moliri, sua pecunia absolvat, non contractis veteribus emolimentis, non effossis nobilium operum substructionibus. P. Translate. Caes. B. G. 1, 34. Neque exercitum sine magno commeatu atque emolimento in unum locum contrahere posse. Alii leg. molimento. Varr. R. R. 3, 14. Nunc de cochleis, ac gliribus quaero, quod reliquum est; neque enim magnum emolimentum est. Non istuc tam simplex est, inquit Appius, quam tu putas. Alii perperam leg. emolumentum. V. EMOLUMENTUM.

EMOLIOR, iris, itus sum, dep. 4. conando, moliendoque pervenio aliquo, aliquid ad finem perduco, perficio. Pl. Bacch. 4, 5, 2. Magnum molior negotium; metuoque ut hodie possim emolirier. P. Saepius usurpatur pro exscreare, expellere. Cels. 4, 6. Sicca tussis, quae nihil emolitur. Colum. 8, 5. ad f. Per nares emoliri pituitae nauseam. P. Emoliri fretum venti dicuntur, qui illud commovent et exagitant, apud Senec. Agam. 478.

EMOLITUS, a, um, part. ab emolo, ut Emolitur hordeum ap. Veg. Vetr. 3, 24.

EMOLLESCO, is, n. mollis fieri. Cels. 5, 28. n. 14. Sine ulla vi clavus emollescit. Al. rectius leg. mollescit.

EMOLLIDUS, a, um, adj. Liv. 34, 47. Labor, et aestus emollida et fluida corpora Gallorum reddit. Al. leg. mollia: quod Livium magis decere videtur.

EMOLLIO, is, ivi, itum, a. 4. μαλάσσω, mollem reddo, tenerum facio. Liv. 37, 41. Humor arcus, fundasque, et jaculorum amenta emollierat. Plin. 10, 60, 80. Ova aceto macerata in tantum emolliuntur, ut per anulos transeant. Id. 28, 19, 77. Emollire duritiam ventris. Et 20, 2, 6. et 27, 7, 28. alvum. Et 20, 23, 97. articulos contractos. Cels. 8, 4. med. Emolliendum id emplastrum adjecto cerato ex rosa. P. Translate. Ov. Pont. 2, 9, 47. ingenuas didicisse fideliter artes Emollit mores, nec sinit esse feros. Tac. Agr. 11. Plus ferociae Britannii praefurunt, ut quos nondum longa pax emollierit. Lucan. 8, 366. emollit gentes clementia coeli. Liv. 27, 3. Ne suum quoque exercitum nimia urbis amoenitas emolliet. Plin. 37, 10, 59. Gorgonia gemma emollit maria. Id. 35, 17, 57. Cimolia veros, et pretiosos colores emollit, h. e. jucundiores reddit. Aurel. Vict. Epit. 48. Emollire severa praecepta, mitigare. Et 1. auctoritatem principis, i. e. minuire.

\*EMOLLIS, e, adj. valde mollis. Avien. Hi celeri emolles currunt pede semper arenas. V. Barth. Advers. 28, 16. B. A.

EMOLLITUS, a, um, part. ab emollio, μαλακωδεις, mollis ac tener factus. Plin. 18, 7, 17. Triticum emollitum. Id. 26, 14, 87. Plantago igni emollita. Cels. 5, 26. n. 34. sub f. Emollitum ulcus. P. Translate. Liv. 38, 49. Hostis degener, et emollitus Asiae amoenitate, i. e. enervatus.

EMOLO, is, ui, itum, a. 3. idem quod molo, Pers. 6, 26. Messe tenus propria vive, et granaria (fas est) Emole, h. e. molendo exhauri, et liberalliter insumendo.

EMOLUMENTUM, i, n. ὀφέλημα, utilitas, lucrum, fructus. Videtur esse ab emolo, is, ut proprie dicatur de frugibus, quae moluntur, summamque praestant vitae hominum utilitatem. [V. infra quae Ruhnk. sit sententia de origine vocis.] Cic. Mil. 12. Boni nullo emolumento impelluntur ad fraudem, improbi saepe parvo. Id. Fam. 7, 10. ad f. Si tibi esse id emolumento sciam. Id. Or. 3, 85. Recte facta suscepta a viris fortibus sine emolumento ac praemio. Id. Fin. 3, 20. Emolumenta et detrimenta, quae ὀφέληματα, et βλάμματα appellant. [Cic. Off. 3, 5. Emolumenta rerum fallacibus indiciis videntur.] Gell. 13, 8. Emolumenta philosophiae. Pl. Trin. 3, 2, 68. Emolumentum honoris. Juven. 3, 21. artibus honestis Nullus in urbe locus, nulla emolumenta laborum. P. Ponitur et pro effectu, exitu, quia rerum utilitas et fructus in earum fine, et effectu positus est.

Justin. 9, 1. Bellum Graeciae inferre statuit: ad cuius rei emolumentum pertinere ratus, si etc., i. e. prosperum successum, faustum exitum. Impp. Sever. et Antonin. Cod. 7, 53, 2. Rem judicatam praeses provinciae, etiam pignoribus captis ac distractis, ad emolumentum perducere jubebit. Gell. 11, 13. Ut considerarem, quae vis, quodve emolumentum ejus sententiae foret. P. Emolumentum proprie est fructus, qui ex emolimento percipitur; illud ab emolo, istud ab emolior. Plerique tamen putant, emolumentum, et emolimentum non magis differre, quam monumentum, et monimentum: et cum emolumentum primo significet molitionem, et susceptionem, significare deinde etiam effectum molitionis, profectum atque fructum: quam quidem sententiam non improbandam putamus. [Egregia est de hac voce disputatio Ruhnk. ad Vell. Pat. 2, 87, unde haec transcribere non gravabor. Emolumentum sive Emolumentum, ab emoliri derivatum, primum significat molitionem difficilis rei, atque adeo ipsam difficultatem, ut apud Caes. B. G. 1, 34. deinde id, quod emolendo efficitur, effectum, profectum, efficaciam. Qua potestate Vell. delectatur. 1, 17. Congregatio ingeniorum, et in studium par et idem emolumentum. Hinc vocabula emolumentum, profectus, effectus tanquam eandem rem significantia inter se permutantur. Vell. 2, 105. 2, 114. 2, 115. Just. H. 9, 1. Plin. H. N. 18, 4. 28, 14. Gell. N. A. 10, 22. 11, 13. ubi vid. Gron., vocis vim breviter quidem, sed docte declarantem. 13, 8. Imp. Ant. Lib. 2. Cod. de Exec. rei jud. Quod ad vocis orthographiam attinet, Gesner. Thes. scribi vult emolimentum. Nostri quidem libri satis constanter habent emolumentum. Fortasse utraque scribendi ratio usitata fuit, ut in monumentum et monimentum. Adde optimum et optimus, maximum et maximus.]

EMORIOR, eris, ortuus sum, dep. 3. ἀποθνήσκω, idem quod morior, [Non recte praecipit; emori fortius est quam mori.] vel omnino morior. [Pl. Ps. 4, 7, 122. Actum est de me, jam moriar. — Herele haud te sinam emoriri, nisi argentum mihi reddatur, ubi moriar est: morti propinquus sum, emoriri, totum interire, plane exstingui. Sed Epicharmi versus apud Cic. Tusc. 1, 8. Emori nolo, sed me esse mortuum nihil aestimo, jam noli in hunc finem afferre. Nam, quod nexus ejus loci ostendit, non sibi opponuntur Emori et mori. Cf. Döderl. Synon. Fasc. 3. p. 184.] Cic. Or. 1, 57. Nasci prius oportere, quam emori. Id. Fam. 2, 15. Pro Pompejo emori possum. Id. Off. 3, 32. Aut vincere, aut emori. [Cic. Sen. 19. Quid autem tam secundum naturam, quam senibus emori. Recte animadvertit Döderl. l. c. emori hic dictum esse, non mori, quod senes mortui quodammodo jam videntur, sed non sunt emortui. Sall. Cat. 20. Nonne emori per virtutem praestat, quam vitam miseram atque inhonestam... per dedecus amittere, h. e. quam vitam miseram trahere ac paulo serius tamen amittere. Cf. Döderl. l. c.] Plin. 17, 24, 37. n. 3. Sorbus arbor emoritur. Id. 16, 6, 8. Carbo emoriens, desinente flatu. Vitr. 2, 9. med. Ulmus et fraxinus, simul vetustate sunt aridae factae, qui inest iis liquor stantibus, emoritur, fiuntque duriores, h. e. absumentur, siccatur. P. Dicitur et de membro aliquo sensum amittente. Cels. 5, 26. n. 34. extr. Membrum, quod paulatim emoritur, abscondere. [Hoc quoque loco propriam suam vim exserit Emori. Dicitur puta: quod paulatim quidem, sed tamen omnino moritur.] Et ib. 28. n. 14. Clavum radere commodissimum etc., si sanguinis quoque aliquid emissum est, saepe emoritur. P. Translate. Cic. Par. 2. Quorum laus emori non potest. Cels. 2, 10. Emoritur vis, si quae supererat. Quint. 12, 10. ad f. Evanescent haec atque emoriantur comparatione meliorum. Ov. Rem. Am. 654. Perque gradus molles emoriatur amor. P. [Gerhard. ad Cic. Sen. 19, 71. observat, apud Ciceronem infinitivum tantum hujus verbi in usu esse. Quod casu magis accidisse arbitror, quam ideo, quod non in usu fuerit.] P. Emoriens terra apud Curt. 4, 7. est, quae veluti mortua, nullam vim habet progignendi. P. In infinito olim fuit quarta conjugat. Pl. Ps. 1. supra allato. Ter. Eun. 3, 2, 42. Risu omnes, qui aderant, emoriri.

EMORSUS, a, um, part. ab emorere, ἀποκινθίζω, morsus. V. locum Plinii 24, 11, 57. in ALYSSON.

EMORTUALIS, e, adj. qui ad mortem pertinet, ut Emortualis dies est, quo quis mortuus est. Pl. Ps. 4, 7, 139. Certum est mihi hunc emortualem facere ex natali die.

EMORTUUS, a, um, adj. idem quod mortuus, Pl. Poen. 4, 2, 18. Emortuo verba facere. Id. Aul. 4, 5, 1. Emortuum ego me mavelim leto malo. Plin. 20, 9, 34. Emortuos partus pellere. Id. 35, 10, 36. n. 19. Ne emortuo lacte sanguinem lambat. Pl. Ep. 1, 2, 14. Auxilium emortuum, h. e. quod nullum est.

EMOTUS, a, um, part. ab emovere, ἀποκινθίζω, loco motus, amotus, remotus. Virg. A. 2, 493. emoti procumbunt cardine postes. Et 610. magnoque emota tridenti Fundamenta quatit. Colum. 3,

18. Quidquid emoti soli vineis praeparatur, consuetudo repastinatum vocat. [\*Col. 3, 13, 10. Emota terra.] *Liv.* 27, 3. Milites emoti aedificiis, i. e. exclusi. *Senec. Contr.* 13. ante med. Differebatur distortis manibus, emotis articulis. *Virg. A.* 6, 382. His dictis curae emotae, pulsusque parumper Corde dolor tristi. *In formula voli* apud *Liv.* 41, 21. Pestilentia ex agro Romano emota. *Id.* 38, 47. sub f. Antiochus ultra juga Tauri emotus. *Id.* 45, 15. Emotus senatu. P Commotus, turbatus. *Sil.* 17, 284. Venus emoti facie conterrita ponti. *Senec. Cons. ad Polyb.* 37. Emota mens, h. e. insana. V. MOTUS, a, um.

EMOVEO, es, ovi, otum, a. 2. ἀπάγω, ἀποκινέω, loco moveo, amoveo, removeo. *Liv.* 6, 38. Lictores, qui de medio plebem moverent, misit. *Id.* 25, 1. Emovere e foro multitudinem. Al. leg. removeo. *Id.* 45, 15. Senatu emovere aliquem. *Id.* 30, 23. Emotis curia legatis. [\*V. *Drak.* ad *Liv.* 42, 50, 6.] *Hor. Sat.* 2, 3, 28. Novus morbus veterem emovit. P Apud *Val. Max.* 2, 4, n. 5. emovere flammam spiritu, est excitare. P *Emovere labia* est in anteriorem partem movere, projectis labiis aliquid pronunciare, ut cum dicimus vos. Ita *Nigid.* ap. *Gell.* 10, 4. P *Emostis* syncope est pro *emovistis*. *Liv.* 37, 53. ad f. Ultra Tauri juga Antiochum emostis. Al. leg. *emovistis*. P Reperitur etiam *exmoveo*. *Pl. Truc.* 1, 1, 59. Suum nomen omne ex pectore exmovit meo. P [\*Confunduntur *Emovere* et *amovere*. *Liv.* 26, 34, 10.]

EMPANDĀ, ae, f. paganorum Dea, apud *Fest.* Alii dictam putant, quod patentibus pagis, non clausis more urbium, praesesset. Alii a *pane dando*, et intelligi Cererem. V. PANDA.

EMPEDOCLES, is, m. Ἐμπεδοκλῆς, philosophus Agrigentinus, de rebus naturalibus versibus scripsit, et egregium poema fecit. Dixit ex concordia et amicitia elementorum cuncta constare, eorum discordia et inimicitia dissipari et dissolvi. De ejus morte narrat, illum clam, relictis sociis, Aetnam Siciliae montem ascendisse, et in ardentem ejus craterem se coniecisse, eo consilio, ut, cum nunquam appareret, crederetur factus esse immortalis, sed ejectionis impetu ignis ferreis ejus crepidis, rem fuisse deprehensam. *Cic. Or.* 1, 50, *Amic.* 7, et *Hor. Ep.* 1, 12, 20, et *Art. P.* 464.

EMPEDOCLEUS, a, um, adj. Ἐμπεδοκλέος, ad Empedoclem pertinens. *Cic. Q. Fr.* 2, 11. Si Sallustii Empedoclea legerit. Adde *Tusc.* 1, 17. extr.

EMPENETICĀ, ae, f. ἐμπενητική, vox ficta ab ἐμπενώ, valde esurio, ars nempe strenue esuriendi. *Coel.* ad *Cic. Fam.* 8, 1. Ita ut in urbe, ac foro toto maximus rumor fuerit, te a Q. Pompejo in itinere occisum. Ego, qui scirem Q. Pompejum Baulis empeneticam facere, et usque eo, ut ego misererem ejus esuriei, non sum commotus. Hic *Coelius* salse deridet Q. Pompejum, qui exsilio damnatus Baulis degebat in summa rei familiaris inopia, ut constat ex *Val. Max.* 4, 2, n. 7, quemque propterea, cum *Catull.* 21, 1, recte dixeris *patrem esuritionum*. Dicitur autem *empeneticam facere*, sive *exercere*. [\*Adde *Salm.* ad *Solin.* p. 707.] P Sunt tamen qui legere malint *embaenetiam*, artem scilicet naviculariam, ab ἐμβαίνω, navim conscendo; alii *emeticam*, ab ἐμέω, vomo, quasi vero Q. Pompejus quotidie vomendo vorandi facultatem moliretur, quod frequentatum fuisse constat a Romanis, ac praecipue ex *Cic. Att.* 13, 52, de *Caesare*. Unctus est, accubuit, *ἐμεικνῆρ* agebat; alii denique alia comminiscunt minus probanda.

EMPETROS, i, f. herba eadem quae calcifraga, quam vocem vide suo loco. *Plin.* 27, 9, 51.

EMPHĀSIS, is, f. ἐμφασις, significatio: Graeca vox, ab ἐμ, et φημί, dico, qua notatur figura oratoria, cum verba ponimus, quae plus significant, quam eloquuntur, ut ait *Quint.* 8, 2. Ejus duae sunt species: altera, quae plus significat, quam dicit, ut in illo *Virg. A.* 2, 262 *demissum lapsi per funem*. Nam sic altitudo equi Trojani demonstrata est. Altera, quae etiam id quod non dicit, ut *Cic. Ligar.* 5. *Sin hac tanta tua fortuna lenitas tanta non esset, quantam tu per te, per te, inquam, obtines: intelligo, quid loquar* etc. *Quint.* 8, 3, sub f. [\*Cf. *Ernest. Lex. Technol. lat.* p. 357.] P A *Cic. Or.* 3, 53. Latine dicitur ad plus intelligendum, quam dixeris, significatio: et inter figuras sententiarum enumeratur. Adde *Or.* 40. extr. Etiam *Auct. ad Her.* 4, 53. Significatio est, inquit, quae plus in suspitione relinquit, quam positum est in oratione. V. ibi cetera. [\*Possis etiam pondus dicere. V. *Ernest. Lex. Technol. lat.* p. 293.] P Ipsa autem vox *Emphasis* Latine litteris legitur apud *Quint. locis cit.* Sic *Ascon.* in *Verr.* 1, 9. Magna *emphasi dicitur* dixit: et significat breviter etc.

EMPHRACTUS, a, um, adj. undique tectus, ab ἐμφράσσω, obstruo, obturo, inferio: ut *emphractae nares*, h. e. tectae, apud *Ulp. Dig.* 14, 1, 1. a med. ubi tamen alii aliter. P *Emphractum*, i, n. absolute est opsonii intriti genus, quod rebus invi-

cem mixtis et coactis obduratisque coagulatum quasi apparet: ejus condiendi rationem docet *Apic.* 9, 14, ubi alii *perperam leg. ambractum*.

EMPHRAGMĀ, ātis, n. obturamentum, obex, ab ἐμφράσσω, obstruo. Apud *Veg. Vetr.* 1, 47. est morbus, quo jumentorum intestina obstruuntur. [\*Latinis hic morbus *praecooccupatio* dicitur. Cf. *Veg.* 1, 40.]

EMPHYTEUMĀ, ātis, n. ἐμφυτεύματα, plantatio, insitio, et praecipue opera diligens ejus, qui *Emphyteuta* est circa fundum emphyteuticum, vulg. *melioratio*: vox Graeca ab ἐμφύττω, planto. *Imp. Zeno Cod.* 4. tit. 56, qui *De Jure emphyteutico* inscribitur, leg. 3, ubi alii Graece, alii aliter.

EMPHYTEUSIS, is, f. ἐμφυτεύσις, insitio, sive plantatio, a φύτεω, planto. Apud *Jctos* est contractus juris civilis, quo praedium quoad dominium utile alicui ad longum tempus, vel in perpetuum conceditur, ea conditione, ut certam pensionem solvat. [\*ut respondeat nostrum *Erbracht*.] Olim agri inculti, ac minus fructiferi hoc modo dabantur, ut plantatione et cultu meliores utilioresque redderentur. Postea usus obtinuit, ut etiam agri fecundi in emphyteusim darentur. *Imp. Zeno loc. cit. in voce praeced. leg.* 1. et 2. [\*Adde *Inst.* 3, 25, 3.]

EMPHYTEUTĀ, ae, m. qui fundum, vel agrum alicujus in emphyteusim acceptum colit. *Imp. Zeno Cod.* 4, 56, 3.

EMPHYTEUTICĀRIUS, a, um, adj. idem quod emphyteuticus, ut jus emphyteuticarium. *Imp. Zeno loc. sup. cit.* P *Emphyteuticarius*, ii, idem qui Emphyteuta. *Imp. Constant. Cod.* 11, 62, 1.

EMPHYTEUTICUS, a, um, adj. ad emphyteusim pertinens, ut Emphyteuticum praedium, *Imp. Diocl. et Maxim. Cod.* 5, 71, 13. Emphyteuticum jus, *Imp. Zeno Cod.* 4, 66, 3. *Macer Dig.* 2, 8, 15. Qui vectigalem, vel amphyteuticum agrum possidet, possessor intelligitur.

EMPIRICE, es, et Empirica, ae, f. ἐμπειρική, Medicinae pars, quae sola experientia curat: ab ἐμπειρία, experientia. *Plin.* 29, 1, 4. Alia factio (ab experimentis cognominant empiricem) coepit in Sicilia. *Marc. in Carm. de Medicin.* 6. Quod logos, aut methodus, simplexque empirica pangit.

EMPIRICUS, i, m. medicus nempe, qui sola experientia medetur, ab ἐμπειρος, usu peritus. *Cels. praef.* Qui se ἐμπειρικός, ab experientia nominant. *Cic. Acad.* 4, 36. Nec eo tamen ajunt empirici notiora esse illa, quia etc. P *Empirica, orum*, sunt empiricorum dogmata. *Plin.* 20, 12, 48. *Diodotus* scribit in empiricis etc. P Multa de empiricis *Cels. praef.*

EMPLASTRĀTIŌ, onis, f. unctio per emplastrum. Translate dicitur de arboribus, cum cortex eximitur inoculationis gratia, ut aptari queat cortex par ex altera arbore. *Plin.* 17, 16, 26. *Colum.* 11, 2. ante med. et 5, 11. et *Pall.* 7, 5. etc. V. INOCULATIO.

EMPLASTRATUS, a, um, part. ab emplastro, emplastratione insitus. *Pall.* 12, 7. de pomis sub f. Emplastris pluribus gemmis.

EMPLASTRO, as, a. 1. emplastratione inserere. *Colum.* 5, 11. a med. Alterius arboris, quam emplastraturus es, nitidissimum ramum eligito. Adde *ib.* 11, 2. ante med. et *Pall.* 12, 7. de pomis sub f.

EMPLASTRUM, i, n. ἐμπλαστρον, medicamentum, quod ex variis rebus conflatur, et exterius imponitur: ab ἐμπλάσσω, illino. Differt a malagmate, quod maxime ex floribus, eorumve surculis fit: emplastrum vero plerumque ex metallicis. Differt a pastillo, quia pastillus tantummodo ex aridis fit, emplastrum utique liquati aliquid accipit. Haec *Cels.* 5, 17. [\*Emplastra in instrumenti medici esse testatur *Paull. Sent.* 3, 6, 52.] Utuntur praeterea hac voce *Cato R. R.* 39. *Plin.* saepe, et *Scribon.* P Ad hujus medicamenti similitudinem *emplastrum* dicitur, et *emplastratio* insitionis genus, quo gemmas cum exiguo cortice in partem sui delibratam arbor recipit. Plura de ea *Colum.* 5, 11., de arborib. 26., *Plin.* 17, 14, 23. et *ib.* 16, 26. et *Pall.* 3, 17. V. INOCULATIO. P Translate. *Laber.* ap. *Gell.* 16, 7. extr. Quid est jusjurandum? emplastrum aeris alieni. *Gell.* *ib.* notat, quosdam sui temporis semidoctos dixisse *emplastra*, ae, f.

EMPLECTON, i, n. ἐμπλεκτον, ab ἐμπλέω, implico, innecto: est structurae muri genus, in quo latericiis frontibus tantummodo expolitatis, interiora temere caementis farciuntur et replentur, alternis tamen coagmentis, seu frontatis laterculis, alligantur: in eo vero differt a *diamicto*, quod hujus binae frontes latericiae nullis coagmentationibus connectuntur. *Plin.* 36, 22, 51. et *Vitr.* 2, 8. V. DIAMICTON.

EMPLEUROS, ἐμπλευρος, plena est bona latera habens. Vox Graeca a πλεωρία, latus: quae legitur apud *Lucil.* cujus verba V. in MAMPHULA.

[EMPNEUMĀTOSIS, is, f. ἐμπνευματώσις, inflatio, flatuum generatio, morbi genus. *Coel. Aurel. Tard.* 3, 8. Conjienda est inflationis medela,

quam Graeci empneumatosin vocant. Adde *Marcell. Empir.* 20. F.]

[EMPOLUS, i, m. ab ἐμπολεύς, mercator. Est cognomen Romanum. *Inscr.* ap. *Mur.* 1782, 35. L. Appulejus Empolus. F.]

\*EMPONĒMA, ātis, n. ἐμπόνημα, Latinis *Melioratio* dicitur; et est Jus, quod emphyteuta acquirat. Primum enim sic coepit contractus emphyteuticus, ut sterilia tantum concederentur, in meliorem statum plantationibus reddenda. Exstat vox apud *Justinianum* in l. ult. C. de jur. emphyteut. Suas meliorationes, quae Graeco vocabulo ἐμπενήματα dicuntur. Cf. l. 2. ubi *empnemata* Latinis litteris scribitur in *Gothofr. B. A.*

EMPORETICUS, a, um, adj. ἐμπορητικός, ad mercaturam pertinens, ab ἐμπορέω, mercaturam facio. *Charta vero emporetica*, dicitur, in qua mercis a mercatoribus involuntur, Itali dicunt *carta straccia* aut *da involti*, [\*nos: *Packpapier*.] quaeque scribendo inutilis est. *Plin.* 13, 12, 23. Nam emporetica inutilis scribendo, involucris chartarum, segestriumque in mercibus usum praebet, ideo a mercatoribus cognominata. Et *mox*. Emporeticae brevitatis sex digitos non excedit.

\*EMPORIA, orum, n. τὰ Ἐμπορία, (ab ἐμπορίων, emporium,) regio Africae propriae, juxta minorem Syrtem, ubi Leptis parva. *Liv.* 29, 25. [\*V. *Duk.* ad h. l.] et 34, 62. P *Punica emporia* audit *Liv.* 29, 33. extr. B. A.

\*EMPORIAE, arum, Ἐμπορίαί, oppidum Hispaniae Tarraconensis. *Mela* 2, 6. *Liv.* 21, 60. et 28 42. [\*Cf. *Drakenb.* ad priorem *Liv.* locorum.] *Plin.* 3. *Sil.* 3. v. 369. P Colonia fuit Phocaeensium, ut patet ex *Plin.* et *Sil. l. l.*, collato *Liv.* 1, 26, 19. et 34, 9. qui in posteriore loco refert geminae proprie Emporiarum fuisse oppida, quorum unum a Graecis, alterum ab Hispanis habitabatur. P Hodie, ut videtur, est *Ampurias* sive *Castellon de Ampurias* in Catalonia. B. A.

EMPORITĀNUS, a, um, adj. ad Emporias pertinens, quae est urbs Hispaniae Tarraconensis ad mare, quam *Liv.* 34, 9. describit, nunc *Ampurias* dicta. P *Emporitani, orum*, sunt ejus urbis incolae. *Id.* *ib.* 16.

EMPORIUM, ii, n. ἐμπορίον, locus mercatus, forum nundinarium, ubi res venales exponuntur; ab ἐμπορος, mercator, vel ab ἐμπορέω, negotior. *Cic. Att.* 5, 2. Cum per emporium Puteolanorum iter facerem. *Plin.* 6, 20, 23. Perimulae promontorium, ubi est celeberrimum Indiae emporium. *Liv.* 35, 10. extr. Aediles porticum unam posuerunt extra portam Trigeminam, emporio ad Tiberim adjecto. Adde 41, 27. *Pl. Amph.* 4, 1, 4. Apud emporium, atque in macello, in palaestra, atque in foro quaeritando. P Etiam ad Padum duo olim emporia fuerunt prope Placentiam. *Liv.* 21, 57. Emporium prope Placentiam fuit, et opere magno munitum, et valido firmatum praesidio: ejus castelli expugnandi spe cum equitibus ac levi armatura profectus Annibal. Et *mox*. Ad Victumvias ire pergit oppugnandas Annibal. Id emporium a Romanis Gallico bello fuerat munitum.

EMPOROS, i, m. ἐμπορος, mercator. Graeca vox, quae Latine scripta litteris legitur ap. *Pl. Merc.* 1, 1, 9. Hinc *Auson.* ep. 22, 28. Novusque pollet emporus.

EMPTITO. V. EMPTITO.

EMPTICIUS, a, um, adj. qui est de numero eorum, quae empta sunt, vel emi solent. *Varr. R. R.* 3, 2. Hic aprum glans cum pascit empticia, facit pinguem: illic gratuita exitem. [\**Varr. R. R.* 3, 17, 6. Emptitia salsamenta.] *Petr. Sat. fr. Trag.* 47. *Burm.* Empticius, an, inquit, domi natus es? Neutrum, inquit cocus, sed testamento Pansae tibi relictus sum. *Inscr.* ap. *Grut.* 1111, 14. sed emendatior apud *Passion.* cl. 4. n. 6. Dis Manibus Alypi Imp. Aug. servi ministratores et vernae Spondon, et Hermes empticii de suo fecerunt: vixit ann. XXIII.

EMPTIO et Emtio, onis, f. ἔμψις. *Cic. Caec.* 6. Emptionem facere. *Id.* *Att.* 12, 3. Tres habet conditiones, aut emptionem ab hasta, aut delegationem, etc. *Tac. H.* 3, 34. Aspernari emptionem mancipiorum. *Suet. Aug.* 24. Imminere emptioni. [\*i. e. propensum esse ad emendum.] *Id.* *ib.* 98. Absumere pecuniam in emptionem mercium. *Varr. R. R.* 2, 7. med. Emptio equina similis fere, ac boum, et asinorum. *Gell.* 12, 12. extr. Competitores emptionis. *Plin.* 33, 3, 13. Emptiones, quae mancipii sunt. V. MANCIPIUM. P Apud *Seae. Dig.* 32, 1, 102. et *Ulp. ib.* 33, 7, 12. sub f. emptiones sunt tabulae, seu instrumenta emptionum. P Formulam veterem emptionis ovium habes ap. *Varr. R. R.* 2, 2., suum vero *ib.* 4. et boum *ib.* 5.

EMPTIONĀLIS, e, adj. *Cic. Fam.* 7, 29. Si inter emptionales senes venale proscrisperit. Sed legendum est *Coemptionales*; quam vocem V. suo loco.

EMPTITĀTUS, a, um, partic. ab *emptito*, frequent. *Colum.* 8, 10. ad f. Ternis denariis singuli emptitati.

EMPTITO et Emtito, as, a. 1. frequenter emo-



Tac. A. 14, 41. Qui talem operam emptitasset, vendidissetque, perinde poena teneretur, ac, etc. Pl. Cas. 2, 5, 39. Non ego istuc verbum emptitem titivillio. Festus in Titivillio habet emptitem; plures emissim, aut syncop. Emsim pro Emerim. Plin. ep. 6, 19. Quidquid venale audiunt, emittant.

EMPTIVUS, a, um, adj. empticius. Emptius miles est mercenarius. Festus.

EMPTOR et Emtor, oris m. ἄρτης, qui emit. [Ulp. Dig. 21, 1, 19, 5. Emtorem accipere debemus eum, qui pretio emit; sed si quis permutaverit, dicendum erit, utrumque emtoris et venditoris loco haberi.] Cic. Off. 3, 12. Ne quid omnino, quod venditor norit, emptor ignoret. Id. Q. Fr. 2, 2. Tusculano emptor nemo fuit. Hor. Ep. 2, 2, 167. Emtor Aricini quondam, Vejentis et arvi, Emtum coenat olus. Id. Sat. 1, 2, 88. Emtor hians. Id. Od. 3, 6, 32. Emtor pretiosus, h. e. qui magno pretio res coemit. Sall. Jug. 39. extr. Urbem venalem, et mature perituram, si emptorem invenerit. [Adde Plin. Epp. 10, 97.] Pl. Poen. 1, 2, 128. Invendibili merce, oportet utro emptorem adducere: proba merx facile emptorem reperit, tametsi in abstruso sita est. P. Emtores honorum sunt sectores, qui damnatorum, debitorum, et proscriptorum bona sub hasta venalia emunt: quod genus hominum semper male audit, Cic. Quint. 15. extr. et Sall. apud Gell. 18, 4. P. Emtor familiae erat emptor imaginarius, qui abhibebatur in illo testamento genere, quod Gell. 15, 27. appellat per emancipationem familiae, seu per aes, et libram, in quo testator cupiam res et familiam suam imaginaria venditione alienabat, hieque aere ac libra adhibita emere se simulabat, ob id solum, ut testator vivens quodammodo alienasse videretur, quae demum post mortem ejus is, qui tum fictum emtorem agebat, tanquam legitimus heres acciperet. V. COEMPTIONALIS. Aliquando tamen hujusmodi emptor alius erat ab herede, ut in testamento Augusti, de quo Suet. Ner. 4. Ex hoc Domitius nascitur, quem emptorem familiae pecuniaeque in testamento Augusti fuisse, mox vulgo notatum est.

EMPTRIX et Emtrix, icis, f. quae emit. Modest. Dig. 21, 2, 63. Cum emptrix non provocaverit. [Adde Cod. 4, 54, 1.]

EMPTURIENS, entis, partic. ab inus. empturio, cupiens emere. Varr. in prooem. l. 2. de R. R. 6. Propterea quod te empturientem in campos Maeros ad mercatum adducunt crebro pedes.

EMPTUS et Emtus, a, um, partic. ab emo, pretio comparatus, coemptus. Hor. Ep. 2, 2, 168. Emtum coenat olus: emptis Sub noctem gelidam lignis calefactat ahenum. Pl. Poen. 4, 2, 20. Servi pretiis maximis empti. Ov. A. A. 3, 165. Femina procedit densissima crinibus emptis. Id. Am. 1, 10, 39. Turpe reos empta miseros defendere lingua. Suet. Gramm. 13. Staberius hero suo emptus de catasta. Id. Aug. 64. Cajum, et Lucium adoptavit domi, per assem et libram emptos a patre Agrippa. V. EMANCIPATIO et EMANCIPIUM. P. Translate est largitione corruptus. Cic. Att. 16, 15. Cum eam defendere coepisset, non modo deseruit emptus pecunia, sed etiam evertit. Id. Pis. 15. Duo tribuni plebis de lapide empti. V. LAPIS. Id. Att. 1, 18. Emptum iudicium. P. Ex empto, aut vendito aliquid agere, apud Ictos est ex contractu emptiois, aut venditionis agere. Cic. N. D. 3, 30. Quae ex empto aut vendito, conducto aut locato, contra fidem fiunt. Paul. Dig. 21, 2, 18. Ex empto conveniri. Ulp. Dig. 17, 1, 14. Teneri iudicio ex empto. Et ibi. Ex empto obligatus. Id. ibi. 19, 1. qui De actionib. empti, et venditi inscribitur, leg. 14. Ex empto actione is, qui emit, utitur. P. Translate. Hor. Ep. 1, 2, 55. empta dolore voluptas, h. e. comparata, et Ep. 18, 48. pulmenta laboribus empta. Lucan. 10, 107. Pax empta donis. Et 7, 282. aut emptum minimo vult sanguine quisquam Barbarus Hesperiiis Magnum praepone rebus? etc. Virg. A. 10, 503. Turno tempus erit, magno cum optaverit emptum Intactum Pallanta. Sil. 5, 601. seroque emptum volet impia Roma Non violasse, etc. P. Ad scriptionem quod attinet, qui emptus inserto p scribunt, nituntur antiquis lapidibus ac monumentis, quae multo plura sunt, quam quae sine p exhibent, ut vel ipsi Dausq. et Cellar. fatentur, quavis hi conjuncti cum aliis multis criticis ipsum p extritum velint. Nam tribus, aut quatuor pro se allatis lapidibus addunt auctoritatem grammaticorum veterum, Terentii Scauri, et Marii Victorini, quibus p supervacua videtur. Addunt et rationem, quod ea littera in praesenti verborum emo, sumo, como, demo nulla sit: nullam ergo ne in supinis quidem esse debere. Quae omnia id efficiunt, ut qui emtus, sumtus, comtus scribit, reprehendi non debeat. Sed qui antiquitatis consensum sequetur, quae frequentius emptus etc. exhibet, mihi videtur laudandus magis.

\*EMPULUM, i, n. oppidum Latii. Liv. 7, 18.

[EMPHYCUS, i, m. ἔμφυκος, qui abscessu thora-

cis laborans, ibidem collectum pus e pulmonibus exscreat: a praeposit. ἐν, in, et ἄνω, pus. Marc. Empir. 7. Empyicis, vel haemoptoicis, id est, qui sanguinem de visceribus per os ejectiont, etc. Theod. Prisc. 2, 10. Empyici frequenter fiunt, ulcere in interioribus, vel apostemate praecunte. F.] EMUCIDUS, idem quod mucidus. V. EJUNCIDUS.

EMUGIO, is, ivi, itum, a. 4. ἐμυζίασμα, idem, ac mugio, vel cum mugitu profero. Quint. 2, 12. a med. Clamant ubique, et omnia, levata (ut ipsi vocant) manu, emugiant. Sever Actn. 294. et longas emugit buccina voces.

EMULGEO, es, ulsi, uletum, a. 2. ἐμυλίζω, mulgeo, mulgendo tollo. Colum. 7, 3. a med. Sed priusquam hoc fiat, exiguum emulgendum est, quod pastores colostram vocant.

\*EMULGO, as, a. 1. Unius cod. lectio ap. Liv. 9, 46, 5. V. Drak. ad h. l.

EMULSUS, a, um, partic. ab emulgeo. Catull. 68, 110. Siccare emulsa pingue palude solum, h. e. exhausta.

EMUNCTIO, onis, f. actus emungendi. Quint. 11, 3. ante med. Cum emunctio etiam frequentior non sine causa reprehendatur.

\*EMUNCTORIUM, i, n. in instrumento candelabri refertur. Vulgat. Exod. 25, 38. B. A.

EMUNCTUS, a, um, partic. ab emungo, emungendo purgatus, et dicitur proprie de naribus. Hinc translate emunctae naris homo dicitur, qui est acris ingenii ac iudicii, solers, perspicax, acutus ad indagandum, dijudicandum, intelligendum: ducta ex eo metaphora, quia emunctae nares acriorem sensum habent, et acutius distinctiusque odorantur. Phaedr. 3, 3. Aesopus naris emunctae senex, Natura nunquam verba cui potuit dare. Hor. Sat. 1, 4, 7. de Lucilio. facetus, Emunctae naris, durus componere versus. Nisi malis legere: Emunctae naris durus componere versus, h. e. durus in componendis versibus emuncta nare factis. Ceterum etiam acutae naris, et obesae naris homo (de quibus V. in NARIS) ad ingenium transferuntur. Don. ad Ter. Phorm. 4, 4, 1. emunctae naris interpretatur elegantem, et facetum: quasi ducatur metaphora ex eo, quod qui elegantiae student, et munditiae, nunquam non emunctas nares habent. Sed haec ad Horatii, aut Phaedri sententiam non faciunt. P. Praeterea emunctus dicitur, cui aliquid ablatum est, spoliatus, fraudatus, exhaustus. Pl. Bacch. 5, 1, 15. Sic miserum me auro esse emunctum! Hor. A. P. 238. audax Pythias emuncto lucrata Simone talentum. P. Item qui in dicendo pressus est, et purgata, nitida, nihilque supervacui aut sordidi habente oratione utitur: ducta translatione ab emunctis naribus, et sordium vacuis. Quint. 12, 10. Attici limati quidem, et emuncti, nihil inane, aut redundans ferebant: Asiana gens tumidior alioqui, atque jactantior, vaniore etiam dicendi gloria inflata est.

EMUNDATIO, onis, f. actus emundandi. Tertull. Baptism. 5. et adv. Marcion. 4, 9.

EMUNDATUS, a, um, partic. ab emundo. Colum. 3, 15. Seritur ergo prius in emundata pastinatione. Id. 11, 2. med. Torcularia et fora diligenter emundata, lotaque.

EMUNDO, as, avi, atum, a. 1. ἐμυδαίνω. Colum. 2, 15. Quaedam pluvii diebus, ut bubilia, et ovilia, debent emundari. Id. 8, 4. Pulvere et cinere gallinae plumas, pennasque emundant. Id. 11, 2. ab in. Emundare segetes. Et 12, 23. vinum, h. e. a faecibus purgare. Et 50. a med. faeces et amurcam. P. Part. emundans ap. Vulgat. Malach. 3, 3. B. A.

EMUNGO, is, nxi, netum, a. 3. ἀπομύνω, nares purgo. Varr. ap. Non. 7, 111. Eam sunt consecuti corporis siccitatem, ut neque spuerent, neque emungerentur. Joculariter Pl. Cas. 2, 6, 39. At tu ut oculos emungere ex capite per nasum tuos. (Graeca constructio.) Auct. ad Her. 4, 54. Ut si salsamentarii filio dicas: quiesce tu, ejus pater cubito se emungere solebat. scil. hujusmodi artifices, cum sordentes habeant semper manus, si quando nares emungere opus est, cubito id facere coguntur. Suet. in vit. Hor. Quoties ego vidi patrem tuum cubito se emungentem? Juven. 6, 146. Jam gravis est nobis, et saepe emungeris: exi, h. e. vetula es, et pituita stiriisque nasi laboras. P. Translate est fraudare, spoliare, fraude extorquere. Ter. Phorm. 4, 1. Emunxi argento senes. Pl. Bacch. 4, 4, 50. Emungam hercle hominem probe hodie. [Adde ibi. 5, 1, 15. Miserum me auro esse emunctum. Latini sequuti sunt in hac loquutione Graecos, qui ἀπομύνω in hunc usum adhibent, animadvertente Ruhnk. ad Ter. l. d. Burn. ad Prop. 2, 13, 8.] P. Emunxti syncope pro emunxisti legitur ap. Pl. Most. 5, 1, 59.

EMUNIO, is, ivi, et ii, itum, a. 4. καταμύνω, idem quod munio, vel probe munio. Col. 5, 6. a med. Vites ab injuria pecoris caveis emuniri. Senec. Clem. 1, 19. In ascensum arduos colles emunire. Virg. A. 8, 227. fultosque emuniri obijce postes. P. Emunire silvas est purgare, pervias

facere, et itineri aptas: Emunire paludes, siccare, et calcabiles reddere; quo sensu etiam munire vias dicimus. Tac. Agric. 31. Corpora ipsa ac manus silvis ac paludibus emunientis, verbera inter ac contumelias conerunt. [\*Scilicet praepositio initium ejus rei fieri significat, quae in verbo inest, animadvertente Hertel. Cf. Emereri, Emirari etc.] P. Emunire toros ap. Stat. Theb. 1, 518. est insternere, et discumbendi gratia parare. P. Translate. Senec. Contr. 3, 17. a med. Olim jam adversum hunc metum emunivit animum.

EMUNITAS, atis, f. immunitas. Usus est Tert. Resurr. 58., ubi alii melius leg. immunitas.

EMUNTUS, a, um, partic. ab emunio, καταμύνω. Liv. 24, 21. extr. Locus arcis in modum emunitus. Id. 21, 7. Murus supra cetera modum altitudinis emunitus. [\*Cf. plura exempla apud Drak. ad h. l.] Colum. 1, 6. a med. Sic emunita sola, et latera horreorum prohibent curulionem, h. e. tectorio convestita, et amurca per-fusa. Liv. 26, 46. Locus opere emunitus.

EMUSCO, as, a. 1. muscum adimo, purgo. Colum. 11, 2. ante med. Oleae putantur, et emuscantur. Al. leg. muscantur.

EMUSSITATUS, adamussim factus. Fest. Adde Pl. Mil. 3, 1, 38., ut quidem legit Non. 1, 28. Et 6, 48. et alii. Reponunt plerique omnes amussitatus. Est enim ab amussis.

EMUTATUS, a, um, partic. ab emuto, mutatus. Quint. 8, 2. ad f. Emutatis in perversum dictis.

EMUTIO, is, n. 4. ἔμυζω, sileo. Pl. Merc. 5, 2, 55. Etiam emutis! omnia commonstrabo. Ita quidam Lexicographi. At meliores libri habent, etiam metuis! quod etiam magis consonum iis, quae ibi dicuntur.

EMUTO, as, avi, atum, a. 1. idem quod muto. Manil. 5, 149. appositis caput emutare capillis. V. etiam locum Quint. in EMUTATUS.

EMYDES, um, f. plur. ἔμυδες, a Graecorum nonnullis appellatur genus testudinum in dulci aqua viventium. Plin. 32, 4, 14. Harum meminit et Aristot. l. 8. Hist. anim. c. 2.

EN, adv. ἔνι, Hebr. עִנַּי, ecce: factum per apocopen a vocibus Graeca et Hebraica allatis. Cic. Deiot. 6. En crimen, en causa, cur regem fugitivus, dominum servus accuset. [\*De sequente nominat. aliud exemplum est ap. Hor. Sat. 1, 1, 15. Cf. Ruddim. Inst. II. p. 315.] Id. Fam. 13, 15. En, hic ille est de illis maxime, qui irridere me solitus est. etc. Plin. 21, 3, 8. En, ego sum illa, quam, etc. Virg. Ecl. 1, 72. en, quo discordia cives Perduxit miseros. Id. ib. 6, 70. hos tibi dant calamos, en accipe, Musae. Pl. Pseud. 1, 2, 82. En, excetra tu, quae tibi amicos tot habes, etc. P. Cum accus. Virg. Ecl. 5, 67. en quatuor aras, Ecce tuas tibi, Daphni. Pl. Suppos. Amph. scena, quae incipit: Di vostram fidem! v. 54. En tectum, en tegulas, en obductas fores. P. Aliquando est hortantis, excitantis. Virg. G. 3, 42. en age segnes Rumpe moras. Adde Sil. 3, 179. P. Aliquando admonentis. Virg. A. 4, 534. En, quid ago? rursusne procos invisa priores Experiar! P. Interdum irridentis, et per ironiam loquentis. Cic. Verr. 2, 1, 37. Haec est istius praeclara tutela. En, cui tu liberos committas: en memoria mortui sodalis: et metus vivorum existimationis. [\*Cic. Phil. 3, 9. En cur magister ejus ex oratore arator factus possideat. V. Matth. ad Cic. pro Sext. 59.] P. Et admirantis. Varr. R. R. 1, 2. En, ibi tu quicquam nasci putas posse, aut coli natum? P. Jungitur et ipsis verbis. Cic. Q. Fr. 1, 2, 2. En mediocri me dolore putas affici, cum, etc. Al. leg. Et. [\*Inter media verba interjicitur. Liv. 22, 6, 3. Consul, en, inquit, hic est, popularibus suis. Id. 28, 27, 9. In castris, en, meis. V. Drak. ad 2, 6, 7.] P. Et quibusdam adverbii. Cic. Phil. 3, 9. En, cur magister ejus ex oratore arator factus sit. Al. leg. Hem. Id. Sext. 27. En, cur ceteri reges arbitrentur, etc. P. En unquam est equando, unquamne? Liv. 9, 10. En unquam futurum, ut congredi armatis cum Samnite liceat? Virg. Ecl. 8, 7. en erit unquam Ille dies? Adde ibi. 1, 68. et Ter. Phorm. 2, 2, 15. et 2, 3, 1. [\*Est formula eorum, qui per interrogationem vel optant vehementer vel indignantur. Sic Ruhnk. ad Ter. Phorm. 2, 2, 15. qui laudat interpp. ad Liv. 24, 14, 30, 21. Adde Drak. ad Liv. 4, 3. P. Aliquando repetitum invenitur. Sil. 11, 552. Dextra en, en dextera. V. Heins. ad Ov. Met. 15, 677.] En ecce pleonasmus est: et majorem tamen habet vim demonstrandi. Senec. Oedip. 1004. En, ecce, rapido saeva prosiluit gradu. Sic Graeci ἔνι ἰδοῦ, aut ἔνι ἰδοῦ. Simile est illud Ov. Met. 3, 283. tostos en aspice crines. P. Quod legitur a quibusdam Aspis en Argo ap. Hygin. fab. 170. sub f. sunt ea Graeca verba (si sana est lectio) Latine scripta, ἄσπις ἐν Ἄργω, vel, ut alii emendant, ἄσπιδος: et illud en valet in praepositionem. P. [\*Saepissime confunduntur a librariis En et et.

V. Broukh. ad Prop. 4, 6, 60. Heins. ad Ov. Am. 1, 2, 10. Met. 15, 677. et qui hos laudat Drak. ad Liv. 2, 12, 13.]

\*ENAECADLOAE, arum, regionis silvestris incolae ab mare Hylaeum. Plin. 4, 12. ed. Hard., ubi ed. Elzev. habet *Enoecadloae*. B. A.

\*ENAGORA, ae, f. insula prope Lyciam. Plin. 5, 31. B. A.

ENALLAGE, es, f. ἐναλλαγή, scil. permutatio; figura est, qua pars pro parte ponitur, vel accidentia partium permutantur, ut vivere pro vita, nullus pro non etc. Sed vox Graeca est, et Graece adhibenda.

\*ENARGIA, ae, ἐνάργεια, non ἐνάργεια, quam lectionem esse corruptam Budaeus censet, Latine eidentia vel illustratio a Cicero dicitur, auctore Quint. 6, 2. Commemoratur inter figuras sententiarum, quae amplificandi, ornandi vel delectandi gratia rem, seu coloribus expressam, in tabula spectandam proponit, ut depicta, non narrata, spectata, non lecta videatur: ut, *Ipse inflammatus sceleris ac furore in forum venit, ardebant oculi, toto ex ore crudelitas emicabat etc.* Constat descriptione rerum, temporum, locorum et personarum etc. Fuit τὸ τῆς ἐνάργειας ὄνομα Epicureis valde tritum, qui contendebant, iudicium omnium rerum esse penes τὰ φαινόμενα καὶ αἰσθητά. V. Hieron. Wolf. annotat. ad vitam Isocrat. p. 795. Cic. Acad. 4, 6. Propterea quod nihil esset clarius ἐνάργεια, ut Graeci; nos, si placet, perspicuitatem aut evidentiam nominemus. Adde Quint. 4, 2. et 8, 3. Sed Graeca plane vox est, et Graecis litteris scribenda. B. A.

ENARRABILIS, e, adj. qui enarrari, seu dici potest. Quint. 6, 3. sub in. Non ratione aliqua, sed motu quodam, nescio an enarrabili, iudicatur. Virg. A. 8, 625. clypei non enarrabile textum. Adde Senec. ep. 121. a med.

ENARRATE, adv. enarrando, explicando. Gell. 13, 12. Id ipsum postea in M. Varronis libro enarratus scriptum invenimus, h. e. fusius, explicatius, apertius. Et 10, 1. Quod Varro breviter et subsensu, Tiro Tullius enarratus scripsit.

ENARRATIO, onis, f. actus enarrandi, explicatio. Quint. 2, 5. Exigitur a grammaticis poetarum enarratio. Adde 1, 4.

[ENARRATIVUS, a, um, adj. ἐξηγητικός, idem ac enuciativus. Diom. 3. p. 479. Poematis genera sunt tria. Aut enim activum est, vel imitativum; aut enarrativum, vel enuciativum; aut commune, vel mixtum. F.]

ENARRATOR, oris, m. qui enarrat atque interpretatur. Gell. 13, 30. Satyrarum M. Varronis enarrator. Et 18, 4. Enarrator Sallustii. Et 6. Idonei vocum antiquarum enarratores.

ENARRO, as, a. 1. ἐξηγέομαι, idem quod narro, vel plene planeque narro. [\*Quo sensu opponitur verbo dicere. Cic. Inv. 1, 20. Saepes satis est, quod factum sit, dicere, non ut enarres quemadmodum sit factum.] Ter. Ad. 3, 2, 53. Abi, atque Hegioni rem enarrato omnem ordine. Cic. Marcell. 2. Nulla est dicendi tanta vis, quae non dicam exornare, sed enarrare, C. Caesar, res tuas gestas possit. Id. Div. 1, 26. Enarrare alicui somnium. P. Est etiam explicare, interpretari quae intellectu difficilia sunt, pluribus verbis exponendo, quae sunt dicta breviter. Plin. 36, 13, 19, n. 2. de labyrintho. Positionem operis ejus, singulaeque partes enarrare non est. Quint. 1, 2. Si grammaticus historias exponat, poemata enarrat. Gell. 18, 9. Varronem quoque hunc versum Plauti sic enarrasse. Id. 13, 10. Ad enarrandam et illustrandam linguam Latinam. Adde 3, 16. P. [\*Confunduntur Enarrare et simplex narrare. Drak. ad Liv. 27, 50, 3. ad 28, 44, 21.]

ENASCOR, eris, atus sum, dep. 3. ἐκρίνομαι, idem quod nascor, orior, nascendo exeo. Varr. R. R. 1, 41. E quibus enasci coliculi vix queunt. [\*Liv. 32, 1, 10. In Herculis aede capillus enatus. ib. 32, 1, 12. Laurus in puppi navis longae enata. V. Drak. ad Liv. 43, 13, 5.] Tac. A. 2, 14. Enata humo virgulta. Suet. Aug. 94. Soboles ex arbore enata. [\*Col. 15, 4, 2. Stratae vites, quae ab enata stirpe confestim vel projectae per humum porriguntur, i. e. a stirpe e qua enatae sunt vites.] Id. Domit. 23. Gibba enata pone cervicem. Plin. 28, 8, 28. Crocodilea illita molestias in facie enascentes tollit. Id. 11, 37, 45. Cornua ceterorum ossibus adhaerent, cervorum tantum cutibus enascuntur. Varr. R. R. 2, 9. Enati ex mento duo dentes. Curt. 2, 8. extr. Enata medio alveo insula. [\*Et cum praepositione in. Procul. in Dig. 41, 1, 56. Insula est enata in flumine contra frontem agri mei. Paull. in Dig. 41, 2, 1. Insula enata in mare. Alia exempla supra allata. P. Translate. Flor. 2, 15, 4. Enata quasi classis: de inexpectata, et quae, unde tam subito prodiret, ignorabatur.]

ENATO, as, avi, atum, a. 1. ἐνήχομαι, natan-do evado. Hirt. B. Alex. 18. Se in mare praecipaverunt, et octingentorum passuum intervallum ad oppidum enataverunt. Hor. A. P. 20. si fractis enatat expes Navibus. P. Translate. Cic. Tusc.

5, 31. Reliqui habere se videntur angustius: enatant tamen, h. e. se expediunt. P. [\*Confunduntur Enatare et Innatare. V. Vir. doct. ad Pallad. 4, 10, 22.]

ENATUS, V. ENASCOR.

ENAVIGATUS, a, um, part. ab *enavigo*, navi trajectus. Plin. 9, 3, 2. Vastus sinus, duodecim dierum et noctium remigio enavigatus.

ENAVATUS, a, um, part. ab *inavit*, diligenter confectus. Tac. H. 3, 74. Praemia enavatae operae petebant. Vulgati libri multi habent, *navatae*.

ENAVIGO, as, avi, atum, a. 1. ἐπιπλώ, navigando exeo, vel trajicio. Plin. 6, 17, 21. Alexandrum nullo die minus stadia sexcenta navigasse in Indo, nec potuisse ante menses quinque enavigare. Hor. Od. 2, 14, 11. Unda omnibus enaviganda. Suet. Tib. 11. Tantum non adversis tempestatibus Rhodum enavigavit. Scaev. Dig. 45, 1, 122. Enavigare de loco aliquo. P. Translate. Cic. Tusc. 4, 14. Ex quibus, tanquam e scrupulis cotibus enavigavit oratio.

ENCAENIA, orum, n. plur. ἐγκαίνια, festus dies propter dedicationem alicujus novi operis celebratus: a *καῖνός*, novus. Usus est August. tract. 84. in Joann. ubi ait: Quandocumque novum aliquid fuerit dedicatum, encaenia vocantur. Jam et usus habet hoc verbum: si quis nova tunica induatur, encaenia dicitur etc. Habet et Quint. 7, 2. sed Graece. [\*ad quem locum v. Burm. p. 605.]

ENCAENIO, V. in v. praec.

\*ENCANTHIS, idis, f. tuberculum in angulo oculi, quod palpebras vix diduci patitur. Cels. 7, 7, 5. Sed rectius Graece scribitur. B. A.

ENCARDIA, ae, f. gemma, in qua cordis effigies eminet: e *καρδία*, cor. Plin. 37, 10, 58.

ENCARPI, orum, m. plur. ἐγκαρπιοί, pancarpiae coronae, ita appellatur florum, frondiumque, et pomorum implexus, atque contextus, ornatus causa alicubi pictus, vel sculptus. Vitruv. 4, 1. Encarpis pro crinibus dispositis frontes ornaverunt. [\*Festus.] Est a *καρπός*, fructus. V. PANCARPIUS. P. [\*Alii nominativum malunt esse *Encarpa*, orum, n. ἐγκαρπια. B. A.]

\*ENCAUSTES, ae, m. ἐγκαυστής, qui igne pingit. Laudatur Vitruv. 7, 9. Quod facere ab encauste didicitur. B. A.

[ENCATHESMĀ, ātis, n. ἐγκαθήσμαι, collectio humoris. Appul. Herb. 38. Haec omnia teres, et encathesmatibus impones. Encathesmatibus est pro *encathesmatibus*. F.]

ENCAUSTICUS, a, um, adj. ἐγκαυστικός, ad encaustum, picturae genus pertinens. Plin. 35, 11, 39. Aliquanto vetustiores encausticae picturae existere. P. Encaustica, ae, absolute, est ipsa ratio encaustica pingendi, ἐγκαυστική. Id. ib. paulo post. Quod profecto non fecisset, nisi encaustica inventa.

ENCAUSTUS, a, um, adj. ἐγκαυστός, inustus: ab *ἐγκαύω*, inuro. Dicitur de picturae genere a veteribus artificibus usurpato, quod triplex fuit, ut Plin. 35, 11, 41. docet: unum, quo pingebant ceris discoloribus tabulae illitis, et igne admoto candefactis: alterum, quo stilo ferreo igne candefacto imagines faciebant in ebore: tertium, resolutis igni ceris, et penicillo inductis: quae pictura in navibus nec sole, nec sale, ventisque corrumpitur. Hoc tertium genus (de quo verba facit etiam Vitruv. 7, 9.) distabat a primo in eo, quod in hoc tertio illinebant penicillo ceras igne liquefactas, deinde postquam refixissent, rursus igne admoto aequabat, poliebantque: in illo ceras frigiditas sine penicillo inducebant in tabulas cestro, seu viriculo insculptas, vel postquam induxissent, viriculo figurarum iasculpebant, deinde inurebant, et poliebant. De primo genere intelligendum est illud *Ov. Fast.* 3, 831. Quique moves coelum, tabulamque coloribus uris! De primo item vel de tertio illud *Auson. epigr.* 26. ceris inurens januarum limina. Verum hoc totum artificium jam pridem usu desit. Mart. 4, 47. Encaustus Phaethon tabula depictus in hac est. Quid tibi vis, dipylon qui Phaethonta facis. Plin. l. c. Encausta pingere, et docere. Et Encausto pingendi duo genera etc. P. Imp. Leo Cod. 1, 23, 6. sacrum encaustum appellat confectionem coloris ex *cocto murice*, et *conchylii triti ardore*, quo utebantur imperatores in suis rescriptis subscribendis. Hinc itali *inchiostro* vocant atramentum scriptorium. August. contra Faustum 3, 18. Imputet ergo sibi encausti munditia, quae corio inhaesit agnino, h. e. membranae. [\*Seriores scriptores encaustum omnino ponunt pro atramento. Isid. Gloss. Sepia, encaustum. Macer. cap. 3. Encausto, vino quo sit macerata, soluto, si scribis chartam, nus non teret amplius illam. V. Munck. ad Fulg. Myth. 1. p. 612.]

ENCAUTARIUM, ii, n. tabularium, libri publici censuales civitatum, et provinciarum, in quibus scriptum erat encauto [\*ex quo loco patet etiam veteranis licuisse, ut encauto uterentur. P. Encautum etiam pro *encautario* dictum videtur in *Cod. Just.* 11, 17, 1. Sed lectio ibi incerta.] Imp. Gratian., Valent. et Theodos. Cod. Theod. 13, 10, 8.

ENCAUTUM, i, n. genus scripturae, quae fit

per adustionem, et cestrum: a *καύω*, uro, a quo et *καυστός* fit, et *καυτός*. Eo utebantur rectores provinciarum in subscribendo. Imp. Constant. Cod. Theod. 11, 16, 4. Rectores provinciarum manu propria perscribant, atque encauto nomina adnectant. Id. ib. 7, 20, 1. Encauto et cerussa conscribere.

ENCÉLĀDUS, i, m. Ἐγκέλαδος, filius Terrae, et Tartari, gigantum maximus, quem Juppiter fulmine ictum Aetnae monti supposuit, cujus corpore semiustus, pars ea, quae vivit, ignem spirat prae ira ac furore. Virg. A. 3, 578. Hygin. Mythol. praef. et Claud. Idyll. de piis fratrib. 32.

[\*ENCHÉLIAE, arum, m. plur. Ἐγκέλια, et Ἐγκέλειος, gens in Illyride, ubi Cadmus, et ejus uxor Hermione in serpentes versi sunt: nempe Ἐγκέλιος anguillam significat. Plin. 3, 21, 25., Mela 2, 3., et Lucan. 3, 189. nomine prisco Encheliae versi testantes funera Cadmi. Alii pro *funera leg. sibila*. F. et B. A.]

ENCHIRIDION, ii, n. ἐγκυρίδιον, manuale, exiguus quivis libellus: ab *ἐν*, et *χειρ*, manus, quia manu nullo negotio circumferri potest. Exstat hujusmodi libellus Augustini ad Laurentium inscriptus. Pomponius quoque Jctus opusculum hoc nomine inscripsit, ut habetur in *lemmate legis tit. 2, 2. lib. 1. Digest.* P. Item gladiolus chirurgorum, [\*eine Lanzette.] Sic enim, quoniam eodem sensu Graece etiam usurpatur, eruditi quidam interpretantur in *Inscr. ap. Grut.* 70, 8. Deo Aesculapio Valerius Symphorus, et Protis signum Somni aereum, torquem aureum ex dracunculis A. P. S. 7. — (h. e. duobus pondo semis unciarum quinque), enchiridium argenteum P. — S., (h. e. pondo unciarum quinque semis), anabolium ob insignem circa se numinis ejus effectum V. S. L. M.

ENCHORIUS, a, um, adj. regionalis, indigena, Ἐγχόριος. Vox Graeca, a *χώρα*, regio. Latinis litteris scripta legitur apud Philargyr. ad Virg. G. 4, 298.

ENCHYTUM, i, n. Ἐγκυτον, genus plantae, cujus meminit Cato R. R. 80., quae ita dicta videtur, quod liquidior esset, et aliis cibis infunderetur: vel quod liquido unguine perfunderetur: ab *ἐγκύω*, infundo. Al. leg. *encytum* ex ead. derivatione, omissa nempe, ut saepe alias, aspiratione. [\*et sic exhibet Schneid.]

ENCLIMA, ātis, n. [\*Apud Gesner. supra mediam syllabam lineola transversa, productionis signum, ex errore posita est, qui error in Scheller. lex. transit.] Ἐγκλίμα, inclinatio, curvatura, clima: ab *ἐγκλίνω*, inclino. Vitruv. 9, 9. Hemicyclium excavatum ex quadrato, ad enclimaque succisum Berossus dicitur invenisse.

ENCLITICUS, a, um, adj. ἐγκλιτικός, inclinans, ut Conjunctiones encliticae, quae *se, ne*, quoniam accentum a se inclinant, apud grammaticos.

ENCOLPIAE, arum, m. plur. ἐγκολπιαί, venti, qui e mari veniunt per sinus: a *κόλπος*, sinus. Appul. de Mundo p. 61, 40. Elm. Habet etiam Senec. Q. N. 5, 8. sed Graece.

[ENCOLPISMUS, i, m. ἐγκολπισμός, clyster uterius. Theod. Prisc. 3, 5. Pessu cum nardino, vel roseo prius resolutu, encolpismo uti conveniet. F.] [\*Cf. Reines. Var. Lect. p. 515.]

[ENCOLPIUS, a, um, adj. ἐγκολπιός, qui in sinu gestatur. Est cogn. Rom. Inscr. ap. Murat. 1335, 5. A. Crispino Encolpio, Crispinae Encolpiae Crispina Nice conjugii, et filiae fecit. P. Scribitur etiam *Encolpus*, i, quod tamen fortasse mendosum est. Inscr. ap. Grut. 55, 2. C. Betutius Encolpus. F.]

[ENCOLPIZO, as, a. ἐγκολπιζώ, clysterum uterium injicio. Theod. Prisc. 4, 1. Diffumigatur mulier de storace, et encolpizatur pigmentis. F.]

ENCOMBOMĀTA, um, n. plur. ἐγκομβώματα, ab *ἐγκομβώω*, nodo constringo, significat genus vestis, quae nodo substringebatur corpori. Pollux. 4, 18. recenset inter ornatus comicos servorum his verbis: Τῆ δὲ πῶν δούλων ἐξώμιδι καὶ ἱματιδίων τι πρόσκειται λευκόν, ὃ ἐγκομβώματα λέγεται, ἢ ἐκλόρημα. Varr. ap. Non. 14, 38. Ut puellae habeant potius in vestitu chlamydas, encombomata, ac parnacidas (lege *arnacidas*), quam togas.

[ENCOMIOGRAPHUS, i, m. ἐγκομιογράφος, qui encomium, seu laudationem scribit. Imp. M. Aurel. ad Front. 2. ad M. Caes. (ed. iterum A. Maio) ep. 9. Encomiographos istos audimus Graecos scilicet, sed miros mortales. F.]

[\*ENCOMIOLOGICUS, a, um, adj. qui ad eum pertinet, qui alicujus encomium dicit: ab *ἐγκόμιος*, laudatio, et *λόγος*, dico. *Encomiologicum* metrum dicitur, quo utuntur panegyristae. Plotius de metr. p. 2662. inter varia carminum genera recenset *Encomiologicum Stesicherium*, et *Encomiologicum Archilogium*: prioris exemplum est, *Mollibus in pueris, aut in puellis*: posterioris, *Jam Cytherea choros Venus dat*. F. et B. A.]

[ENCRĀTITAE, arum, m. plur. ἐγκρατικά: ita appellati sunt haeretici, qui, duce Tatiano circa annum a Chr. n. 151., nuptias, carnis animalium, et vini usum damnabant: ab *ἐγκρατία*, temperanter ago, contineor. Hieron. 1. adv. Jovin. n. 3. Neque vero nos Marcionis, et Manichaei dogma se-

ctantes nuptiis detrahimus: nec Tatiani principis Encratarum errore decepti, omnem coitum spurcum putamus, qui non solum nuptias, sed cibos quoque, quos Deus creavit ad utendum, damnat et reprobatur. F.]

ENCRINOMENOS, i, m. εγκρινόμενος, h. e. secretus, egregius, eximius, prae ceteris probatus: ab εγκρίνω, secerno, segrego: nomen est statuæ aereae ab Alcamae Phidiae discipulo factae, qua pentathlon repraesentabatur. Plin. 34, 8, 19. n. 12. P Est etiam cogn. Rom. Inscr. ap. Grut. 420, 3. P. Cl. Comicus sibi, et Florentino Lib. et Encrinomeno liberto.

ENCYCLOS, ii, εγκύκλιος, orbicularis, circularis: a κύκλος, orbis, circulus. Encyclos disciplina, Graeca dicendi ratione, est doctrina ex omnium scientiarum cognitione collecta, quae et εγκυκλοπαιδεία dicitur. Vitr. praef. l. 6. Disciplina, quae non potest esse probata sine litteratura, encycloque doctrinarum omnium. Adde 1, 1. a med.

\*ENDERODUNI, orum, incolae Enderi. Plin. 3, 22. Fuit autem Enderum, i, oppidum Dalmatiae, hodie Endero sive Eadaro. B. A.

\*ENDIDAE, arum, Rhaetiae oppidum. Anton. Itiner. B. A.

ENDYTUM. V. ENCHYTUM.

ENDELÉCHIA. V. ENTELECHIA.

ENDIADYS, vel Hendiadys, ap. Serr. ad A. 1, 65. est vox male conflata ex Graecis vocibus εν δύοιν, unum per duo, quibus significatur figura poetica, qua unum per duo nomina exprimitur, seu in duo dividitur, ut cum ait Tibull. 1, 7, 13. Tum succos herbasque dedi, h. e. succos herbarum. Et Virg. G. 2, 192. pateris libamus et auro, h. e. pateris aureis. Et Aen. 2, 627. ferro et bipennibus, h. e. bipennibus ferreis. Et ib. 1, 653. pallam signis auroque rigentem, h. e. aureis signis. Et ib. 3, 223. ipsumque vocamus In praedam partemque Jovem, h. e. in partem praedae. Et ib. 1, 65. molemque et montes insuper altos Imposuit, h. e. molem montium. Et G. 1, 56. maculis insignis et albo, h. e. albis maculis. Et Aen. 11, 554. libro et silvestri subere clausam, h. e. libro suberis. Sic apud Quint. 8, 5. a med. Clavus et purpurae loco insertae, h. e. clavus purpureus. Or. Met. 7, 251. Placare Deos precibus et murmure longo, h. e. precibus submissa voce conceptis. Adde Virg. A. 6, 734., Senec. Agam. 988., Sil. 3, 388. et Lucil. 29. ap. Non. 4, 392. tecta et testudines, h. e. tecta testudinea. Cic. quoque est hoc modo locutus aliquando: velut. Tusc. 3, 18. extr. Hunc sertis redimiri jubebis et rosa.

ENDO, praepos. a prisca Latinis usurpata pro in: vel ab εν τῷ vel ab ενδωρ, intus. Cic. Leg. 2, 8. Quos endo coelo merita vocaverint. Al. aliter leg. Enn. ap. Gell. 12, 4. endo foro lato, sanctoque senatu. Al. leg. indu, quod idem est. V. INDU. Id. ap. Charis. 4, 249. Et Auson. Monosyll. Grammaticomast. 18. endo suam do, h. e. in suam domum. In vet. rogatione apud Gell. 5, 19. Uti ei vitae necisque in eum potestas siet, uti patri endo filio est. Et in vet. lege, ib. 20, 1. a med. Ni quis endo em jure vindicet, h. e. in eum. Lucr. 2, 1094. Endo manu. Et 4, 773. Endo statu. Et 6, 809. endo mari. Festus: Endo procinctu.

\*ENDOCCLUSUS, a, um, part. inclusus. Gloss. Vet. Endocclusa, εντεκλεισμένη (i. εγκλεισμένη). B. A. ENDOCOEPTUS, a, um, part. ab inusit. endocoepti, inceptus, apud P. Merul. ad fr. Ennii, p. 192. Endocoepta per se temeriter face missa.

ENDOGREDI, idem quod ingredi, ab endo, et gradior. Lucr. 1, 82. viamque Endogredi sceleris. Adde 4, 318. et 367. Al. leg. indugredi eodem sensu.

ENDOJACITO, injicito. Lex XII. Tab. apud Fest. in Struere. Si calvitur, manum endojacito. [\*Lucil. ap. Non. s. v. Calvitur: Si calvitur, endo ferto manum.]

ENDOITIUM, initium, apud veteres. Festus.

ENDOMUNITUS, a, um, part. ab inusit. endomunio, intus munitus, munitus. Legitur a quibusdam apud Liv. 5, 39. ad f. ubi alii inde munitus. [\*Endomunito ap. Liv. l. c. sola Lipsii conjectura nititur, hodieque ab edit. jure derelictum est.]

ENDOPEDIRI, est impediri: ab antiquo endo pro in. Lucr. 4, 68. quanto minus endopediri Pauca queunt. P Sic endopeditus pro impeditus. Id. 1, 124. minus aut magis endopedita. Adde 2, 101. et alibi. Alii autem legunt indupediri, indupeditus, sed eod. sensu.

\*ENDOPÉDITE, adv. ἀναγκάζω pro impedito. Lucr. 1, 241. Res inter se nexas minus aut magis endopedite. B. A.

ENDOPERATOR, oris, m. idem quod imperator: ab antiquo endo pro in. Lucr. 4, 964. et 5, 1226. Endoperatores pugnare, ac proelia obire. Enn. ap. Cic. Div. 1, 48. Omnis cura viris, uter esset endoperator. Adde apud Gell. 18, 9. Utrouque autem loco alii leg. induperator: quod habetur etiam apud Juv. 4, 29. V. INDU.

ENDOPLORATO, implorato, quod est cum quaestione inclamare. Festus. Cic. fr. orat. pro M. Tullio (ed. A. Peyronio) p. 108. n. 50. Quod si

fur repugnaverit, endoplorato, hoc est conclamato, ut aliqui audiant, et conveniant. Gloss. Philox. Endoplorato, επικάλεσον.

ENDOTÉTÜR, intuetur: ab antiquo endo pro in. Enn. ap. Non. 4, 385. ubi alii leg. inde tuetur.

[ENDOTUS, i, m. cognomen Romanum in mendosa Inscr. ap. Grut. 651, 4., quae, cum adhuc exstet, quamvis mutila, in Mus. Patav., ex fragmento nunc deperdito, sed allato a Scardeon. Antiq. Urb. Pat. p. 74., ita supplenda, et interpretanda est:

M . AVRELIVS  
XENODOTVS  
VET . EX . 7 . SIBI . ET  
AELIAE . AQUILEIAE  
CONIVGI . DVLCISS .  
VIVVS . POSVIT

S . Q . H . A . P . E . S . S . A . V . D . F . HS . . . .  
h. e. Marcus Aurelius Xenodotus veteranus ex centurione sibi, et Aeliae Aquileiae conjugii dulcissimae vivus posuit. Si quis hanc arcam post excessum supra scriptorum aperire voluerit, dabit fisco sestertia . . . . Haec inscriptio pertinet ad militem classis Ravennatis, qui M. Aurelii Antonini imperatoris tempore vixit. F.]

ENDOVELLICUS, i, m. nomen numinis apud Celtas: vox composita ex Endo, nomen proprium numinis; hinc illius nominis vestigia saepe inveniuntur in Hispaniarum urbium nominibus: et Vellius, ex quo appellata est Vellia urbs Cantabriae, nunc la Guardia, vel Medina del Pomar, cujus meminit Ptolemaeus 2, 6. et Flor. 4, 12., ubi perperam legitur Belgica. De hoc numine multa disserit Reines. in Append. ad Inscr. antiqu. n. 6. Illius mentio est in pluribus Inscr. ap. Grut. 87, 9. 10. 11. 12. et 88, 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8., in quibus legitur etiam Endovellius, Endovollucius, Endovellus, et apud Reines. l. c. item Endobollicus, mendose fortasse ubique. Inscr. in Hist. de l'Acad. des Inscr. et B. L. de Paris T. 3. p. 178. Herculi Patri Endovellico Toletum, Urbs Victrix Osca Deis tutelariibus compeditos ursos, tauros, aves Libycas quodannis Dant Dedicant. Ex hac Inscr. patet, Toletum, nunc Toledo, et Oscam, nunc Huesca, Hispaniae urbes, ursos, tauros, et struthionem camelos ad circi spectacula paratos Deo patrio dedicasse, ideoque nomine Endovellici Herculem ab Hispanis cultum fuisse.

ENDOVOLANS, tis, part. ab inusit. endovolans, involans. Enn. ap. Macr. Sat. 6, 1. tamen endovolans secum abstulit hasta. Al. leg. induvolans, quod idem sonat: alii inde volans.

ENDROMIDATUS, a, um, adj. endromide vestitus. Sidon. ep. 2, 2. Tu endromidatus exterius, intrinsecus fasceatus.

ENDROMIS, idis, f. vestis hirsuta longiore villo: a δρόμος, cursus, quod illa in cursu uterentur, ne scilicet et stadio exeuntibus post exercitationem calefacta corpora refrigererent. Mart. 4, 19. docet ejus usum fuisse in magno frigore, in exercitationibus trigonis, follis, harpasti, in cursu, et pluvio tempore: ne scilicet post ludum corpora nimis refrigererent, ut dictum est, neve imber et venti iter facientem laederent. Ibi etiam in accusativo endromida dixit Graeca positione pro endromidem. Et 14, 126. docet fuisse quidem parvi pretii, a divitibus tamen usurpatam. Juen. 3, 102. igniculum brumae si tempore poscas, Accipit endromidem. P Fuerunt tamen etiam molliores et delicatiores endromides, e molli lana et purpura factae, quas Tyrias appellat Id. 6, 246. et a feminis quoque, in palaestra luxus causa se exercitibus, usurpari solitas significat.

ENDYMION, onis, m. Ἐνδυμίων, Aethlii (Ἄεθλου) filius formosissimus, qui primus Lunae cursum invenit. Fabulantur, hunc a Luna adamatum fuisse, et ab ea in Latmio Cariae monte consopitum, ut eum dormientem oscularetur: et nondum experrectum adhuc dormire. Cic. Tusc. 1, 38. P [\*Pro specioso juvene Endymion dicitur. Juen. 10, 318. (apud Gesner. ex errore 10, 381. legitur.) Tuus Endymion dilectae fiet adulter Matronae. Appul. Met. 1. p. 107, 31. Hic est carus Endymion, hic catamitus meus.] P Hinc Endymionis somnus in proverbium abiit. Id. Fin. 5, 20. Ne si jucundissimis quidem nos somniis usuros putemus, Endymionis somnum nobis velimus dari. P Quae de Endymione dicta sunt, ad Pana Deum Arcadiae transferre videtur Virg. G. 3, 392., ubi Servius narrat, spretum eum a Luna, candidissima pecora pavisse, et sic eam ad se illexisse. Phylarg. vero, niveis velleribus se circumdedit, ut illi formosus videretur, atque ita cepisse. P \*Endymiones satyra Varronis, quam saepe laudat Nonius, v. g. c. 1. n. 229. Varro Endymionibus. B. A.

ENDYMIONEUS, a, um, adj. Ἐνδυμίωνεος, ab Endymione. Auson. Idyll. 6, 41. Endymioneos solita affectare sopores, Cum face, et astrigero diademate Luna bicornis.

[\*ENEUBULO, are. Tertull. Apol. 35. ubi alii simplex nebulabant habent.]

ENECATRIX, icis, f. quae enecat. Tertull. adv.

Marc. 1, 29. sub f. Duritia Pharaonis nascentium enecatrix.

ENECATUS, a, um, part. ab eneco, necatus. Plin. 30, 12, 34. Mus araneus pendens enecatus. Id. 18, 13, 34. Rapacia in horreis enecata, h. e. raporum cauliculi et folia in horreis constructa, et veluti suffocata, donec flavescant, seu flaccescant.

ENECO (et Enico saepe apud comicos) as, cui, ctum, et avi, atum, a. 1. ἀποκτείνω, neco, occido, suffoco. Ter. Ph. 5, 8, 5. Abi, tange: si non totus friget, me eneca. Pl. Truc. 1, 2, 99. Abortioni operam dare, et enecare puerum. Varr. ap. Non. 2, 98. pisces ut saepe minutos Magni comest, ut aves enecat accipiter. [\*Plin. 11, 19. Enecat alveos aranei. Vox hominis de molestia querentis, ut docuit Casaub. ad Theoph. Char. p. 135, 54. Gesner.] Pl. Amph. 5, 1, 62. Puer ambo angues enecat. Hirt. B. Afr. 84. Cum elephantus in lixam impetum fecisset, eumque pondere suo premeret atque enecaret. Tac. A. 14, 64. Praefervidi balnei vapore enecatur. Plin. 25, 13, 9. Quos cicuta enecat, incipiunt algere ab extrematibus corporis. Id. 23, 2, 31. Vini faeci tanta vis est, ut descendentes in cupas enecat. Suet. Gramm. 3. In podagrae morbum incidit, cujus impatiens, veneno sibi perunxit pedes, et enecuit. [\*ita ut, quod Suet. addit, ea corporis pars praemoriretur.] Lucan. 9, 434. exurit messes, et pulvere Bacchum Enecat. Plin. 18, 17, 44. n. 3. Est herba, quae cicer enecat, et ervum, circumligando se. P Translate est valde molestum esse, et gravem, obtundere vel nimis dicendo, vel expectantem ut dicas, fraudando. Pl. Merc. 1, 2, 45. Lassitudinem verba tua mihi addunt: enicas. Ter. Andr. 4, 1, 36. Cur me enicas? hoc audi. Id. Eun. 3, 5, 6. Qui me sequatur, quique jam rogando obtundat, enecat. Pl. Asin. 5, 2, 71. Me quidem miseram odio enicavit. Id. Merc. 3, 2, 14. Jurgio enicare aliquem. P Vel hercle enica, non tacebo, quoddam est imprecationis genus apud Pl. Rud. 5, 3, 45. et Aul. a. 5. in f. P Part. Enecans ap. Plin. 21, 31, 105. Aspidum vis enecans sopore. Enecandus ap. Cels. 6, 7. n. 5. Vermes medicamentis enecandi. P Enicasso pro enicavero, Id. Most. 1, 3, 55. et 66.

[\*ENECTO, is, a. 3. dissolvo: a praepos. e, et necto. Not. Tir. p. 122. Nectit, enectit, connectit. F.]

ENECTUS, a, um, part. ab eneco, enecatus. Plin. 26, 15, 90. Radix in tantum purgat, ut partus enectos extrahat. Id. 7, 9, 7. Enecta parente gigni, h. e. nasci caeso matris utero. Senec. Herc. Oct. 916. Enecta serpens. Suet. Ner. 36. Enecti veneno aut fame. Prud. περί σιμφ. 8, 18. Enectus gladiis alter, et alter aquis. Lege evectus. V. eam vocem. Val. Max. 9, 12. n. 3. Nimio gaudio enectus. P Macie confectus, et prope mortuus, διαφθαρμένος, ἐκκατωθείς. Cic. Div. 2, 35. Si avis inclusa in cavea, et fame enecta in offam pulvis invadit. Et 69. Nonnullae valetudinis significationes, ut hoc ipsum, pleni, enective sinus etc. Id. Tusc. 1, 5. Siti enectus Tantalus. [\*V. Drak. ad Liv. 2, 23, 3.] P Translate. Cic. Att. 6, 1. Appius cum ἐξ ἀραιότητος provinciam curarit, sanguinem miserit, quidquid potuit, detraxerit, mihi tradidit enectam. Id. Div. 1, 29. Ea pars animi, quae voluptate alitur, nec inopia enecta, nec satietate affluens.

ENEMA, atis, n. id quod clystere per anum injicitur, ἐνυμα: ab ἐνέμω, injicio. Theod. Prisc. 2, 1.

\*ENEMION, ii, n. ἠνέμιον, idem ac papaver. Appul. Herb. 53. B. A.

ENERGEMA, atis, n. ἐνεργημα, opus, effectus, efficacia, vis, seu ἐπιτέλεσμα, quod operationem sequitur. Tertull. Praescr. 30. et Car. Christ. 34. Adde Prud. Apoth. 468., ubi energima scribitur, et paenultima, contra naturam syllabae, corripitur.

ENERVATIO, onis, f. debilitatio. Arnob. 3. p. 105. Voluptatis enervatione languescere.

ENERVATUS, a, um, part. ab enervo, nervis privatus, ἀπονευρωθείς. Claud. in Eutrop. 1, 315. Dum spado Tiresias, enervatusque Melampus Repet, h. e. castratus. Aurel. Vict. Epit. 10. de Tito. Enervatorum greges abire praecipit, h. e. exoletorum, pathicorum. Nam Suet. Tit. 7. eosdem vocat delicatos. Apic. 7, 7. Enervata cerebella. P Translate. Cic. Sext. 10. Cum hominibus enervatis atque exanguibus consulatus, tanquam gladius, esset datus. Id. Att. 2, 14. Usque eo sum enervatus, ut hoc otio, quo nunc tabescimus, malim ἐνεργασθῆναι, quam cum optima spe dimicare. Id. Or. 1, 52. Philosophus mollis, languidus, enervatus. Id. Tusc. 4, 17. Mollis et enervata oratio. Et ib. 2, 6. Enervata muliebrisque sententia. Id. Pis. 33. Afflictus, infirmus, enervatus reus. Gell. 19, 12. extr. Ignava, et quasi enervata vita. Senec. Prov. 4. Enervata felicitas. Liv. 38, 34. Velut enervata civitas Lacedaemoniorum, diu Achaicis obnoxia fuit.

ENERVIS, e, adj. ἀνευρος, sine nervis, debilitatus, mollis, effeminatus. Senec. Thyest. 176.



fra Dium in sinum Thermaicum exiens. Liv. 44, 8. P In fabulis est, amasse cum nympham Tyro Sal- monei filiam, vel potius ab ea fuisse adamatum: quae cum ad ejus ripas sederet conquerens, a Ne- ptuno sumpta Enipei forma, compressa est, duos- que ei filios, Neleum et Pelian peperit. Prop. 1, 13, 21. et 3, 17, 13. Or. Amor. 3, 6, 43. et Met. 6, 116. et Hyg. fab. 157. P Scribitur et Enipheus.

ENISUS. V. in ENITOR.

ENITEO, es, tui, n. διαίτω, idem quod niteo, vel valde niteo. Virg. A. 4, 150. tantum egre- gio decus enitit ore. Catull. 61, 21. Floridis vel- ut enitens Myrtus Asia ramulis. Gell. 19, 1. Ubi coelum enituit, et deferbuit mare. P Translate emineo, clareo, eluceo, appareo, illustris ac nobi- lis sum. Cic. Fl. 7. Athenae non solum in Grae- cia, sed prope cunctis gentibus enitebant. Id. Att. 2, 1. In eis orationibus, quae Philippicae nomi- nantur, enituerat Demosthenes. Id. Mur. 14. et Liv. 4, 3. a med. Quo in bello virtus enituit egre- gia M. Catonis. Id. Inv. 1, 3. Studia recta atque honesta, per otium concelebata ab optimis, eni- tuerunt. Liv. 22, 27. In tantum suam felicitatem virtutemque enituisse. [\*Plura ad h. l. dedit Drak.] P Refertur etiam ad arva et segetes, quae enitens dicuntur, cum culta, et laeta sunt. Virg. G. 2, 211. rudis enituit impulso vomere campus. Enn. apud Cic. Tusc. 2, 5. Fruges enitent. P [\*Saepe confunduntur Enitere et nitere. V. Heins. ad Vell. Pat. 1, 17, 2, 9. Enituisse et enicuisse. Drak. ad Liv. 22, 27, 4.]

ENITESCO, is, n. 3. inchoat. ad idem significat quod eniteo. Colum. 9, 14. Mel optima nota enitescit autumnus aequinoctio. [\*Apud Schneid. rectius h. l. legitur emitescit.] P Translate. Gell. 17, 21. a med. Jam fama virtutis felicitatis Ro- manae apud exteras gentes enitescere inchoabat. Auct. ad Her. 4, 44. ad f. Gloria cum summa laude quotidie magis enitescit. Sall. Cat. 57. ad f. Bellum exoptabat, ubi virtus enitescere posset. Quint. 2, 5. ad f. Deterso rudis saeculi squalore, noster hic cultus clarius enitescet. Id. 10, 5. a med. Alitur atque enitescit, veluti pabulo laetiore, facundia. V. similia in voce praec.

ENITOR, eris, enisus, et enixus sum, dep. 3. ενίτωμαι, ονομαζω, idem quod nitor, aut valde nitor, elaboro, conor, contendo. Caes. B. C. 2, 6. Tantum Brutus celeritate navis enisus est, ut par- vo momento antecederet. Cic. Att. 9, 15. Tu nunc omni amore enitere, ut nos juves. Id. Q. Fr. 3, 9. In quo enitar non minus, quam enisus sum in no- stro (consulatu). Id. Off. 3, 10. et Fam. 9, 13. extr. Eniti et contendere. Id. ad Capit. sub f. l. 16. ad Att. Eniti et elaborare. Id. Fam. 13, 29. a med. Enitere, contende, effice, ut etc. Id. 14, 14. ad f. Omni ope atque opera eniti, ut etc. Id. Fam. 3, 10. ante med. Pugnare et eniti, ne etc. Id. Phil. 2, 10. Nihil praetermissi, quantum facere enitique potui, quin etc. Id. Amic. 16. Eniti et efficere, ut etc. Id. Fam. 10, 4. Quan- tum viribus eniti, consilio providere, auctoritate movere potuero. Suet. Caes. 26. Precibus enitens, ut disciplinam singulorum susciperent. [\*Ruhnk. ad Ter. Andr. 3, 4, 17.] P Cum accus. communi. Cic. Att. 1, 6. Scribis, in coelum ferri profectio- nem meam, sed ita, si ante cal. Jan. redeam: quod quidem certe enitar. P Cum infinito. Ter. Andr. 3, 4, 17. Corrige mihī gnatum porro eni- tere. P Passive impersonaliter. Sall. Jug. 27. Ab iisdem summa ope enisum, ne tale decretum fieret. P Significat etiam nitendo ascendere. [\*Quae significatio erat in initio ponenda.] Ov. Met. 2, 63. Ardua prima via est, et qua vix mane recentes Enitantur equi. Caes. B. C. 2, 34. Adeo erat impedita vallis, ut in ascensu, nisi sublevati a suis, primi non facile eniterentur. Plin. 18, 28, 68. Sol per ardua enisus. Curt. 7, 11. Nihil tam alte natura constituit, quo virtus non possit eniti. Et ibi. Enituntur in verticem montis. Vell. 2, 127. Quibus novitas familiae haud obstitit, quomōdo ad multiplices consulatus, triumphos- que, et complura eniterentur sacerdotia. [\*Bentl. ad Hor. Od. 3, 3, 30.] P Cum accus. Tac. A. 2, 20. Eniti objectum aggerem. [\*Col. 2, 2, 27. Totum spatium bos agilius enititur. Tac. H. 1, 23. Pyrenaeum et Alpes et immensa viarum spa- tia aegre sub armis enituntur.] P Translate. Cic. Or. 4. Nemo fere laudis cupidus adolescens non sibi ad dicendum studio omni enitendum putavit. P Item nitendo exire, se expedire. Tac. A. 16, 5. Dum per angustias aditus, et ingruentem multitu- dinem enituntur. Id. A. 1, 65. Enisae legiones in aperta et solida. P Item saepe, parere, partu in lucem edere, quia multo id nūsi fit, qua signi- ficatione part. enixus magis est in usu, quam eni- sus. [\*Caeterum libri apud Liv. nisus et enisus in plurimis locis constanter exhibent. Drak. ad Liv. 2, 50, 9.] Liv. 40, 4. Archo Poridi nupsit, et apud eum plures enisa partus, decessit. [\*Ex ali- quo eniti. Ulp. Dig. 2, 4, 10, 10. Si liberta ex patrono fuerit enixa. Marcian. Dig. 49, 15, 25.

Si uxor ex marito enixa sit.] Curt. 10, 6. Ro- xane praegnans est: optamus, ut marem enitatur. Virg. A. 3, 391. Sus triginta capitum fetus enixa. Ov. Met. 3, 344. Enixa est utero infantem. [\*Et absolute, omisso accus. partum etc. Tac. A. 5, 1. Ne spatio quidem ad enitendum dato.] Colum. 8, 11. de matricibus pavonum. Includendae sunt eni- tentes, ne extra clausum fetum edant. P Part. Eni- surus ap. Liv. 29, 15. Vix, si simplum ex formula imperetur, enisuros. P [\*Confunduntur a librariis Enisus et emensus. Liv. 30, 24, 8. Enitens et eminens. Drak. ad Liv. 21, 58, 3.]

ENIXE, adv. φιλοτιμως, studiosè et cum magno conatu. [\*Pl. Trin. 3, 2, 26. Enixe expetere. Cf. Lindem. ad Vit. duumv. p. 246.] Cic. Sext. 16. Meam causam omnes boni proprie enixeque susce- perant. Suet. Caes. 5. Auctores restituendae tri- buniciae potestatis enixissime juvit. Liv. 23, 7. a med. Id non obediens modo, sed enixe factum est. Id. 29, 1. Eoque enixius ad bellum adjuve- runt. Id. 31, 11. Si quid opus esse judicasset, enixe id populum R. praestaturum. Id. 37, 16. Civitates imperata enixe fecerunt. Id. 6, 40. Eni- xè operam dare. Id. 8, 17. Enixe dimicare. Id. 36, 25. Enixe diem ac noctem aut in operibus, aut in proeliis esse. [\*Drak. ad Liv. 4, 26, 12.] Justin. 15, 1. Bellum terra marique enixe in- struere.

ENIXIM, adv. idem quod enixe. Sisenn. apud Non. 2, 301. Enixim omnia facere ac dicere con- tra fortunas, atque honores hujus ordinis.

ENIXUS, a, um, part. ab enitor. Liv. 6, 24. sub f. Sensit eventus virtutis enixae opem. P Enixa est quae peperit. Plin. 25, 8, 52. Cervae enixae a partu, h. e. partu functae, et fetu levatae. V. ENITOR. P [Enixa est etiam quae pa- rere desiit, effoeta. Col. 6, 22, 1. vaccae enixae. ubi v. Schneid.] P Passive Justin. 43, 2. In loco Martis enixi sunt, i. e. partu editi. P Est etiam adj. et dicitur de iis rebus, quae cum cura et co- natu fiunt. Plin. 9, 8, 9. Sed enixioris operae, quam in unum diei praemium, conscii sibi, oppe- riuntur in posterum. Liv. 42, 3. Faciebat enixò studio, ne etc. Adde Senec. Ben. 6, 17. [\*Papin. Dig. 31, 2, 77, 23. Enixae voluntatis preces.] P Scribitur et enisus. Statuit Diomed. l. p. 371. di- scrimen inter enisus, et enixus, ut illud ad quem- libet virium conatum referatur, hoc ad partum tantummodo. Sed contra stant MSS. in quibus promiscue scribitur. V. NIXUS, a, um.

ENIXUS, us, m. partus. [\*Scheller. Livii 24, 39. adscriptis, sed ibi verba non reperi.] Plin. 10, 63, 83. Post unum diem ab enixu. Id. ib. 64, 84. Circumactio sub enixum fetu. Id. 7, 6, 5. Oscitatio in enixu letalis.

ENNAEUS et Hennaeus, a, um, adj. ad Ennam, sive Hennam pertinens, quae est urbs mediae Si- ciliae, in monte, celebris templo Cereris, cujus filiam eo loco raptam a Plutone fabulantur (V. Cic. Verr. 2, 4, 48.), a quodam Enno Syracusano condita. Ov. Met. 5, 385. Ennaea moenia. Sil. 14, 245. Tum rapta praecipua Ennaea virgine flexit, h. e. Proserpina. Id. 1, 93. Ennaea diva. P Hennaeus scribi malunt permulti critici: nam in Inscr. opt. notae apud De-Lama, Guida ad Mus. Parm. p. 55. Viximus: Hennaeae sine me docuere rapinae. In nummis etiam apud Eckhel. D. N. V. T. 1. p. 206. modo Hennaeus, modo Ennoeus scriptum est; perperam vero quidam in Aetnaeus mutant.

ENNAM, etiamne. Festus. ENNEACRINOS, εννεακρινος, novem habens scaturigines: ab εννέα, novem, et κρινος, scatu- rigo. Plin. 4, 7, 11. V. CALLIROE.

ENNEAPHARMACUM Emplastrum, εννεαφαρ- μακον, medicamentum ex novem rebus constans (ab εννέα, novem, et φαρμακον, pharmacum) quae enumerat Cels. 5, 19. n. 10., ubi in lemmate La- tine, at in textu Graece legitur.

ENNEAPHYLLON, εννεαφυλλον, novem habens sonos: ab εννέα, novem, et φθόγγος, sonus, ut Enneaphyngos chelys. Capell. l. p. 17.

ENNEAPHYLLON, i, n. εννεαφυλλον, herba natu- rae causticae, foliis longis novenis, lumborum doloribus et coxendicium utilissima: ab εννέα, novem, et φύλλον, folium. Plin. 27, 9, 54.

ENNEAPOLIS, is, f. εννεαπολις, urbs Pello- ponesi. Mela 2, 3. post med. Enneapolim de Pyl- o, Elidis urbe, intelligit Vossius ad l. c. B. A.

[ENNEAS, adis, f. εννείας, novenarius numerus, spatium novem annorum. Censor. de die nat. 14. Annus tertius et sexagesimus, quem vel hebdoma- des novem, vel septem enneades conficiunt. F.]

ENNEATICUS, a, um, adj. εννεαδικός, nona- rius. Anni enneatici dicuntur a Firmic. Mathes. 5, 3. qui post octavum quemque annum recurrunt: sicut hebdomatici, qui post sextum.

ENNEEMIMERIS, is, f. apud grammaticos est sectio versus heroici, cum caesura fit post quar- tum pedem, et in nonam fere syllabam incidit: ab εννέα, novem, ημις, semis, et μέγος, pars. Sed vox Graeca est et Graece usurpanda.

ENNENSIS et Hennensis, e, adj. idem quod Ennaeus, ut Ennenses legati, Cic. Verr. 2, 4, 51. Ennensis Ceres, Id. Or. 62. P Ennenses, ium, sunt ejus urbis cives. Id. ib. et Verr. 2, 3, 83. P De descriptione V. ENNAEUS.

ENNIANISTA, ae, m. Ennii imitator. Gell. 18, 5. Eamus auditum nescio quem istum Ennianistam. ENNIANUS, a, um, adj. possess. ab Ennio. Senec. ap. Gell. 12, 2. a med. Ennianus populus, h. e. qui Ennii opera lectitant, et admirantur. Id. ep. 108. Enniani versus. Ascon. in Verr. 2, 1, 18. Ennianum hemistichium. Gell. 5, 15. extr. En- nianus Neoptolemus, h. e. ab Ennio inductus.

ENNIUS, praenomine Q., poeta Latinus vetu- tissimus (antiquissimum eatem appellat Plin. 18, 8, 19.) natus est Rudiiis, quod est oppidum Cala- briae, ubi nunc Terra d'Otranto, prope Tarentum: quare Tarenti natus dicitur ab Hieron. in Chron. Euseb. Olymp. 135. Sed Rudinum fuisse testantur Cic. Arch. 10., Sil. 12, 396., Mela 2, 4. et Auson. in Monosyll. seu Grammaticom. 17. Natus est, inquam, an. U. C. DXV. C. Mamilio Tur- rino, Q. Valerio Faltoe Coss., ut est apud Cic. Tusc. 1, 1. extr. et Brut. 18., vixitque usque ad annum septuagesimum. Ejus enim mors incidit in consulatum Cn. Servilii Caepionis, et Q. Marci Philippi iterum, ut Cic. tradit Sen. 5. et Brut. 20. Absumptus est podagrae morbo ex nimio vini meri potu contracto, relicto herede M. Pacuvio poeta tragico, sororis suae filio, ut est apud Plin. 35, 4, 7. sepultusque est via Appia intra primum lapi- dem, in sepulcro Corneliorum, in quo ejus statuam erigi jussit Africanus major, ut quidem putant Cic. Arch. 9. et Liv. 38, 56., affirmant vero Plin. 7, 30, 31., Val. Max. 8, 14. n. 1. et Ov. A. Am. 3, 409. In adolescentia stipendia fecit primum bello Aetolico sub consule M. Fulvio Nobilio, ut ait Cic. Tusc. 1, 2., a cujus filio Q. Ful- vio, triumviro coloniae deducendae, quem erudi- erat, civitate donatus fuit, ut Cic. Brut. 18. testa- tur: deinde in Sardinia sub T. Manlio Torquato munere centurionis, ut docet Sil. l. c., ubi etiam addit, eum ex antiqua Messapi regis stirpe fuisse: quod idem de se dicere solitum ipsum Ennium, tradit Serv. ad A. 7, 691. Strenuam nihilominus litteris operam cum dedisset, et linguas tres ap- prime calleret, Graecam (quam Catonem in Sardinia docuit, teste Aurel. Vict. Vir. illustr. 47.) Oscam, et Latinam, (quare tria corda habere se dicebat, teste Gell. 17, 17.) specimenque illustre poeticae facultatis, summique ingenii exhibuisset, principibus viris apprime carus, Romam venit, do- mumque habuit in Aventino, ut ex Varr. L. L. 4, 34. colligitur. Festus in Solitaurilia scribit, ipsum induxisse consuetudinem duplicandi consonantes in- scriptione: utpote Graecum, Graeco more usum. Plurima scripsit, quae longa vetustate perierunt, comoedias, tragoedias, annalium libros, bellum Punicum secundum. Transtulit etiam e Graeco Euhemerum Agragantinum de sacra historia, teste Arnob. 4. p. 147. et Lact. 1, 11. Sed horum omni- um fragmenta tantummodo supersunt apud Cic., Quint., Senec., Gell., Macr., Fest., Non. et veteres grammaticos. Stilus ejus fuit horridior, in- comptaque oratio, ut illis temporibus: ceterum legi dignus, et a quo multa disci possint. Apud Ciceronem (inquit Senec. ap. Gell. 12, 2.) invenies etiam in prosa oratione quaedam, ex quibus intelligas, illum non perdidisse operam, quod En- nium legit, h. e. multa fuisse imitatum: quod tametsi Seneca ibi reprehendit, pluris tamen apud nos Ciceronis ipsius judicium esse debet. Virgilium quoque, cum aliquando ipsum in manu haberet, rogatum, quidnam faceret, respondisse, se aurum colligere de stercore Ennii, narrat Don. in Virg. Vita a med. De eo Ov. Trist. 2, 424. Ennius in- genio maximus, arte rudis. Et Quint. 10, 1. En- nium, sicut sacros vetustate lucos, adoremus, in quibus grandia et antiqua robora jam non tantam habent speciem, quantam religionem. P Alius fuit hoc posterior, qui de litteris, syllabisque, item de metris, et de augurandi disciplina scripsit. Suet. Gramm. 1.

ENNOEA, εννοια, notio, intelligentia, insita et ante percepta cognitio, ut Cic. Acad. 4, 7., Fin. 3, 6., Tusc. 1, 24. et Top. 7. definit, sed ubique Graece utitur. P Apud Tertull. adv. Valent. 7. unus est ex aeonibus Valentimani.

ENNOSIGAEUS, i, m. εννοσηγαιος, Neptunus terram quassans: ab εννω, moveo, et γαια, terra. Juven. 10, 182. de Xerxe: Ipsum compedibus qui vinxerat Ennosigaeum. Senec. Q. N. 6, 23. extr. Quisquis primas litteras Graecas didicit, scit, Nep- tunum apud Homerum εννοσηγαιον vocari. Memi- nit et Ammian. 17, 7. ad f. P Scribitur et εννοσηγαιος, Ennosigaeus.

[ENNYCHUS, i, m. εννυχος, nocturnus. Est cognomen Romanum. Inscr. ap. Rosinium, Dissert. Isagog. ad Herculan. tab. 15. col. 2. M. Magius, M. L. Ennychus. P Et omnia, ut saepe apud Latinos, aspirazione. Alia apud Murat. 1573, 9. L. Crassicius L. L. Ennychus. F.]

ENO, as, avi, atum, a. l. ενήζουμαι, extra nō,

nando exeo, enato. *Pl. Rud.* 1, 2, 81. At in vado est: jam facile enabit. *Cic. Fin.* 3, 19. Is, qui enat e concha. *Liv.* 44, 28. Pars eorum, qui propiores continenti litori erant, in Erythream enarunt. *Id.* 33, 41. Multae naves ita haustae mari, ut nemo in terram enaverit. *P. Translate. Virg. A.* 6, 16. *de Daedalo.* Insuetum per iter gelidas enavit ad Arctos, h. e. volavit. *Adde Sil.* 12, 95. *Sic Lucr.* 3, 592. *de anima.* Quam prolapsa foras enaret in aeris auras. *P. Cum accusativo. Val. Fl.* 5, 316. tantumque fretis enavimus orbem, h. e. navigando trajecimus. *Sil.* 3, 662. Has observatis valles enavimus astris, h. e. terrestri itinere trascucurimus. *Id.* 15, 375. Forsan et enasset rapidi freta saeva pericli, h. e. evasisset. *Al. leg. evasset syncope pro evasisset. P. [\*Confunduntur Enare et enatare. Drak. ad Liv.* 21, 7, 5. *Quendend.* ad *Front.* 1, 4, 7. *VV. DD.* ad *Valer. Max.* 3, 2, 23. Porro *Enaci* et *evasi.* *Drak. ad Liv.* 33, 41, 7.]

ENODATE, adv. nodis sublatis, et translate sublatis difficultatibus intelligendi, clare, perspicue, *δῆλως.* *Cic. Inv.* 1, 21. *extr.* Sua diligenter et enodate narrando. *Id. Fin.* 5, 9. *extr.* Haec nobis enodatus explicanda sunt. *August. Confess.* 5, 6. Enodatissime expedire. *Adde Retract.* 2, 57.

ENODATIO, onis, f. purgatio a nodis. Translate explicatio, expositio. *Cic. N. D.* 3, 24. Quid vos delectat illa explicatio fabularum, et enodatio nominum? *Adde Top.* 7.

ENODATOR, oris, m. qui enodat et explicat. *Tertull. Pall.* 6. Primus enodator vocis. *Al. minus recte leg. edomator.*

ENODATUS, a, um, part. ab *enodo*, a nodis purgatus. *Cato R. R.* 33. Vitem bene enodatam deligato recte, h. e. ab nodis atque superfluis ramis diligenter purgatam. *P. Translate. Cic. Inv.* 2, 2. Praecepta perspicue conscripsit, atque enodata diligenter exposuit.

ENODIS, e, adj. *ἀνώματος*, sine nodo. *Virg. G.* 2, 78. Aut rursus enodes trunci resecantur. *Plin.* 5, 1, 1. Proceritas arborum enodi nitore spectabilis. *P. Translate ponitur pro eo, quod sine difficultate est. Plin. ep.* 5, 17. Scripta erant elegis fluentibus, et teneris, et enodibus, sublimibus etiam verbis. *Claud. in Eutrop.* 2, 361. Quis magis enodes laterum detorqueat artus? quod est mollium et effeminatorum.

ENODO, as, avi, atum, a. I. *ἐξαιμάτω*, nodis purgo, nodis exsolvo. *Cato R. R.* 44. Bene enodato, stirpesque laeves facito. *Colum.* 5, 6. *ante med.* Ulmi summae virgae falce debent enodari. *P. Per metaphoram accipitur pro explicare, declarare. Auct. ad Her.* 2, 10. Contrariae legis enodabimus voluntatem. *Cic. N. D.* 3, 24. In enodandis nominibus laboratis, h. e. in explicanda origine, atque etymo. *Gell.* 13, 10. Enodare laqueos juris. *Accius ap. Non.* 1, 49. Tu autem quod quaero abs te, enoda, et quis sis, explana. *Turpil. ib.* Ab initio ut res sit gesta, enoda mihi. *Varr. ib.* Enodare aliquid subtilius. *[\*Appul. Met.* 2, p. 120, 24. Enodare fata, i. e. praedicere.] *P. Enodare arcum apud Appul. Met.* 5, p. 172, 25. est solvere, et adempto nervo inutilem reddere.

ENORCHIS, is, f. *ἐνορχής*, gemma, quae divisa segmentis, testium effligem repraesentat: ab *ὄρχης*, testiculum. *Plin.* 37, 10, 58.

[ENORMATE, adv. *Gloss. Isid.* Enormate: cui addi, minui nihil potest, scilicet enormis est, aut ita magnus, ut major esse nequeat, aut ita parvus, ut minor esse non possit. *F.*]

ENORMIS, e, adj. *ἀνίκανος*, qui est extra normam, aut mensuram: et fere dicitur de iis, quae excedunt. *[\*Sen. de brev. vit.* 12. Quanta arte scindantur aves in frustra non enormia, i. e. modicae magnitudinis.] *Plin.* 17, 12, 17. Breves sunt umbrae, quamvis magnarum arborum, quae in orbem ramos circinent, ut in malis, pirisque: eadem enormes cerasis, lauris. *Id.* 9, 35, 56. Uniones enormes. *Stat. Silv.* 1, 3, 51. Enormes colossi. *Suet. Cal.* 50. Statura fuit eminenti, corpore enormi. *Id. Vitell.* 17. Enormis proceritas. *Tac. A.* 2, 14. Enormes hastae. *Id. Agr.* 36. gladii. *Id. A.* 15, 38. Huc et illuc flexi, atque enormes vici, h. e. non directi, sed sine ordine tortuosi. *V. Liv.* 5. *in f.* Rursus *Tac. Agr.* 10. Immensum et enorme spatium. *Quint.* 11, 3. *a med.* Togam rotundam esse, et apte caesam velim: aliter enim multis modis fiet enormis. *Spart. Gel.* 6. Animis militum delinitis, enormibus etiam stipendiis datis, i. e. stipendia haud vulgaria. *P. Translate. Plin. ep.* 9, 26. Omnis enim advertit, quod eminet, et exstat: sed acri intentione dijudicandum est, immodicum sit, an grande; alium, an enorme. *Petr. Sat.* 2. Ventosa et enormis loquacitas Athenas ex Asia commigravit. *Senec. ap. Gell.* 12, 2. *a med.* Virgilius duos quosdam versus, et enormes, et aliquid supra mensuram trahentes interposuit. *Spart. Ael. Ver.* 1. *extr.* Nec debet prologus enormior esse, quam fabula. *[\*V. Munck. ad Fulg. Myth.* 1, 1. p. 623.] *P. Apud Appul. Met.* 9. p. 232, 16. enormis senecta est valde antiqua. *[\*Caeterum ex omnibus his lo-*

cis patet adj. *enormis* argenteae aetatis proprium esse. Idem dictum puta de vocibus *enormitas* et *enormiter.*]

ENORMITAS, atis, f. figura extra normam. *Quint.* 9, 4. *ante med.* In structura saxorum rudium etiam ipsa enormitas invenit, cui applicari, et in quo possit insistere. *P. Item excessus a norma. Senec. Constant. sap.* 18. Exilitas crurum, enormitas pedum. *Spart. Carac.* 2. Enormitate stipendii militibus placatis, i. e. insolita magnitudine. *[\*Veg. Art. vet.* 3, 54, 2. Enormitas onerum. *Id.* 3, 59, 3. Enormitas ponderum.]

ENORMITER, adv. sine mensura, extra normam, *ἐνωμύτως.* *Plin.* 36, 10, 15. Enormiter ejaculari umbram. *Et 37, 6, 23.* Si ex alio colore in se admittat aliquid enormiter. *[\*Veg. Art. vet.* 2, 8, 2. Enormiter ablatus sanguis. *Adde 2, 28, 10.] Senec. Q. N.* 1, 7. Virgula vitrea conatur quidem reddere imaginem solis, quia laevis est materia, et ad hoc habilis: sed non potest, quia enormiter facta est. *[\*wegen der unregelmässigen Gestalt.]*

\*ENOSIS, is, f. *Ἐνωσις*, parva insula prope Sardiniam, hodie *S. Antioco*, ut *Cluverio* placet. *Plin.* 3, 7. *B. A.*

ENOTATUS, a, um, part. ab *enoto*, notatus, animadversus. *Appul. Met.* 9. p. 220, 22. Sorte unica casibus pluribus enotata. *Et ib.* p. 237, 9. Signis nostris enotatis, investigationi dabant operam. *V. ENOVATUS.*

ENOTESCO, is, tui, n. 3. *γνωρίζομαι*, notus fio. *Suet. Oth.* 3. Qui tamen sic quoque hoc disticho enotuit. *Plin. ep.* 2, 10. Enotuerunt quidam tui versus, et invito te, claustra tua fregerunt. *Tac. H.* 3, 34. Quod ubi enotuit etc. *[\*i. e. quum in vulgus emanasset.] Senec. Ben.* 3, 32. Ut eloquentia per gentes enotesceret.

ENOTO, as, avi, atum, a. I. idem quod noto. *Plin. ep.* 1, 6. Meditabar aliquid enotabamque. *(Adde ep.* 6, 16.) *Quint.* 1, 7. Cui tribus, quas proposui, litteris enotamus.

ENOVATUS, a, um, part. ab *enovo*, innovatus. *Petr. Sat.* 93. Et pictis anas enovata pennis. Alii melius leg. *enotata*, h. e. distincta.

ENOVO, as, avi, atum, a. I. innovo. *Cic. Acad.* 1, 3. Haec ne obsolescerent, enovabam, cum licebat, legendo. *Al. melius leg. renovabam.*

[ENRHYTHMICUS, a, um, et ENRHYTHMUS, a, um, adj. *ἐνρhythμικός* et *ἐνρhythμικός*, rhythmis et numeris constans. *Capell.* 8. p. 328. Tempora enrhythmica. *Id. ib.* p. 327. Genus musicae enrhythmion. *F.*]

ENS, entis, part. praesentis temporis a verbo *sum.* Testatur *Prisc.* 18, 1140. Caesarem hoc participium protulisse (in libris, opinor, de Analogia) et quidem non incongrue. Nam inde sunt *praesens, absens, potens.* *Quint.* 8, 3. a Sergio Flavio rhetore scribit *ens*, et *essentia* formata fuisse: quae tamen, inquit, dura admodum videntur. *Id.* 2, 14. huic eidem Flavio tribuit haec duo *essentia*, atque *entia*: ubi vox *entia* videri potest substantivum. Utcumque se res habet, non usurpaverim, quamvis *Prisc.* tam gravem Caesaris auctoritatem interponat. *De essentia V. infra suo loco.*

ENSICULUS, i, m. *ἐσιπίδιον*, parvus ensis. *Pl. Rud.* 4, 4, 112. Ensiculus aureolus litteratus. *P. Probus apud Prisc.* 3, 618. ponit etiam *ensicula*, ac: sed nullo probat exemplo.

ENSIFER, a, um, adj. *ἐνσιφόρος*, qui ense fert. *Or. A. Am.* 2, 56. Ensifer Orion aspiciendus erit. *Al. leg. ensiger. Lucan.* 1, 665. Ensiferi nimium fulget latus Orionis. *Val. Fl.* 3, 406. Ensifer Celeneus. *Stat. Th.* 4, 321. Ensiferae cattervae. *Id. Ach.* 2, 414. Ensiferi tumultus, h. e. ad arma vocantium.

ENSIGER, a, um, adj. ensifer, qui ense fert. *Or. Fast.* 4, 388. Ensiger Orion aequore mersus erit. *Adde A. Am.* 2, 56. Utroque autem loco al. leg. *ensifer.*

[ENSILIA, um, n. plur. locus, in quo reponuntur enses. *Not. Tir.* p. 126. Ensilia, ensilia. *F.*]

ENSIPOTENS, entis, adj. fortis, strenuus, qui ense valet. *Coripp. Laud. Justin.* 4, 368. Nec non ensipotens membrorum robore constans.

ENSIS, is, m. *ἐπίστος*, gladius militaris. Vox poetica, in cuius assignanda origine, valde laborant Etymologi. *Quint.* 10, 1. *ante med.* Sunt autem alia verba hujus naturae, ut idem pluribus vocibus declarent, ita ut nihil significationis, quo potius utaris, intersit; ut *ensis*, et *gladius.* *Cic.* vertens Homeri versum, in *fragm.* ap. *Gell.* 15, 6. Qui quondam Hectoreo percussus concidit ense. *Hor. Od.* 3, 1, 17. Destructus ensis. *Id. Sat.* 2, 1, 40. vagina tectus. *Virg. A.* 7, 743. Micat acereus ensis. *Et 526.* late Horrescit strictis seges ensibus. *Et 10, 387.* Ensem alicui in pulmone recondere. *Hor. Epod.* 17, 71. Ense pectus recludere. *Val. Fl.* 2, 181. armare manus. *Or. Pont.* 2, 1, 66. auferre alicui caput. *Albin.* 1, 235. perire arma inter et enses, h. e. in bello et acie. *Et 312.* Terga dare ensibus, h. e. aciei, armis, viribus et impetu militum. *P. In illo Virg. A.* 3,

261. atque illi stellatus iaspide fulva Ensis erat: *ensis* vel pro capulo, vel pro vagina ponitur, synecdoche. Simile est illud *ib.* 11, 11. ense collo suspendit eburnum. *P. Per metonymiam usurpatur pro imperio, cuius est insigne inter alia et ensis. Lucan.* 5, 61. saevum in populos puer accipis enses. *P. Et pro bello et proeliis. Stat. Silv.* 4, 7, 45. Tu tuos parvo (*filio*) memorabis enses, Quos ad Eoum tuleris Orontem. *Sil.* 7, 167. ensibus ignotis, h. e. cum nulla bella essent: quod fuit aurea aetate. *P. Ensem tradere est militem facere, apud Stat. Silv.* 5, 2, 177. *[\*Non recte Schell. in Lex. ex hoc loco verba dare militem excitat.] P. Est ensis coeleste sidus, nempe Orion, qui a poetis ensifer dicitur. Val. Fl.* 2, 67. quo sidere vibret Ensis, et Actaeus niteat qua luce Bootes. *P. [\*Confunduntur Ensis et ignis. V. Vir. doct. ad Or. Met.* 14, 574.]

[ENTATICOS, i, f. *ἐντατικός*, vim intendendi habens. Ita vocat *Appul. Herb.* 15. herbam satyrium, quod valet ad intendendum penem. *[\*Fulg. Mythol.* 3, 7. Emplastrum entaticum, i. e. quod facit arrigere. *V. Munck. ad h. l. p. 723.] F.*]

ENTELECHIA vel Endelechia, ae, f. *ἐντελέχεια*, et *ἐνδελείχεια*, ab *ἐντελής*, perfectus. *Cic. Tusc.* 1, 10. Aristoteles, cum quatuor illa genera principiorum esset complexus, e quibus omnia oriuntur, quintam quandam naturam censet esse, e qua sit mens. Cogitare enim, et providere, et discere, et docere etc. in horum quatuor generum nullo inesse putat: quintum genus adhibet vacans nomine: et sic ipsum animum *ἐντελέχειαν* appellat nomine, quae quandam continuatam motionem et perennem. *[\*Duas voces diversas ἐντελέχεια et ἐνδελείχεια confudisse videtur Cicero. V. Davis. et alios viros doct. ad h. l.] Tertull. Anim.* 32. Si et atomos Epicuri tenerem, et numeros Pythagorae viderem, et ideas Platonis offenderem, et entelechias Aristotelis occuparem.

ENTELLINUS, a, um, adj. ad Entellam pertinens, quae est urbs Siciliae ad Crimism amnem, condita ab Entello Trojano Aeneae comite. *Cic. Verr.* 2, 3, 87. Entellinus senatus. *P. Entellini, orum,* sunt ejus urbis cives. *Plin.* 3, 8, 14.

ENTEROCÉLE, ae, f. *ἐντεροκήλη*, hernia intestinorum, quando ea prolabantur vel ad inguina, vel ad scrotum, et tumorem gignunt: ab *ἐντερον*, intestinum, et *κήλη*, tumor scroti. *Martial.* 10, 56. Enterocelarum fertur Podalirius Hermes. *Id.* 11, 84. Mitior implicitas Alcon secat enterocelas. *Plin.* 26, 13, 83. Equisetum enterocelen cohibet.

ENTEROCÉLICUS, a, um, adj. qui enterocelen laborat. *Plin.* 26, 8, 49. Quinquefolium enterocelicis dari, atque illini, utilissimum est. *Arnob.* 7, p. 240. Deos lienosos, et enterocelicis dicere. *Martial.* 12, 70. Atque olei stillam daret enterocelicus unctor.

ENTHEATUS, a, um, part. ab *intheo*, numine afflatus, divino furore percitus, entheus. *Mart.* 12, 57. Nec turba cessat entheata Bellonae, h. e. sacerdotes Bellonae, qui se cultris feriebant, et furentes vaticinari credebantur.

ENTHECA, ae, f. *ἐνθήκη*, repositorium pecuniae: Graeca vox ab *ἐνθήκη*, infero. *August. serm.* 42. *de divers.* Entheciam nobis habere non licet. Non enim est episcopi servare aurum. *P. Latius etiam sumitur pro dote praedii, de qua in DOS dictum est: habenturque non uno in loco hujus significationis testimonia in libris Digestorum: Graece tamen plerumque. Nam quod afferunt ex Ulp. Dig.* 32, 1, 68. Praedii sunt, cum his enthecis, quae in ea possessione sunt, relicti etc. *Haloander* edidit *ὄν τὰς ἐνθήκας.* *P. Est etiam dos, vel assignatio quaecumque ad aliquid faciendum. Inscr. apud Lupulum, de inscr. Corfyniensis* p. 124. Idem ad lavacrum balnearum publicarum ligni duri vehes N. CCC. enthecae nomine imperpetuum obtulit. *P. Impp. Valent. et Valens Cod. Theod.* 15, 1, 12. vocant *entheciam populi romani* repositorium annonae publicae, seu potius ipsam annonam. *Idem ib.* 14, 3, 7. *entheciam pistrinorum* omne instrumentum, et dotem pistrini.

[ENTHECATUS, a, um, adj. repositus in theca. Translate. *Fulgent. Mythol.* 1. Quidquid Helicon verbalibus horreis enthecatum possederat. *F.* *[\*Ambros. in Lucan,* quem loc. *Munck. ad Fulg.* p. 611. affert, *enthecatum dicendi genus* pro polito et phalerato posuit.]

ENTHEUS, a, um, adj. *ἐνθεός*, numine afflatus, divino numine plenus, percitus, furens, sacer, divinus: ab *ἐν*, in, et *θεός*, Deus. *Mart.* 11, 84. Cum furit ad Phrygios enthea turba modos. *Stat. Silv.* 3, 5, 97. Enthea fatidicae templa Sibyllae. *Et ib.* 1, 2, 227. Enthea lauro tempora premere. *Senec. Med.* 382. Incerta qualis entheos cursus tulit, Cum jam recepto Maenas insanit Deo. *Id. Troad.* 674. Deo percussa Maenas entheos silvas gradu, Armata thyrsos terret. *Id. Oedip.* 628. Enthea gnatos manu lacerare. *P. Enthea mater* apud *Mart.* 5, 41. est Cybele, sacerdotes suos in furorem vertens.

ENTHYMEMA, atis, n. *ἐνθυμήματα*, ab *ἐνθυμέω*, in animo verso, perpendo, cogito, a *θυμός*

animus. *Quint.* 5, 16. Enthymema (quod nos commentum sane, aut commentationem interpretamur, quia aliter non possumus, Graeco melius usuri) unum intellectum habet, quo omnia mente concepta significat: alterum, quo sententiam cum ratione: tertium, quo certam quandam argumenti conclusionem, vel ex consequentibus, vel ex repugnantibus. *P* Prima significatio tota Graeca est: secunda refertur ad argumentum: tertia ad argumentationem, hoc est ad argumenti elocutionem, et figuram. *Id. ib.* 14. Igitur enthymema et argumentum ipsum, id est rem, quae probationi alterius adhibetur, appellant, et argumenti elocutionem. Eam vero dixi duplicem: ex consequentibus, quod habet propositionem, conjunctamque ei protinus probationem: quale pro Ligario (c. 6): *Causa tum dubia, quod erat aliquid in utraque parte, quod probari posset: nunc melior certe ea judicanda est, quam etiam Dii adjuverunt.* Habet enim propositionem, probationemque: non habet conclusionem. Ita est ille imperfectus syllogismus. Ex pugnantibus vero, quod etiam solum enthymema quidam vocant, fortior multo probatio est. Tale est Ciceronis pro Milone (c. 29.): *Ejus igitur mortis sedetis ulores, cujus vitam si putetis per vos restitui posse, nolitis.* Hactenus *Quint.* *P* Itaque cum enthymema dicitur imperfectus syllogismus, vel ideo dicitur, quia per pauca effertur, sive deest propositio, sive conclusio: vel ideo, quia non necessario concludit. *Id.* 5, 10. Apodixis est evidens probatio. Hanc et ab epicheremate differre Caecilius putat solo genere conclusionis, et esse apodixim imperfectam, epicherema; eadem causa, qua diximus, enthymema a syllogismo differre. *P* Enthymemata praecipue rhetorum sunt, et ex contrariis fiunt. *Cic. Top.* 13. Ex hoc illa rhetorum sunt ex contrariis conclusa, quae ipsi enthymemata appellant: non quod non omnis sententia proprio nomine enthymema dicatur; sed ut Homerus, propter excellentiam, commune poetarum nomen efficit apud Graecos suum; sic cum omnis sententia enthymema dicatur, quia videtur ea, quae ex contrariis conficiatur, acutissima, sola proprie nomen commune possidet. Ejus generis sunt: *Hunc meture, alterum in metu non ponere. Eam quam nihil accusas, damnas. Bene quam meritam esse autumas, diem male mereri. Id, quod scis, prodest nihil; id, quod nescis, obest.* Haec *Cic.* Adde aliud exemplum ex eodem apud *Gell.* 1, 4. [*\*Jul. Rufinian.* p. 28. Enthymema fit, cum peritiam orationis ex contrariis sententiis adstringitur.] *P* Neque vero ita solum oratorum proprium est, ut non et a philosophis dialecticis adhibeatur, uti docet *Cic. Top.* 14. Quare *Juven.* Dialecticae tribuit, 6, 447. Non habeat matrona tibi quae juncta recumbit, Dicendi genus, aut curtum sermone rotato Torquet enthymema, nec historias sciat omnes. [*\*Cf. Ernest. Lex. Technol. lat. rhet.* p. 149.]

ENTHYMESIS, is, f. ἐνθύμησις, animatio, animae infusio: item cogitatio, inventum. *Tertull. adv. Valent.* 9. extr. Totam enthymesin, id est animationem cum passione, quae insuper acciderat, exposuit. Adde *adv. Haeret.* 7.

ENTIMUS, i, m. ἐντιμος, pretiosus. Est cogn. *Rom. Inscr. ap. Fabr.* p. 315. n. 394. C. Egnatius Entimus. *F.*

ENTOCHEUS, i, m. Ἐντοχῆος, nobilis statuarius vel marmorarius sculptor; cujus opera recenset *Plin.* 36, 5. B. A.

ENTOLE, es, f. ἐντολή, praeceptio. Est cogn. *Rom. Inscr. apud Grut.* 581, 13. Claudia Entole. *F.*

ENTROPĀ, ae, f. et  
[ENTROPES, enis, f. ἐντροπή, verecundia. Est cogn. *Rom. Inscr. ap. Murat.* 936, 1. Aemilia Entropa. Alia apud *Maff. Mus. Ver.* 296, 5. Aetiliae Entropeni. *F.*]

ENUBILATUS, a, um, part. ab *enubilo*, sine nubibus, serenus, clarus. *Paul. Carm.* 21, 667. Enubilatum veritatem cernimus.

ENUBILO, as, avi, atum, a. 1. a nubibus purgo, clarum facio. *Tertull. Apol.* 35. Clarissimis lucernis vestibula enubilabant. *P* Translate. *August.* 4. *Doctr. Christ.* 10. a. med. Sicut gratius est, qui cognoscenda enubilat; sic onerosus est, qui cognita inculcat. *Tertull. Anim.* 3. Ea erunt Christianis enubilanda, h. e. declaranda.

ENUBO, is, psi, ptum, n. 3. ἐνυβώω, est extra suum ordinem nubere. *Liv.* 10, 23. Virginiam A. F. patriciam plebejo nuptam L. Volumio Cos., quod e patribus enupsisset, matronae sacris arcuerant. Adde 4, 4. [*\*V. Gron.* ad *Liv.* 29, 19, 5. — *P* *Enubere* latiore significato est e paterna domo in mariti domum transire. *Liv.* 26, 34, 3. Filiae quae enupsissent prius, quam in populi Romani potestatem veniunt. *V. Sigon.* ad h. l. — *P* Confunduntur *Enubere* et *nubere*. *Drak.* ad *Liv.* 4, 4, 7.]

ENUBRO, inhibenti. *Fest.* Videtur autem loqui de auspiciis, quae contraria sunt, et aliquid fieri prohibent. *Gloss. Philox.* Enubra, ἐνυβρία. *V. INEBRAE.*

ENUCLEĀTE, adv. καθαρῶς, enucleando, aper-

te, nude, simpliciter. *Non.* quoque 1, 296. exponit purgate, exquisite, et sine asperitate, aut duritia: ab eo quod nucibus separatis, id est testis, nucleorum utilis usus habeatur. *Cic. Q. Fr.* 3, 3. De aqua, et via nihil praetermisi quadam epistola, quin enucleate ad te perscriberem. *Id. Brut.* 30. Enucleate et polite dicere. [*\*Id. Or.* 9. Eleganter enucleateque.] *Id. ib.* 9. Subtiliter, presse, enucleate dicere: nihil contra grande, incitatum, ornatum. *Id. Fin.* 4, 3. Qui grandia ornate vel lent, enucleate minora dicere. *Id. Tusc.* 4, 14. Quae de perturbantibus enucleate disputant Stoici, quae logica appellant, quia disserunt subtilius. *August. Enchirid.* 83. Enucleatissime disputare.

ENUCLEĀTUS, a, um, part. ab *enucleo*, cui nucleus est extractus, ut Enucleatae baccae juniperi, apud *Marc. Empir.* 20. *P* Translate est purgatus, purus, simplex. *Cic. Planc.* 4. Illud debes putare, comitiis aedificiis studium esse populi, non iudicium: eblandita illa, non enucleata esse suffragia. *Id. Or.* 26. extr. Genus dicendi enucleatum, h. e. quo utitur submissus orator, et tenui stilo utens, in quo orationis ornamenta parcesse adhibentur. [*Cf. Ernest. Lex. Technol. lat. rhet.* p. 149.] (Adde *Or.* 3, 9.) *Gell.* 4, 7, 3. a. med. Neque tenues istas, et enucleatas voluntatum in rebus illicitis reprehensiones, qualia in philosophorum otio disputantur, magni facit, h. e. puras et nudas reprehensiones voluntatum nudarum et inanium, ut *ib. mox* loquitur. *V. integrum loc. Cic. fr. pro Scauro* (ed. A. Peyronio) p. 78. Non agam igitur cum ista Sardorum conspiratione, et cum expresso, coacto, sollicitoque perjurio subtiliter, neque acu quaedam enucleata argumenta conquiram. [*\*Herennius Modestini* librum singularem edidit, qui inscriptus erat *Enucleati casus*. Ex eo plures leges in *Dig.* libros translatae.]

ENUCLEO, as, avi, atum, a. 1. id quod esui est, e nucle aliisque pomis extraho, atque a putamine, aut nucleo purgo. *Apic.* 4. extr. Duracina purgas, enucleas. *P* Translate est purgare, digerere. Quo spectat *tit. 17. lib. 1. Cod. Just.* qui inscribitur *De veteri jure enucleando*. *P* Item aperire, explicare, ab obscuritatibus, aut difficultatibus purgare. *Cic. Tusc.* 5, 8. Haec nunc enucleare non ita necesse est. *Id. Partit.* 17. Cito arescit lacrima, praesertim in alienis malis: nec quicquam in amplificatione nimis enucleandum est: minuta est enim omnis diligentia: hic autem locus grandia requirit. *Gell.* 19, 8. Quae ista omnia, et enucleari, et excuti ab hominibus negotiosis non queunt.

ENUDO, as, a. 1. idem ac nudo. Translate ponitur pro exponere, interpretari. *Cic. Leg.* 1, 9. Et rerum plurimarum obscuras et necessarias intelligentias enudavit. [*\*Locus multis dubitationibus obnoxius. Goerenz.* edidit *enodavit*, quod defendit *Schütz* in *Ind.* loco ex *Top.* 7. allato. *Orell.* cum Aurato inchoavit legendum censet.] *Reposian. Conub. Mart.* et *Ven.* 102. Cum nec tota latet, nec tota enudat amorem, h. e. membra amabilia.

ENUMERATIO, onis, f. ἐξαριθμησις, actus enumerandi. *Cic. Leg.* 3, 10. Enumeratio malorum. *Id. Brut.* 36. Versari in enumeratione oratorum. *P* Speciatim est pars perorationis, in qua res disperse, et diffuse dictae unum in locum coguntur, et reminiscendi causa unum sub aspectum subjiciuntur, ut *Cic. Inv.* 1, 52. definit, ἀνακεφαλαιώσις. [*\*Latine possis cum Sulpic. Vict. Inst. rhet.* p. 249. renovationem dicere. *Cf. Cic. Inv.* 1, 52.] Adde *Auct. ad Her.* 2, 30, et *Quint.* 6, 1. [*\*Cf. Ernest. Lex. Technol. lat. rhet.* p. 150.] *P* Item exornatio oratoria, qua pluribus rebus expositis, et ceteris infirmatis, una reliqua necessario confirmatur: ut si dicas; Si iste occidit, aut inimicitiae causa id fecit, aut spei, aut metus, aut alicujus amici gratia: aut si horum nihil est, non occidit. Constat autem, neque inimicitiam interfuisse, neque metum etc. Ergo non occidit. *Cic. Inv.* 1, 29.

ENUMERATUS, a, um, part. ab *enúmero*, numeratus, recensitus. *Liv.* 3, 58. Septem et viginti enumeratis stipendiis. *Caes. B. C.* 3, 105. Reperitis atque enumeratis diebus, quo die etc.

ENÚMERO, as, avi, atum, a. 1. ἐξαριθμῶ, idem quod numero, vel plene, et usque ad ultimum numero, recenseo. [*\*Proprie de pecunia praesente quae numeratur. Pl. Asin.* 2, 4, 9. Peculium non potest enumerari.] *Cic. Rosc. Am.* 46. Athespsa illa, quam tanto pretio nuper mercatus est, ut qui praetererunt pretium enumerari audebant, fundum venire arbitrantur. *Id. ad Quirit.* 2. Nemo est, qui vestrorum multitudinem beneficiorum non modo augere, aut ornare oratione, sed enumerare aut consequi possit. *Id. N. D.* 2, 47. Enumerare possum, quae sit in figuris animantium, et quam solers subtilisque descriptio partium etc. *Prop.* 2, 1, 44. Enumerat miles vulnera, pastor oves. *Nep. Lys.* 2. Ne de eodem plura enumerando fatigemus lectores, i. e. enarrando. *Id. Hann.* 5. Longum est enumerare proelia etc. *Id. Att.*

18. Juniam familiam a stirpe ad hanc aetatem ordine enumeravit, i. e. recensuit. *P* Part. *Enumerans* apud *Curt.* 6, 3. Nescio, an enumeranti mihi etc. *Enumeraturus* ap. *Cic. Verr.* 3, 33. Dixi jam antea, me non omnia istius, quae in hoc genere essent, enumeraturum.

ENUMQUAM, ecquando. *Festus.* V. EN.  
[ENUNCŪPO, as, a. 1. palam nuncupo. *Not. Tir.* p. 73. Nuncupat, enuncupat. *F.*]

ENUNDINO, as, avi, atum, a. 1. mercari. *Tertull. Idolol.* 9. Spiritum Sanctum enundinare.

ENUNTIATIO et Enunciatio, onis, f. explicatio, expositio, ἀπόφασις. *Quint.* 7, 3. Finitio est rei propositae propria, et dilucida, et breviter comprehensa verbis enuntiatio. *P* Item manifestatio. *Id. Decl.* 272. Enuntiatio voluntatem habet, et animum non coactum: confessio expressam dolore multo necessitatem. *P* Item propositio, enuntiatio, effatum. *Cic. Fat.* 10. Non omnis enuntiatio, quod ἀξίωμα dialectici appellant, aut vera, aut falsa erit. *Id. ib.* 12. Haec enuntiatio vera esse non potest: capiet Numantiam Scipio.

ENUNTIATIVUS, a, um, qui enuntiandi, seu manifestandi vim habet. *Senec. ep.* 117. ante med. Motus animorum enuntiativi corporum. Et *mox.* Dico, Cato ambulat: non corpus quidem est, quod nunc loquor, sed enuntiativum de corpore: quod alii effatum vocant, alii enuntiatum, alii editum.

[ENUNTIATOR, oris, m. qui enuntiat. *Inscr. ap. Cardinal. Iscriz. Velitern.* n. 87. L. Marius Auctus enuntiator ab scaena Graeca, scil. qui in scaena prologum recitabat, vel qui actorum recitationem docebat, et moderabatur. *F.*]

ENUNTIATRIX, icis, f. quae enuntiat. *Quint.* 2, 15. circa med. Theodorus Gadareus ita dicit (ut ipsis eorum verbis utar, qui hoc ex Graeco transtulerunt): Ars inventrix, et judicatrix, et enuntiatrix decante ornatu etc., h. e. rhetorica. *Prud. negi. orsq.* 10, 771. lingua interpres animi, enuntiatrix sensuum.

ENUNTIATUM, i, n. enuntiatio, effatum, ἀξίωμα. *Cic. Fat.* 9. Epicurus concedens omne enuntiatum aut verum aut falsum esse. Adde *ib.* 12.

ENUNTIATUS, a, um, part. ab *enuntio*, dictus, loquendo expressus, manifestatus, ἀπορωμένος. *Quint.* 2, 5. Sermo rectus, et secundum naturam enuntiat, nihil habere ex ingenio videtur. *Cic. Fin.* 2, 7. Gravissimae sunt ad beate vivendum breviter enuntiatiae sententiae. *Id. Mur.* 11. Si quid fuit in isto studio admirationis, id, enuntiativis vestris mysteriis, totum est contemptum, i. e. evulgatis. *Caes. B. G.* 1, 4. Res alicui per iudicium enuntiat.

ENUNTIO et Enuncio, as, avi, atum, a. 1. ἀποφάσσω, ἐκφέρω, pronuntio, dico, exprimo. *Cic. Acad.* 4, 29. Fundamentum dialecticae est, quidquid enuntiat (id autem appellatur ἀξίωμα, quod est quasi effatum) aut verum esse, aut falsum. [*\*Hunc locum nollem in principio posuisset Forc.* Hoc sensu verbum dialecticis proprium; recentiores dicunt *praedicare*.] *Id. Or.* 3, 42. Videtis profecto genus hoc totum, cum inflexo, commutatoque verbo res eadem enuntiat, ornatius. *Id. Acad.* 1, 2. Quibusnam quisquam enuntiare verbis poterit haec ipsa de vita, et moribus etc.? *Caesell.* ap. *Gell.* 7, 2. Masculino genere cor enuntiativus Ennius. *Quint.* 1, 6. Enuntiare litteras. *Id.* 12, 10. Quae proprie signari poterant, circuitu coeperunt enuntiare. *P* Item aperire, edere, evulgare, et quod arcanum erat, detegere. *Planc.* ad *Cic. Fam.* 10, 8. Optima mentis cogitata jam pridem, maturo tempore enuntiare. *Cic. Or.* 1, 47. ad *f.* Enuntiare mysteria dicendi. *Caes. B. C.* 1, 30. Jurejurando, ne quis enuntiare. Et 17. Consilia nostra hostibus enuntiare. *Pl. Poen.* 4, 2, 66. Ne enuntiet id esse facinus ex te exortum. *Caes. B. G.* 1, 4. Enuntiare alicui per iudicium. [*\*V. Gron.* ad *Liv.* 9, 16.] *P* Part. *Enuntiativus* ap. *Liv.* 10, 38. Adigebatur jurejurando, quae visa, auditaque in eo loco essent, non enuntiativum. *Enuntiativus* ap. *Suet. Tib.* 71. Per ambitum verborum vim enuntiativam censuit. *P* [*\*Saepe confunduntur Enuntiare et nuntiare.* Sunt autem ita diversa, ut enuntientur consilia et arcana, nuntiantur visa et audita. *Drak.* ad *Liv.* 25, 9, 4.]

ENUPTIO, onis, f. actus enubendi. *Liv.* 39, 19. Ut Hispaniae Feceniae datio, diminutio, gentis enuptio, tutoris optio ita esset etc. *V. ENUBO.*

ENUTRIO, is, ivi, itum, a. 4. idem quod nutritio, vel perfecte, et complete nutritio, ἐκτρέφω. *Colum.* 3, 3. Sata non ita enutriunt, ut convalescant. *Plin.* 12, 1, 4. Ut mero infuso enutrientur. *Or. Met.* 4, 288. puerum diva Cythereide natum Najades Idaeis enutriverunt sub antris.

ENUTRITUS, a, um, part. ab *enutrio*, nutritus. *Plin.* 9, 37, 61. Purpurarum genus lutense, putri limo, et algense nutritum alga. *P* Translate. *Vitr.* 2, 1. ad *f.* Unde origines aedificiorum sint institutae, et quibus rationibus enutritae et progressae sint, gradatim ad has finitiones.

ENYALIUS, ii, m. Mars, vel alius belli Deus:

ab *ἐνύω*, pro *ἐνύω*, conficio, occido. Aliquibus dictus videtur Bellonae filius: ab *ἐνύω*, Enyo, et *ἰνός*, filius. *Macr. Sat.* 1, 19. sed Graece.

ENYO, us, f. contract. *Ἐνύω*, Bellona Dea belli: ab *ἐνύω*, pro *ἐνύω*, conficio, occido. *Stat. Th.* 8, 657. Et face mutata bellum integrabat Enyo. *Adde Sil.* 10, 203. P Metonymice accipitur pro bello vel proelio. *Martial. Spect.* 24. Ne te decipiat ratibus navalis Enyo.

EO

EO, is, ivi, et ii, itum, n. anom. *ἴω, εἶμι, πορεύομαι*, ambulo, vado, pergo, iter facio: a prima Graeca voce allata. *Cic. Phil.* 2, 32. Celeriter isti, redisti. *Liv.* 44, 43. Celerius, quia recta expedita via ierant, pervenerunt. *Id.* 42, 34. a med. A Ti. Graccho rogatus, in provinciam ii. *Pl. Stich.* 2, 1, 20. Pedibus ire non queo, [\*i. e. pedibus incedere non valeo. Alio sensu apud *Liv.* 28, 17. Pedibus ire, i. e. iter terrestre facere.] *Senec. Herc. fur.* 196. Ire curru. *Ov. Her.* 1, 46. equis. *Id. A. Am.* 1, 214. Quattuor in niveis aureis ibis equis, h. e. quadrijugo curru vectus. [\*ubi v. *Burm. Drak.* ad *Liv.* 1, 14, 9.] *Justin.* 41, 3. Ire super equos. [\*Et ire simpliciter de eo qui equo vehitur. *Virg. A.* 5, 554. Quos omnis euntes mirata fremit juvenctus.] *Martial.* 3, 47. in rheda. *Ov. Her.* 19, 180. puppibus, i. e. navi. *Id. Amor.* 1, 6, 10. tenebris. Et 7. per excubias instodum. *Lucan.* 8, 564. celsa de puppe carinae instodum. *Ter. Eun.* 3, 2, 42. Ire parvam jubet ire ratem. *Ter. Eun.* 3, 2, 42. Ire in via cum aliquo. *Liv.* 42, 36. per Italiam. *Ter. Andr.* 1, 1. in f. Eamus nunc intro. *Id. ib.* 3, 4, 15. Domum modo ibo. *Id. Ph.* 5, 6. in f. Ire ad mercatum. *Id. Eun.* 3, 2, 6. ad coenam. *Id. Ph.* 2, 1, 82. ad forum. Et 23. obviam alicui. *Id. Andr.* 3, 4, 20. ad aliquem, h. e. ad domum alicujus. *Id. ib.* 1, 1. in f. 1 prae, sequar. *Id. Ph.* 5, 7, 37. I in malam rem. [\**εἰς κακὸν ἐγγείν.* Et cum solo accusativo. *Ter. Eun.* 3, 3, 30. Malam rem hinc ibis.] *Pompej.* ad *Lentul. post. ep.* 12. l. 8. ad Att. Ire subsidio alicui. *Pl. Trin.* 3, 3, 4. Puella it in matrimonium sine dote. *Liv.* 34, 19. Ire in colloquium ad aliquem. [\*Ire in jus, id est vocantem sequi. *Auct. ad Her.* 2, 13. tu jus ut eas, quum voceris. *Pl. Truc.* 4, 3, 66. Eamus in jus. Quid vis in jus me ire. V. *Hein.* ad *Brisson. de Form. s. v. Ire.*] *Cic. Verr.* 2, 1, 48. in possessionem. [\**Saepius in Dig. libris legitur. Papin. Dig.* 43, 16, 18. Emor in vacuum possessionem it. Plura vidé ap. *Brisson. de Form. s. v. Ire.* — Ire in creditum. *Paul. Dig.* 12, 1, 2. *Alfen. Dig.* 19, 2, 31.] *Plin.* 26, 8, 47. in somnum, i. e. cubitum ire. *Ov. Trist.* 5, 14, 24. Vela damus, quamvis remige puppis eat. [\**Heins.* ad *Ov. Rem. Am.* 488.] *Brut.* ad *Cic. Fam.* 11, 13. Ille it passim, ego ordinatim: quaecumque iit, ergastula solvit, i. e. profectus est, agitur enim de iter faciente cum exercitu. P Saepe jungitur cum supinis aliorum verborum. [\**Distingue ea exempla in quibus ire proprio sensu positum est, ut supinum in um finem ac consilium motus iadict, ab iis, in quibus ire pro *πέλλειν* dictum. Hic usus, apud antiquiores frequens, a Cicerone alienus est. *Ramsh. Gr. Lat.* §. 170. p. 656.] *Ter. Eun.* 5, 2, 53. Nutricem arcessitum iit. *Cato ap. Fest.* in *Parsi.* Quod uti prohibitum irem, meo labori non *Parsi.* *Liv.* 32, 22. Neu pertinacia suagentem universam perditum iret. [\**Alia ex Liv. aliisque scriptoribus attulit exempla Drak.* ad *Liv.* 3, 63, 5.] *Cic. Rosc. Am.* 23. Ire cubitum. *Hor. Od.* 1, 2, 15. dejectum. *Pl. Poen.* 3, 1, 9. operam datum alicui. *Id. Cist.* 1, 1, 4. habitum honorem alicui. Et 39. depressum. *Id. Mil.* 3, 1, 27. opitulatum. *Id. Bacch.* 5, 2, 52. oppugnatum. *Sall. Jug.* 90. Bonorum praemia ereptum eunt. [\**Omittitur etiam ire hoc significatu. Sall. H.* 3. in *fragm.* ap. *Cort.* p. 973. Neque ego vos ultum injurias hortor.] P Cum infinito. *Prop.* 1, 1, 12. Ibat et hirsutas ille ferire feras. Et *ib.* 6, 33. Seu pedibus terras, seu pontum carpere remis ibis. *Stat. Th.* 3, 61. pudet ire fateri, h. e. pudet fateri. [\*ubi alii legunt *pudet ore fateri.*] *Adde Pl. Most.* 1, 1, 63., *Ter. Hec.* 1, 2, 114. et *Stat. Silv.* 5, 3, 10. P Et cum dativo. *Virg. A.* 5, 451. It clamor coelo, [\*i. e. tendit ad coelum.] *(Adde Val. Fl.* 3, 277.) *Prop.* 1, 15, 8. Ut formosa novo quae parat ire viro. Et 1, 20, 32. Hy-las ibat Hamadryasin. *Sil.* 15, 327. Cogitur ire sorori germanus amatae. P Et cum accusativo motus ad locum vel per locum. *Val. Fl.* 3, 371. Ignotas jubet ire vias, h. e. per vias. *Ov. Her.* 10, 125. Ibis Cercopios portus, h. e. ad portus. *Sil.* 12, 368. Sardoos isse recessus. *Grat. Cyneg.* 64. Ire freta. *Stat. Th.* 5, 279. gemini qua brachia muri Litus eunt, h. e. procurrant, atque extenduntur usque ad litus. [\**Heins.* ad *Ov. Her.* 7, 40, 18, 135. inprimis ad *Fast.* 1, 122.] P *Ire in aliquem est aggredi. Virg. A.* 9, 423. simul ense recluso Ibat in Eurialum. *Val. Fl.* 3, 308. Ire in hostes. *Ov. Her.* 11, 92. et *Amor.* 1, 7, 64. inque meas unguibus ire genas. [\**Eodem sen-**

su, quanquam rarius, ponitur ire ad aliquem. *Donat.* ad *Ter. Andr.* 1, 5. Itur ad me, quasi ad hostem. *Ciof.* ad *Ov. Nux.* 140.] P Et ommissa praepositione. V. COMINUS. P Et sequente dativo. V. *ib.* P Cum ablativo est abire, discedere. *Ov. Met.* 6, 201. It sacris, properate sacris, laurumque capillis Ponite. Deponunt infectaque sacra relinquunt. P Ponitur et pro incedere, ingredi. *Petr. Sat.* 129. Negant medici sine nervis posse ire. *Virg. A.* 6, 589. mediaeque per Elidis urbem Ibat ovans, Divumque sibi posebat honorem. *Pl. Epid.* 5, 1, 21. Ire otiose. *Id. Ps.* 1, 3, 13. placide. P Item pro exire. *Val. Fl.* 3, 3, 1. tectis Argoa manus. P Item pro venire, quemadmodum *venio* pro ire adhibetur. *Cic. Q. Fr.* 3, 1. ante med. Cum aliquo exhibimus, eat nobiscum, puerumque ducat. *(Adde Att.* 10, 16.) *Pl. Bacch.* 5, 2, 56. 1, i hac mecum intro. *Ter. Eun.* 2, 3, 13. Unde is? Ch. egone? nescio hercle, neque unde eam, neque quorsum eam. *Id. Andr.* 3, 4, 1. Ad te ibam. *Adde Liv.* 28, 41. ad f., *Stat. Th.* 7, 229. et 433., 8, 514. et 12, 360. et *Virg. A.* 2, 375. P Translate est fluere. *Stat. Th.* 4, 776. Langia perennes Servat aquas: solet et rapidi sublimite cancri Semper, et Icarii quamvis juba fulguret astri, Ire tamen. *Virg. A.* 8, 726. Euphrates ibat jam mollior undis. *Id. ib.* 2, 173. salsusque per artus Sudor iit. [\**Broukh.* ad *Tib. El.* 1, 10, 38. P Alvus it, i. e. exoneratur. *Cat.* 157, 7. ubi alvus non it ex nimio cibo.] P Item praeterire, transire, abire. *Pl. Ps.* 1, 3, 12. It dies: ego mihi cesso. *Ov. A. Am.* 3, 62. eunt anni more fluentis aquae. *Id. Her.* 15, 61. Sex mihi natales ierant, cum etc. P Item procedere. *Ov. A. Am.* 1, 147. cum pompa frequens coelestibus ibit eburnis. *Id. Amor.* 2, 1, 24. Carmina revocant niveos solis eunt equos. P Item vagari, discurre. *Id. Met.* 6, 146. Phrygiaeque per oppida facti Rumor it. *Juven.* 1, 145. It nova nec tristis per cunctas fabula coenas. *Quint.* 1, 8. Commoedia it per omnes et personas et affectus. *Id.* 7, 1. extr. Nunc eamus per singulas causarum judicialium partes. P [\**Hinc circumscriptioni inservit. Ov. Fast.* 1, 15. Conor per laudes ire tuorum, i. e. in tuorum laudibus versari. Sic *Graeci* *ἴερα* vel *ζωοῦν διὰ τὸν ἴερον*. *Valcken.* ad *Eur. Phoen.* 482. 1554.] P Item abire, aut perire. *Lucan.* 2, 263. Nec tanta in cassum virtus eat. *Lucr.* 3, 527. hominem paulatim cernimus ire, Et membra vitam deperdere sensum. P *Res it*, procedit, succedit. *Cic. Att.* 14, 20. ad f. Haec contra Antonium concio mihi profecisse permultum videtur: prorsus ibat res. Et *ib.* 15. Incipit res melius ire, quam putabam. Et 12, 24. extr. De Attica, optime it. *Tac. A.* 12, 68. Vulgabatur ire in melius valetudinem principis. *Lucan.* 4, 143. Omnia eunt fatis Caesaris. *Curt.* 8, 5. a med. Dii propitii eodem cursu, quo fluxere, res ire patient. *Lucan.* 2, 304. Sic eat. Simile est illud *Liv.* 1, 26. Sic eat quaecumque Romana lugebit hostem. P *Ire in aliquid est evadere, fieri. Ov. Met.* 10, 492. mediaeque manente medulla, Sanguis it in succos, in magnos brachia ramos, In parvos digiti. *Stat. Th.* 6, 234. lapsusque putres jam Mulciber ibat in cineres. *Nemes. Cyneg.* 29. Myrrha ivit in arboreas frondes. *Colum.* 2, 12. ad f. et *Plin.* 18, 17, 45. Seges it in articulum. *Cato R. R.* 161. Asparagus it in semen. *Quint.* 2, 10. Nunquam haec poetica themata juvenibus pertractare permittemus, ut exspatiantur, et gaudeant materia, et quasi in corpus eant? h. e. quasi pinguescant. Similia sunt illa *Virg. A.* 4, 413. et *Stat. Th.* 11, 193. Ire in lacrimas. *Flor.* 2, 4. in sudorem. *Ov. Met.* 5, 668. Ibis in poenas. [\**Avian. Fab.* 14, 10. Ire in risum. Sic ire in famem, in pestilentiam etc. V. *Drak.* ad *Liv.* 3, 43, 7.] P *Ire in duplum, V. DUPLUS.* P *Ire in infitias, V. INFITIAS.* P *Ire in sententiam, et ire pedibus in sententiam est accedere ad sententiam alicujus, non verbo solum, sed etiam corpore. Haec ratio inventa est in senatu R., quod nonnunquam longum erat audire singulos, neque mos ferendi suffragia erat in curia. Cum igitur duae tresve sententiae dictae erant ab iis, qui primi rogabantur, ceteri in illorum, quibuscum sentiebant, subsellia transibant, ut res expeditius ageretur: cumque hoc modo sententiae dicebantur, solebat consul ita pronuciare: *Qui haec sentitis, in hanc partem: qui alia omnia, in eam partem ite, qua sentitis*, ut est apud *Plin. ep.* 8, 14. Hinc *Liv.* 5, 9. In quam sententiam cum pedibus iret etc. *Cic. in Senat.* 4. Ne disputaret, ne loqueretur, ne pedibus iret, ne scribendo adesset. *Id. Q. Fr.* 2, 1. Ibat in eam sententiam. V. OMNIS. P Hinc sunt illa *ire*, vel *discedere*, vel *transire in alia omnia*, h. e. ab auctore sententiae alicujus dissentire. *Cic. Fam.* 1, 2. De tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia. V. DISCEDO et DISCESSIO. P *Ire in saecula*, celebrari fama apud posteros. *Plin. Pan.* 55. Ibit in saecula, fuisse principem, cui etc. *Sil.* 12, 311. factoque in saecula ituro Laetatur tribuisse locum. P Est etiam verbum funebre. Nam ad illud *Ter.**

*Andr.* 1, 1, 90. Effertur, imus: *Donat.* Efferrit, inquit, dicuntur cadavera mortuorum, et ire proprie ad exsequias. *Virg. A.* 11, 24. Ite, ait, egregias animas, quae sanguine nobis Hanc patriam peperere suo, decorate supremis Muneribus. Hinc *ire exsequias*, V. EXSEQUIAE et *ire pompam funeris* ap. *Ov. Fast.* 6, 663. V. POMPA. P *Ire ad aliquid pro accedere, adjungi. Senec. Herc. fur.* 1316. Eat ad labores hic quoque Herculeos labor. P *Ire ad arma*, ad saga est ad arma, ad saga sumenda. *Coel.* ad *Cic. Fam.* 8, 15., *Cic. Phil.* 14, 1. [\**V. Interpp.* ad *Liv.* 9, 32, 1.] P Elegans est illa loquendi ratio apud *Ter. Eun.* 1, 2, 75. At ego nesciebam, quorsum tu ires, h. e. quorsum tuis verbis tenderes. Et *Ad.* 5, 6, 35. Mane: scio: istuc ibam, id dicturus eram. [\**Id. Heaut.* 3, 1, 78. Ibat ad illud, i. e. eo tendebat.] P *Ite, si itis*, formula loquendi similis atque, *fac, si facis*, et *age quod agis*, et est hortantis, excitantis, urgentis: habeturque apud *Pl. Poen.* 5, 4, 67. P *I, et i nunc est* adhortantis cum ironia, atque irridentis. *Virg. A.* 9, 634. i, verbis virtutem illud superbis. *Ov. Her.* 3, 25. pugnans, ne reddar, Achille. I nunc, et cupidi nomen amantibus habe. Et *Senec. Cons. ad Polyb. sub in.* Eat nunc aliquis, et singulas compleret animas. Et *mox.* Eat aliquis, et fata sibi non peperisse conaturatur. *Adde Liv.* 7, 6. ad f., *Martial.* 1, 43., *Petr. Sat.* 115., *Virg. A.* 7, 425., *Prop.* 3, 16, 17., *Ov. Amor.* 3, 3, 1. et *Juven.* 6, 305. [\**Drak.* ad *Liv.* 1, 26, 7. 8, 7, 19.] P *Eat eodem sensu dixit Sil.* 11, 390. et *Suet. Ner.* 35. P *Ire pro esse, existere. [\*Ex Ov. collegit exempla Heins.* ad *Cons. ad Liv.* 472.] *Senec. Herc. Oct.* 282. Non ibo inulta. *Claud. IV. Cons. Honor.* 108. Non dabitur murum sceleri: qui vindicet, ibit. P *Pro vendi, venire. Plin.* 18, 23, 53. Justum est, singulas vehes fini denario ire. *Claud. in Eutr.* 1, 203. Tot Galatae, tot Pontus eat, tot Lydia nummis. P *Passive impersonaliter. Cic. Att.* 2, 1. circa med. Non esse itum obviam, ne tunc quidem, cum iri maxime debuit. *Virg. A.* 6, 179. Itur in antiquam silvam. *Petr. Sat.* 118. Non viderunt viam, qua iretur ad carmen. *Pl. Truc.* 3, 1, 21. Ibitur: ne me morari censeas. *Senec. Med.* 460. Eatur: regius jussit gener. [\**Et cum supino junctum, quod activam significationem retinet. Cat. ap. Gell.* 10, 14. Contumelia mihi per hujusce petulantiam factum itur, pro: contumelia mihi factum eunt.] P *Infinitum iri* cum part. praeteriti temporis, futuri passivi vim habet. [\**Credam equidem non part. praet. temp., sed supinum esse. V. quae infra notavimus.] Cic. Att.* 2, 10. Pompejus addit etiam, se prius occisum iri ab eo, quam me violatum iri, h. e. occidendum esse etc. *Id. ib.* 15, 25. Brutum, ut scribis, visum iri a me, puto. *Sall. Jug.* 120. Neque hominem nobilem in hostium potestate relictum iri, h. e. fore, ut relinqueretur. *Ter. Ad.* 1, 1, 45. Dum id rescitum iri credit, tantisper cavet. *Pl. Rud.* 4, 7, 16. Mihi istaec videtur praeda praedatum irier. P Non semper tamen futuri significationem habet, sed aliquando etiam praesentis. Nam teste *Gell.* 10, 14. vulgo dicebatur, *illi injuriam factum iri*, et *contumeliam dictum iri*, hoc est, ut ipsemet explicat, iri ad injuriam faciendam, seu operam dari, quo fiat. *Cic. Att.* 9, 18. Senatui non placere, in Hispanias iri, nec exercitus in Graeciam transportari. *Cato* autem paulo ab hoc usu remotius locutus est apud *Gell. l. c.* Atque eventit ita, Quirites, uti in hac contumelia, quae mihi per hujusce petulantiam factum itur, rei quoque publicae miserear, h. e. quae paratur contra me. V. *Gell. ib.* et de tota hac ratione loquendi *Voss. l. 7. de Gramm. c.* 54. multa contra *Sciopp.* disputantem. Insolentiam est etiam illud *Quint.* 9, 2. ad f. Reus parricidii, quod fratrem occidisset, damnatum iri videbatur. Ubi qui *damnatus* reponi malunt, contra omnium librorum fidem facere, testatur *Voss. l. c.* [\**Rectius statuas supinum cum verbo iri conjungi, quod hoc ipsum ex Quint. exemplum satis probare videtur. Cf. Ramsh. Gr. Lat.* p. 656. Eodem nos ducunt exempla aliquot supini in u post iri positi, quae in *Dig. libris* leguntur, sed antiquum loquendi usum, in legibus conscribendis servatum, retinent adeoque certa sunt, ut corrigere vix audeas. *Marc. Dig.* 33, 8, 18. Nisi ei caveatur defensu iri adversus creditores peculiarios. *Ulp. Dig.* 33, 4, 9. Cavere debere defensu iri heredem adversus maritum. Ergo et maritus idem debet cavere, adversus mulierem defensu iri, si prior agat. Et *mox:* Si caverit, heredes adversus mulierem defensu iri. Scilicet forma in u antiqua posita pro dativo *defensu iri*, quod eodem redit ac si dicas *defensum iri.*] P Part. sunt *iens, euntis, et iturus. Cic. Att.* 4, 9. Iens in Pompejanum, bene mane haec scripsi. Et *ib.* 16, 1. Postridie iens ad Brutum. *Retroiens* dixit *Senec. Q. N.* 7, 21. De obliquis casibus, ac de *iturus* exempla passim. Pro *euntis* aliquando *iensis* dictum est: non tamen imitandum. *Inscr.* ap. *Mur.* 337, 5. et 439. in agro Volusi Basilides ientibus ab urbe parte sinistra etc. P



*Eundus* passively usurpatur a *Claudiano*, ubi ait, in *Eutr.* 2, 419. non explorantur eundae, Vitandaeque viae. P Ceterum eundum est, h. e. ire oportet, vulgo passimque dicitur. *Or. Trist.* 3, 1, 14. Dicite, lectores, si non grave, qua sit eundum. P *Issem, es, et, et isse*, syncope est pro *ivissem, ivisse*. *Cic. Phil.* 12, 12. et *Verr.* 3, 44., *Or.* non semel, *Prop., Pl., Stat., Sil.* etc. [\**li pro iui*. *Drak.* ad *Liv.* 42, 34, 10.] P *Isti pro ivisti* est *Turpili* ap. *Non.* 4, 242. Et *istis pro ivistis*, habet *Lucan.* 7, 834. [\**lere pro ivere*. *Drak.* ad *Liv.* 45, 2, 7.] P *In futuro pro ibo, is, it*, in compositis *iam, ies, iet*, inveniri quidam putant, ut *inietur* ap. *Cic. Agr.* 2, 25. *extr.*, et *transiet* ap. *Tib.* 1, 4, 23., ubi tamen *Hegnius* contendit legendum *transiit*, et *iniet* ap. *Senec. Ben.* 2, 1., et *redies* ap. *Appul. Met.* 6., et *exiet* ap. *Tertull. ad. Jud.* 13. ex *Matth.* 2, 6., item in *Inscr.* apud *Grut.* 755, 1. quam affert *Achill. Stat.* ad *l. c. Tibulli*, at ap. *Grut. l. c.* legitur *exiat* pro *exeat*, et *obiet* ap. *eund. Grut.* 1119, 4., et *prodient* ap. *Lact.* 7, 16. in *f.* Verum omnes hi loci dubiae sunt lectionis (excepto *Tertull.* et *Sapient.* 16, 29., ubi habetur *disperient* pro *disperibit*: et Inscriptione altera, quae tamen optima notae non est) et cum probata consuetudine pugnant. P [\**Confunduntur lere et ire*. *Drak.* ad *Liv.* 45, 2, 7. *Ierat* et *erat* id. ad *Liv.* 39, 21, 6. *Isse* et *esse* id. ad *Liv.* 27, 44, 3. *Itis* et *ruitis* id. ad *Liv.* 3, 43, 7.]

EO, *ἐὼς, ἐξῶς*, ablativus pronominis *is, id*, adverbii more adhibitus, et multa significans. Primo enim est illuc, in eum locum. *Caes. B. G.* 1, 25. *EO* se recipere coeperunt. *Liv.* 1, 7. Ipsa vestigia quaerentem dominum eo deductura erant. *Varr. R. R.* 3, 16. *a med.* Si apes eo transtuleris ubi, etc. *Cic. Att.* 2, 16. *a med.* *EO* unde discedere non oportuit, revertamur. *Id. Mur.* 9. Ut eo, quo intendit, perveniat. *Cato R. R.* 18. Quod loci supererit, robore expleto: eo plumbum infundito: superiorem partem arborum digitos sex altam facito siet: eo capitulum robustum indito. *Caes. B. G.* 1, 42. Statuit, omnibus equis Gallis equitibus detractis, legionarios eo milites imponere, h. e. in eos equos. [\**Et adjecto genit. loci*. *Tac. A.* 15, 74. Templum exstrueretur eo loci, ex quo ferrum promiserat. Et omittitur. *Liv.* 26, 46, 2. Intentis omnibus ad opem ferendam, unde periculum ostendebatur, ubi vide *Gron.*] P Translate. *Cic. Fam.* 10, 21. Accessit eo, ut milites etc. *Id. Att.* 1, 11. *EO* accedebat hortator assiduus *Sallustius*. P Saepae est, usque ad id, in tantum, *eis totum*, sequente ut. *Liv. proem.* Quae ab exiguis profecta initiis eo crevit, ut magnitudine laboret sua. *Cic. Rosc. Am.* 34. *EO* rem jam adducam, ut nihil divinatione opus sit. [\**Cum genit. loci*. *Tac. A.* 14, 61. Non eo loci res suas agi dicebat, ut de matrimonio certet.] *Plin. Pan.* 16. *EO* insolentiae furorisque processit, ut etc. *Flor.* 3, 12. *EO* magnitudinis crescere, ut etc. *Liv.* 25, 8. *EO* consuetudinis adducta res est, ut etc. *Justin.* 3, 5. *EO* usque desperationis *Spartanos* adduxit, ut etc. P Item ad eum finem cum particulis *quo, ut, ne*. *Nep. Them.* 4. Hoc eo valebat, ut ingratis ad depugnandum cogerebant, h. e. spectabat, tendebat. *Cic. Att.* 8, 9. *EO* scripsi, quo plus auctoritatis haberem. *Id. Fam.* 16, 1. *Marionem* ad te eo misi, ut etc. *Id. Or.* 3, 49. *EO* te non interpellavi, ne quid de hoc tempore diminueretur. P Item ideo, propterea, vel absolute, vel sequentibus particulis *quo, quod, quia* etc. *Liv.* 23, 19. Nocte et mittebantur, et perveniebant: eo custodias hostium falebant. *Cic. Div.* 2, 20. *Frater* es: eo vereor. *Id. Fam.* 6, 20. *Dederam* triduo ante litteras ad te: eo ero brevior. *Id. Quint.* 2. Non eo dico, *C. Aquilli*, quo mihi veniat in dubium tua fides. *Pl. Trin.* 2, 2, 60. Non eo hoc dico, quin quae tu vis, ego velim, et faciam lubens. *Liv.* 9, 2. *EO* maxime, quod sermo inter omnes congruebat. *Cic. Att.* 13, 36. *EO* mihi jucundius est, quod tu eo lactaris: certiusque eo est, quod a te dicitur. *Id. Fam.* 9, 16. *ante med.* Quod eo nunc magis facit, quia etc. *Ter. Eun.* 3, 1, 25. *Eone* es ferox, quia habes imperium in belluas! [\**Alios locos vide ap. Graev. ad Cic. Ep. div.* 13, 70. *Burm.* ad *Luc.* 7, 406. *Drak.* ad *Liv.* 1, 11, 8. et alibi.] P *Eoque* in principio periodi habent *Yell.* 2, 60. et 67. et *Plin.* 31, 3, 21. In medio *Tac. A.* 1, 64. *Caecina* secundarum, ambiguarumque rerum sciens, eoque interritus. P *EO* quo est tanto, quanto, cum comparat, *tantum, oom.* *Cic. Rosc. Am.* 9. Unde eo plus opis auferret, quo minus attulisset gratiae, i. e. tanto plus quanto minus. *Id. Att.* 11, 11. *EO* gravior est dolor, quo culpa major. *Cels.* 8, 4. Quo mitior ictus fuit, eo facilius os restitisse, credibile est. *Id. ib. ad f.* *Eadem* servanda sunt eo magis, quo periculosius haec pars afficitur. [\**Et eo sequente quantum*. *Liv.* 44, 7, 6. Quantum procederet longius, eo majorem omnium rerum inopiam sentiens: ubi vide *Drak.*] P Aliquando eo omittitur. *Plin.* 24, 14, 78. ad *f.* *Sarcocolla* melior, quo candidior. *Id.* 34, 18, 53. Melior haec, quando magis aurei coloris. [\**Drakenb.* ad *Liv.* 26, 20. *Heind.* ad *Hor.*

*Sat.* 1, 1, 92. *Ruhn.* ad *Rut. Lup.* p. 17. *Rudim. Inst.* 11, p. 104.] P *EO* magis continuat, augetque orationem. *Cic. Off.* 2, 14. Si vero inest in oratione mixta modestiae gravitas, nil admirabilius fieri potest: eoque magis, si ea sunt in adolescente. *Id. Att.* 10, 11. Quae scribis, molestae sunt; eoque magis, quod ea tempora nostra sunt etc. *Id. Off.* 3, 22. Eoque magis, quo illa ordinum conjunctio ad salutem reipublicae pertinebat. *Id. Att.* 10, 8. *sub f.* *Discedens* dabo ad te aliquid: eo etiam magis, quod *Tullia* etc. *Sic Id. Off.* 2, 14. *sub f.* Maxime autem gloria paritur defensionibus: eoque major, si quando accidit etc. *Et Nep. Con.* 1. Sed tum abfuit: eoque pejus res administrata est. P *EO* minus contrarium est verbis: eo magis. *Cic. Att.* 15, 9. Hoc tempore quod scriberem nihil erat: eoque minus, quod dubitabam etc. *Et ib.* 10. *ad f.* *Etsi* ne antea quidem dubitavi, tamen nunc eo minus, evolare hinc. P *EO* usque (quod et *eousque* conjunctim scribitur) est usque ad eum locum, vel tempus, sequentibus particulis *dum, donec* etc. *Colum.* 4, 30. *Perticae* panguntur eo usque, dum ad solidum demittantur. *Liv.* 23, 19. *Eone* usque, dum ea nascantur, ad *Casilinum* sessurus sum? *Id.* 40, 8. *ad f.* *EO* usque me vivere vultis, donec etc. *Cic. N. D.* 2, 40. Usque eo premere eorum capita mordicus, dum etc. *Colum. Arbor.* 6. Si eo usque exaruit, ut curvari non possit. *Tac. A.* 3, 13. *Vulgus* militum eo usque corrupisse, ut etc. *Lampr. Alex. Sever.* 45. et *Oros.* 6, 1. *a med.* *Et id* quidem eo usque, quamdiu ad fines barbaricos veniretur. P *EO* pro *ibi* rarum videtur. *Cic. ad Brut.* ep. 1, 2. *Quinque* cohortibus quid se nam facturum arbitratus est, cum tu eo quinque legiones haberes? [\**Scilicet* hoc ita explicat: quum tu eo legiones misisses atque missas ibi haberes. Haud absimilis est loquendi ratio ap. *Cic. Sext.* 31. *Res* erat eo loci, h. e. res in eum locum pervenit atque in eo est. *Alterum* ejusmodi exemplum affert *Ruddim.* 11, p. 317. not. 6. ex eod. *Cic. Epp.* ad *Att.* 1, 13. *Res* eodem est loci quo reliquisti. *V. Matth.* ad *l. ex orat.* pro *Sext.* P *Confunduntur EO* et *ego*. *Drak.* ad *Liv.* 2, 18, 6.]

\**EODANDA*, deserta insula, prope Arabiam. *Plin.* 6, 28. *B. A.*

\**EODEM*, *ἐὼς, ἀντῶς*, ablat. pronom. *idem* adverbii more usurpatus, et significat in eundem locum. *Caes. B. G.* 1, 4. *Omnes* clientes suos eodem conduxit. *Cato R. R.* 108. *Vini* sextarium eodem infundito. *Nep. Paus.* in *f.* *Eodem* inferri oportere, quo etc. *Id. Timoth.* 3. et *Caes. B. G.* 5, 11. *Eodem*, unde erat profectus, se recepit. [\**Adde Caes. B. G.* 4, 28.] P Translate. *Cic. Amic.* 18. *Addendum* eodem est, ut ne criminibus aut inferendis delectetur, aut credat oblati. *Caes. B. G.* 1, 14. Quod tam diu se impune tulisse injurias admirarentur, eodem pertinere. *Liv.* 27, 34. *a med.* *Eodem* honores poenasque congeri, h. e. in eundem civem. P [\**Pro ibidem* ponitur, ut eo pro *ibi*. *Cic. Epist.* ad *Att.* 1, 10. *Res* eodem est loci quo reliquisti. *Tac. A.* 4, 4, 2. *Arduum* est eodem loci potentiam et concordiam esse.]

\**EOIEI*, exclamatio ad dolorem significandum. *Scribitur* etiam *Oiei*. *V. Bentl.* ad *Ter. Eun.* 4, 4, 47. *Heaut.* 1, 1, 31. *Phorm.* 4, 3, 58.]

\**EON*, onis, *f. Plin.* 13, 22, 39. *Alexander Cornelius* arborem eonem appellavit, ex qua facta esset *Argo*, similem robori viscum ferenti, quae nec aqua, nec igni possit corrumpi: nulli alii cognitam, quod equidem sciam. *Id. in indice* 1, 13. n. 39. *Eon* arbor. Fortasse scribendum est *aeon*, ut sit ab *αιών, ωνος*, aevum, tempus, ut denotetur illius navis aeternitas, quae scil. inter sidera est relata. *V. ARGO.*

\**EOPSE*, eo ipso. *Pl. Curc.* 4, 3, 6.

\**EORDAEI*, orum, m. plur. et

\**EORDENSES*, ium, m. plur. sunt populi Macedoniae, qui *Eordaeam* regionem cum oppido eogomine incolebant: hinc quidam derivant *Italorum orda*, nempe barbarorum agmen. *Liv.* 45, 30. *Macedoniae* quartam regionem *Eordaei*, et *Lyncestae*, et *Pelagones* incolunt. *Plin.* 4, 10, 17. Ab *Axio* amne *Paeoniae* gentes, *Paroraei*, *Eordenses*, *Almopii*, *Pelagones*, *Mygdones*. *F.*

\**EORTE* et *Ehortē*, es, *f. Iovē*, dies festus, feriae. Est etiam cogn. Rom. *Inscr.* ap. *Grut.* 672, 4. *Claudia Eorte*. *Alia* ap. *eund.* 88, 12. *Aelia Ehortē*. *F.*

\**EOS*, *f. ηῶς*, et *ἰῶς*, aurora. *Graeca* vox. *Or. Past.* 4, 389. *Proxima* victicem cum *Romam* inspexerit *Eos*. *Senec. Herc.* Oct. 614. *Noctem* submovet *Eos*. P Translate. *Lucan.* 9, 544. *populi*, quos miserat *Eos*, h. e. regiones orientales. P *Obliqui* casus singularis numeri (nam plurali caret) eadem erunt positione, qua *Dido*. *V.* P [\**Confunduntur Eos* et *hora*. *V. Heins.* ad *Or. Her.* 3, 57.]

\**EOUS*, a, um, adj. *ηῶος*, et *ἰῶος*, ad auroram pertinens, orientalis: ab *ηῶ*, et *ἰῶ*: vel *ηῶος*, et *ἰῶος*, aurora: quare prima syllaba communis est. *Val. Fl.* 2, 643. *Eoa* lux. *Id.* 5, 245. *patriumque* precatur *Numen*, et *eo* surgentes litore currus.

*Hor. Od.* 1, 35, 35. et juvenum recens *Examen* *eois* timendum *Partibus*, *Oceanoque* rubro. *Or. Amor.* 2, 6, 1. *Eoi* *Indi*. *Virg. G.* 2, 115. *Eoae* domus *Arabum*. *Mart.* 3, 35. *Eoum* tus, h. e. quod in Arabia, quae orientalis regio est, abunde provenit. *Stat. Silv.* 3, 3, 33. *Eoa* germina, h. e. odoramenta, quae mittit oriens. P *Eoi, orum*, absolute sunt populi orientales. *Or. Amor.* 1, 15, 29. *Gallus* et *Hesperis*, et *Gallus* notus *Eois*. P *Eous, i*, est *Lucifer*. *Virg. G.* 1, 288. cum sole novo terras irrorat *Eous*. *Prud. Cathem.* 2, 67. *Eoum* sidus. [\**Heins.* ad *Or. Ep.* ex *Pont.* 2, 6, 38.] P Item orientis plaga. *Or. Trist.* 4, 9, 22. *Ibit* ad occasum quidquid dicemus ab ortu: *Testis* et *Hesperiae* vocis *Eous* erit. P Item unus ex equis *Solis*. *Or. Met.* 2, 153.

\**EOUSQUE*. *V.* in *EO* adverb.

EP

\**EPACTAE*, arum, *f. plur. ἐπακτά*, (supple *ἡμέραι*) ab *ἐπάγω*, induco, adjicio. *Isid. Orig.* 6, 17. *sub f.* *Epactas* *Graeci* vocant, *Latini* adjectiones annuas lunares, quae per undenarium numerum usque ad tricenarium in se resolvuntur.

\**EPACTICUS*, i, m. *ἐπακτικός*, qui attrahit, sive allicit. Est cogn. Rom. *Inscr.* ap. *Maff. Mus. Ver.* 270, 5. *Cn. Arrius Epacticus*. *F.*

\**EPAENETUS*, i, m. *ἐπαενετός*, laudabilis, laudandus. Est nomen servile Romanum. *Inscr.* ap. *Donat.* 404, 16. *Dis Manibus Epaeneti Epaeneti filii*. *F.*

\**EPAGATHUS*, i, m. *ἐπαγάθος*, perquam bonus. Est cogn. Rom. *Inscr.* ap. *Fabr.* p. 206. n. 50. *L. Serbilus Aepagathus*. *Lege Servilium Epagathus*. *F.*

\**EPAGERITAE*, arum, populi Asiae, non longe a mari Caspio. *Plin.* 6, 5. *B. A.*

\**EPAGOGE*, es, *f. ἐπαγωγή*, Latine *inductio*: ab *ἐπάγω*, induco: figura est, quae fit ex multarum rerum similium collatione, ut docet *Quint.* 5, 10. *a med.* ubi tamen Graece usurpat. At Latine *Tiro* ap. *Gell.* 7, 3. *a med.* *Induxisse* eum, quam dialectici *epagogen* appellant etc; et ipse *Gell.* *ib. paulo post*. Sed enim *Cato* non nudam, neque solitariam, neque improptectam hanc *epagogen* facit. [*Cf. Ern. Lex. techn. Gr.* p. 115.]

\**EPAGRIS*, idis, *f.* sic antea appellata est *Andros* insula. *Plin.* 4, 12. *B. A.*

\**EPALIMMA*. *V. EPILIMMA.*

\**EPAMINONDAS*, ae, m. *Ἐπαμεινώνδας* et *Ἐπαμεινώνδας*, *Thebanorum* dux praestantissimus, cum quo *Thebanorum gloria et nata est et extincta*, ut ait *Just.* 6, 8. *Apud Mantineam*, cum *Lacedaemoniis* congressus, vicit et cecidit. *Nep. in vit. Epamin.* *Cic. Fam.* 5, 12. *med.* *Cf. Plutarch.* in *Pelop.* 3, 12. et in *Agesil.* 32, 34, 35. *Aelian.* *Var. Hist.* 2, 42. et 13, 42. qui eum inter optimos *Graecorum*, sed pauperrimos numeravit *B. A.*

\**EPANADIPILOSIS*, is, *f. ἐπαναδιπλωσις*, figura est repetitionis, cum verbum aliquod, quod versus initium fuit, eundem claudit, ut in illo *Juven.* 14, 139. *Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit*. *Vox Graeca*, et Graece usurpanda: ab *ἀναδιπλώω*, reduplico. *Adde Rufinian.* de *schem. lex.* p. 233. ed. *Ruhnken.* *B. A.*

\**EPANALEPSIS*, is, *f. ἐπανάληψις*, repetitio sententiae post aliqua interjecta. [*Cf. Ern. Lex. techn. Gr.* p. 117.] *Exemplum* habes ap. *Virg.* *Ecl.* 2, 4. ubi ait: *Huc pater o Lenaee* etc. Sed *vox Graeca* est, et *Graecis* litteris scribitur a *Quint.* 8, 3. (ubi tautologiae affinem facit) a *Charis.* 4, 250. et *Diom.* 2, 440. P *Eti*am cum verbum unum repetitur, *epanalepsis* dicitur, ut in illo *Hor. Od.* 2, 14. *Eheu fugaces, Postume, Postume, Labuntur* anni. *Diom. ib.* P *Latinis* litteris scribitur apud *Mart. Capell.* 5. *post med.* p. 115. ed. *Vulcan.* (al. p. 174.) et *Rufin.* de *schem. lex.* p. 30. ed. *Ruhnken.* *B. A.*

\**EPANAPHORA*, ae, *f. ἐπαναφορά* (*Graeca* vox) repetitionis species est, cum scilicet ab uno verbo plures sententiae inchoantur. *Virg. Ecl.* 10, 42. *Hic gelidi fontes, hic mollia prata, Lycori, hic nemus* etc. *V. ANAPHORA*. *Hac* voce utuntur *Capell.* 5, 175., *Aquila Rom. de fig. sent.* et *Rufin.* de *schem. lex.* [\**Cf. Ern. Lex. Gr. techn.* p. 117.]

\**EPANASTROPHE*, es, *f. ἐπαναστροφή*, repetitio contigua, cum verbum in fine praecedentis, et in principio sequentis sententiae repetitur. *Virg. Ecl.* 8, 55. *Sit Tityrus Orpheus, Orpheus in silvis* etc. *Vox Graeca* et Graece scribenda: ab *ἀναστροφή*, revertor, redeo.

\**EPANODOS*, i, *f. ἐπανόδος*, (*vox Graeca* ab *ἀνά*, retro, et *ὁδός*, via) regressio est ad eandem vocem, diversum quiddam in partibus per *προδῆψιν* significans, ut *Virg. A.* 2, 434. *divellimur inde Iphitus, et Pelias mecum, quorum Iphitus aevo Jam gravior*. *Quint.* 9, 3. *Ἐπανάδος* dicitur *Graece*, nostri regressionem vocant. *Latinis* tamen litteris usurpat *Rufin.* de *schem. lex.* [\**Cf. Ernest. Lex. Gr. techn.* p. 117.]

\**EPANORTHOSIS*, is, *f. ἐπανόρθωσις*, correctio

qua interdum verbum, interdum sententia tollitur, ut *Cic. Planc.* 41. Brundisium, vel potius ad moenia accessi. *Id. Off.* 2, 22. Italiam ornare, quam domum suam maluit: quamquam Italia ornata domus ipsa mihi videtur ornatio. [*\*Jul. Rufin.* p. 238. *Ruhnk.*] P. Vox Graeca est, et Graecis litteris scribenda: ab ἀνορθώω, corrigo.

\*EPANTERII, orum, populi Alpini, prope Liguriam. *Liv.* 28, 46. *B. A.*

\*EPANTHEMON, i, n. herba quae et chamalaea et lacteris dicitur. *Appul. de herb.* 111. *Al. leg. eupanthemon.* *B. A.*

EPAPHAERESIS, is, f. ἐπαφαίρεσις, apud Graecos est ablatio, detractio, ab ἐπαφαίρεω, iterum aufero. Transfertur ad tonsionem barbae. *Mart.* 8, 52. Expingitque cutem, facitque longam Deontis epaphaeresin capillis.

[EPAPHRA, vel Epaphras, ae, m. idem ac Epaphroditus. *V. Marin. Frat. Arr.* p. 699. *not.* 140. Est cogn. Rom. *Inscr. ap. Maff. Mus. Ver.* 295, 9. *M. Antonius Epaphra.* *F.*]

EPAPHRODITIANUS, a, um, adj. ad Epaphroditum pertinens, quod est nomen liberti Neronis, ejusdemque a libellis, ut est ap. *Tac. A.* 15, 55. et *Suet. Ner.* 49. et *Dom.* 14. Hujus fortasse fuerunt Epaphroditiani horti, quos memorat *Frontin. de aqueduct.* 68.

[EPAPHRODITUS, i, m. ἐπαφροδίτης, venustus. Est cogn. Rom. [*\*Tac. A.* 15, 55. *Suet. Ner.* 49. *Dom.* 14.] *Inscr. ap. Marin. Frat. Arr.* p. 448. *T. Pomponius Epaphroditus.* *F.*] \*Epaphroditus, i, m. libertus et a libellis Neroni, a Domitiano capite damnatus, quod Neronem in consciscenda sibi necesse sua manu adjuisset. *V. v. anteed.*

[EPAPHUS, i, m. Ἐπαφος, filius Jovis ex Io, sive Iside. Hic a patre Aegypti oppida communiore, ibique regnare jussus, oppidum primum Memphin, et alia plura constituit, et ex Cassiopeia uxore procreavit filiam Libyen, a qua terra Libya est appellata. *Hyg. fab.* 149. et *Or. Met.* 1, 748. *F.*] P. \*Fuit et quidam hoc nomine, qui cum Antiopa rem habere voluit, ut refert *Hyg. fab.* 7. *B. A.*

EPAR. V. HEPAR.

EPASTUS, a, um, part. ab inusit. epascor, qui pastus est. *Or. Halicut.* 119. Ut scarus epastus solas qui ruminat escas. *Al. leg. epastus solus; rectius ut sit passivum.*

EPATICUS. V. HEPATICUS.

EPAXESIS, is, f. ἐπαξίσις, accessio. Est cogn. Rom. *Inscr. ap. Mur.* 1167, 1. *T. Flavio Hyllo Flavia Epaxesis filio piissimo.*

\*EPEI, orum, Ἐπειοί, populi Peloponnesi, Elii postea appellati. *Plin.* 4, 5. Eliorum ager, qui antea Epei vocabantur. *B. A.*

EPENDYTES, ae, m. ἐπένδυτης, genus vestis, quae aliis superinduitur: ab ἐπένδυμαι, superinduo. *Hieron. in vita Hilarionis* n. 4. Pelliceum habens ependyten, quem illi Beatus Antonius proficiscenti dederat. *Id. ib. n.* 44. eandem vestem cucullam appellat.

EPENTHESIS, is, f. ἐπέπθισις, ab ἐπένθημι, impono, inserto: figura est, qua littera, vel syllaba in medio vocis inseritur, ut trachea pro trahana, navita pro nauta, Mavors pro Mars, reliquias pro reliquias. *Serv. ad G.* 1, 164. qui Latine, et *Donat. de schematib.* p. 1772. qui Graece usurpat.

[EPERASTUS, i, m. ἐπεραστος, perambulans. Est cogn. Rom. *Inscr. ap. Fabr.* p. 623. n. 201. *L. Funisulanus Eperastus.* *F.*]

\*EPETINUS, a, um, ad Epetium pertinens. Hinc Epetini, orum, incolae dicti *Plin.* 3, 22. *B. A.*

\*EPETIUM, i, Ἐπέτιον, oppidum Dalmatiae. *Tab. Peutinger.* *B. A.*

EPÉUS, i, m. Ἐπέος, nomen fabri, qui equum duratorem Graecis aedificavit, ut est ap. *Virg. A.* 2, 264. et *Hyg. fab.* 108. Ap. *Pl. Bacch.* 4, 9, 13. est Epicus. *Varr. L. L.* 6, 3. ante med. etiam coquum fuisse dicit: ideo *Pl. ib.* fumificum appellare.

EPÉXÉGESIS, is, f. ἐπεξήγησις, Graece est narrationi juncta narratio: ab ἐπεξηγήομαι, insuper narro. Sumitur autem pro figura, qua plures voces ad idem significandum opponuntur: unde et appositio a nonnullis vocatur, ut *urbs Roma*. Hinc *Servius* epexegesis appellat illud *Virg. A.* 6, 7. pars densa ferarum Tecta rapit, silvas.

EPHALMATOR, oris, m. saltator: ab ἐφάλλωμαι, insilio. *Firm. Math.* 8, 15. Petaminarius, ephalmator, orchestropalarius.

EPHEBATUS, a, um, adj. ephebus factus. *Varr. ap. Non.* 2, 552. Ephebatum mulieravit. *Al. leg. ephabitum.*

EPHEBEUM, i, n. ἐφήβειον, locus in palaestra, ubi ephebi seu puberes exercebantur. *Vitr.* 5, 11. Alii leg. ephēbium, eodem sensu, et eadem derivatione.

EPHEBIA, ae, f. ἐφηβία et ἐφηβία. *Don.* ad *Ter. Andr.* 1, 1, 24. Ephebia prima aetas adolescentiae est; adolescentia extrema pueritiae.

EPHEBICUS, a, um, adj. ἐφηβικός, ad ephebum pertinens, puerilis. *Appul. Met.* 10, p. 253,

32. Adest luculentus puer nudus, nisi quod ephebrica clamyda sinistrum tegebat humerum.

EPHEBIUM. V. EPHEBEUM.

EPHEBUS, i, m. ἐφήβος, pubes, seu qui jam ad annos pubertatis pervenit: ex ἐπί, et ἥβη, pubes. *Cic. N. D.* 1, 28. E gregibus epheborum vix singuli reperiebantur. [*\*Nep.* 15, 2, 4. Ephebus factus est.] *Ter. Andr.* 1, 1, 24. Excedere ex ephebis. *Hor. Ep.* 2, 1, 171. Quo pacto partes tutetur amantis ephebi. *P. Censor. de die nat.* 14. statuit, ephebum proprie dici a Graecis eum, qui decimum sextum annum attigerit.

EPHEDRA, ae, f. ἐφάδρα, genus herbae arbores scandens, et ex ramis propendens, folio nullo, cirris multis, radice pallida. *Plin.* 26, 7, 20.

\*EPHELIS, idis, f. ἐφήλις, asperitas quaedam cutis et durities mali coloris: ab ἐπί, in, et ἥλιος, sol, quia in sole potissimum contrahi solet. *Cels.* 6, 5. Paene ineptiae sunt, curare varos, et lentículas, et ephelidas: sed eripi tamen feminis cura cultus sui non potest. Et *ib. ad f.* Ephelidem tollit resina, cui etc.

EPHEMERIS, idis, f. ἐφήμερις, diarium, acta diurna, liber, in quo res gestae per singulos dies scribuntur: ab ἐπί et ἡμέρα, dies. [*\*Latini diurnum vel diurnos commentarios vocant.* *V. Casaub. ad Suet. Aug.* 64.] *Cic. Quint.* 18. Ad ephemeridem revertitur, invenitur dies profectio. *Prop.* 3, 22, 20. Et ponit duras inter ephemeridas. [*\*Nep.* 25, 13, 6. Scimus ex ephemeride, de libello quotidianarum expensarum et erogationum.] *Senec. ep.* 123. a med. Sic coenas, tanquam ephemeridem patri approbaturus, h. e. parco sumptu coenas, tanquam rationes impensarum in ephemeride perscriptas redditurus patri, et ostensus frugaliter te vivere. [*\*Plin. H. N.* 29, 1. Ephemeris mathematica, scilicet in qua siderum motus in dies singulos consignatus est (*der astronomische Theil des Calenders.*)] *P. Procurator ab ephemeride* in *Inscr. ap. Gruet.* 474, 4. est inter officia domus Augustae. [*\*Libellum Ephemeridis nomine scripsit Ter. Varro, testibus Non.* 2, 22. et *Auct. Itin. Alex. M.* (ed. A. Maio) 6. Si Terentius Varro Gneo Pompejo olim per Hispanias militaturo librum illum Ephemeridos sub nomine laboravit, ut in habiles res eidem gressuro scire esset ex facili inclinationem oceani atque omnes reliquos motus acrios praescientiae fide peteret, ut declinaret; cur ego etc. *F.*]

EPHEMERON, i, n. ἐφήμερον, herba folia habens filii, sed minima, caulem parem, florem caeruleum, semen supervacuum, radicem unam digitali crassitudine. *Plin.* 25, 13, 107.

\*EPHESIA, ae, f. herba quae et artemisia vel aristolochia. *Appul. de Herb.* 10. et 19. *B. A.*

EPHESIUS, et

EPHESIUS, a, um, adj. Ἐφεσίος, ad Ephesum pertinens, quae fuit urbs Asiae in Ionia prope oram Caystri fluvii: condita ab Amazonibus, ut *Justin.* 2, 4. narrat: celebris templo Dianae, quod inter septem orbis miracula numerabatur, impensis totius Asiae, et opere CCXX. annorum exstructum: in quo fuere columnae CXXVII. a singulis regibus factae LX. pedum altitudine, ex quibus XXXVI. coelatae, una a Scopae, ut est apud *Plin.* 36, 14, 21. Incensum fuit a quodam Herostrato eadem nocte, qua natus est Alexander, teste *Cic. Div.* 1, 23. Hinc Ephesia Diana, *Cic. ib.* Ephesia pecunia, *Caes. B. C.* 3, 33. h. e. in templo Dianae Ephesiae deposita. *P. Ephesii, orum,* sunt ejus urbis incolae. *Plin.* 34, 8, 19. n. 4. *P. Ephesina mulier* affertur a quibusdam ex *Cic. Phil.* 3, 6; sed plerique alii leg. Ephesia.

[EPHESTAS, antis, m. ἐφεστάς, pro ἐφιστάς, praesidens, part. verbi ἐφιστάμαι, praesum. Est cognomen libertinum Rom. *Inscr. ap. Mur.* 19, 2. Ephestas libertus. *F.*]

[EPHESTION, onis, m. ἐφεστήων, familiarior, comparat. ab ἐφιστάς, familiaris. Est cogn. Rom. *Inscr. ap. Fabrett.* p. 156. n. 254. *P. Rufinus Ephestion.* *F.*]

EPHIALTES, ae, m. Neptuni, aut Aloeii filius, Oti frater: (V. ALOEUS) quos ambos, cum ingenti corporis mole et viribus confisi in coelum ascendere niterentur, Apollo, et Diana sagittis confixerunt. *Claud. B. Get.* 75. *P. Ephialtes etiam dicitur incubus, h. e. morbus, quo dormientes vi quadam opprimi se, et paene suffocari videntur:* ab ἐπί, et ἄλλομαι, insilio. *Itali fantasima* [*\*Germani Alp*] vocant. *Macr. Somn. Scip.* 1, 3. sed Graece, ut et *Serv.* ad *A.* 6, 776. *P. Ephialta* in recto casu dixit *Sidon. praef. carm.* 7, 25.

[EPHIPPIARIUS, ii, m. qui ephippia aut conficit, aut vendit. *Inscr. ap. Fabrett.* p. 712. n. 339. *P. Caccilii P. L. Hermetis ephippiarii.* In lapide est ephippiari, ommissa nempe, ut saepissime apud Latinos, aspiratione; et gemino i de more lapidario in unum contracto. *F.*]

EPHIPPIATUS, a, um, part. ab inusit. ephippio, ephippio instructus. *Ephippiati equites* apud *Caes. B. G.* 4, 2. sunt, qui sedent equis ephippio instratis.

EPHIPPIUM, ii, n. ἐφίππιον, stragulum equi, sedendi causa, (*stragulum* vocat *Mart.* 14, 86. cuius lemma est *Ephippium*) ab ἐπί, super, et ἵππος, equus. *Varr. R. R.* 2, 7. ad f. Aliter eligit equos quadrigarius, ac desultor: neque idem, qui vectarios facere vult, ad ephippium, aut ad rhedam. *Caes. B. G.* 4, 2. Ephippiis uti. *Gell.* 5, 5. Equitatus frenis, ephippiis, monilibus, phaleris praefulgens. Adde *Varr. ap. Non.* 2, 312. *P. Proverbium* est apud *Hor. Ep.* 1, 14, 43. Optat ephippia bos etc. *V. BOS.* *Cic. Fin.* 3, 4. Puto concedi nobis oportere, ut Graeco verbo utamur, si quando minus occurret Latino, ne hoc ephippiis, et acratophoris potius, quam proegmenis, et apo-

proegmenis, concedatur.

EPHODUS, i, f. ἐφῶδος, Graece est insinuatio, h. e. oratio per simulationem, et circuitionem obscure subiens auditoris animum. *P. Firmic. Mathes.* 6, 32. in *lemmate.* Generales ejusque geniturae ephodi, h. e. ingressiones, initia, institutiones.

EPHORI, orum, m. plur. magistratus Spartanorum a Theopompo institutus ad refrenandam potentiam regis et senatus, ut apud Romanos tribuni plebis consulibus oppositi fuere: ab ἐφορία, in-tueor, quod ad civitatis salutem intentos haberent; quinque erant numero, et annui, ut narrat *Aristot. Polit.* 2, 10. Horum potestas tyrannica fuit, quae tanta erat, ut nec regi assurgerent, ac regem etiam in vincula conjicere possent. *Cic. Leg.* 3, 7. et *Tusc.* 1, 42. *P. [Genit. plur. ephorum.* *Nep. Ages.* 4. Nuntius ei venit ephorum jussu, ad quem loc. v. interpp.] *P. Ephorus, i,* est cogn. Rom. *Inscr. ap. Mur.* 201, 1. *L. Lucretius Ephorus.* *P. \*Ephorus, i, m. Ἐφῶρος,* Historicus Cymaeus, Isocratis auditor, et Theopompi condiscipulus. *Cic. de Or.* 2, 13. et *Or.* 51. *Gell.* 3, 11. *Quint.* 10, 1. *B. A.*

EPHYRA, ae, et Ephyre, es, f. Corinthus primum dicta fuit Ἐφύρα. *Plin.* 4, 4, 5. Colonia Corinthus, antea Ephyra dicta. [*\*Or. Her.* 12, 27. Ephyren bimarem.] *Stat. Sil.* 2, 2, 34. si sub-eas Ephyres Baccheidos altum culmen. *P. Nomen* traxisse volunt ab Ephyre Nympha, Oceani et Thetidis filia, quam *Virg.* memorat *G.* 4, 343. [*\*Hygin. c.* 275. Ephyre Nympha Oceani filia Ephyren condidit.]

EPHYRAEUS. V. in EPHYREIUS.

EPHYREIÆDES, ae, m. Corinthius. *Stat. Th.* 6, 651. duo gentis Acheae, Tres Ephyreidae, Pisa satus unus, Acarnan Septimus.

EPHYREIAS, adis, f. patronym., Corinthia. *Claud. B. G.* 629. Scilicet Argolicas, Ephyreidasque puellas Coeperat, et pulcras jam fastidire Lacaenas.

EPHYREIUS, Ephyraeus et Ephyreus, a, um, adj. Corinthius. *Rutil. Itin.* 1, 319. Ephyreus Isthmos. *Lucan.* 6, 17. Ephyreaque moenia servat, h. e. Dyrrhachium, quod coloni Corinthiorum Corcyraei condidere. *Virg. G.* 2, 464. Illusaque auro vestes, Ephyreique aera, h. e. aeris Corinthii opera. *Stat. Th.* 6, 253. Ephyraea litora. *Sil.* 14, 180. Ephyraea moenia, h. e. Syracusae, quam urbem coloni multi ex Corinthiis condidisse dicuntur ab *eod. ib.* 52. et a *Tertull. Pall.* 2. sub f.

\*EPHYRI, orum, Ἐφύριοι, populi Aetoliae. *Plin.* 4, 2. *B. A.*

EPIBATEGOS. V. EPIBATEGOS.

EPIBATA, ae, m. ἐπιβάτης, qui navi vehitur: ab ἐπιβάτω, navem conscendo. Sumitur speciatim pro milite, qui in navi stipendia facit, Latine *classarius*. *Hirt. B. Alex.* 11. Omnes naves epibatis nudatae. *Id. B. Afr.* 63. Navis onusta remigum, epibatarumque. *Vitr.* 2, 8. a med. Celatis remigibus et epibatis. *Id. paulo post.* Militibus et remigibus impositis.

EPIBATEGOS, i, f. ἐπιβατηγός, navis solis vectoribus transvehendis inserviens: ab ἐπιβάτης, vector, et ἄγω, duco. *Ulp. Dig.* 14, 1, 1. §. 12. Quaedam enim naves onerariae, quaedam, ut ipsi dicunt, ἐπιβατηγοί (id est, vectorum conductrices) sunt. Ubi vides Graecis, non Latinis litteris vocem esse scriptam. Alii tamen perperam epibates leg.

\*EPIBOLE, es, f. ἐπιβολή, figura rhetorica, cum pluribus et diversis sententiis aut unum et idem verbum singulis praepositur: aut varietas verborum, quae tamen eandem vim inter se habeat. *Rutil. Lup. de fig. sent. et eloc.* 1, 7. p. 24. ed. *Ruhnk.* *B. A.*

[EPICARPIUS, a, um, adj. ἐπικάρπιος, fructifer. Est cogn. Rom. *Inscr. ap. Fabrett.* p. 347. n. 9. *Cassia C. L. Epicarpia.* *F.*]

EPICEDION, ii, n. ἐπιπέδιον, carmen funebre, quod in laudem defuncti canitur: ab ἐπί, super, vel ad, et κῆδος, exsequiae, funus. *Stat. ep. l.* 2. *Silo.* Hujus amissi recens vulnus Epicedio prosectus sum. *Id. Epicedion* inscripsit *siloam* 3. l. 5. qua mortem patris deflet, et 5. qua filii. *Serv.* ad *Virg. Ecl.* 5, 14. Epicedion est, quod dicitur, cadavere nondum sepulto, ut (*v.* 20.) *Extinctum Nymphae crudeli funere Daphnin.* Epitaphion autem post completam sepulturam dicitur, ut (*v.*

43.) Dep  
nata.  
[\*EPIC  
coga. Rom  
libertina  
jussu Ner  
non verber  
vincere po  
15, 51  
EPI  
Ephibari  
cosantur  
Scriptis d  
dim. Q.  
tento, n  
nere cred  
Gell. 1, 1  
et Siculan  
minero h  
20, 9, 34  
\*EPIC  
Ephibari  
nomen un  
16. extr.  
EPIC  
argument  
sive spect  
aliquid,  
Fulgus  
autem, s  
propria  
pro com  
enthyme  
logismo  
proprie  
thymem  
evidens  
re Caeci  
apodixis  
qua dix  
Al. leg  
chirema  
nes sui  
Utroque  
conclus  
ad fort  
alterum  
ne ab i  
leberri  
ta aliq  
rumque  
ratio n  
ms. A  
Pedian.  
Mediol.  
EPIC  
ab in  
quod I  
cyatho  
Videtur  
vinum  
Pl. Ru  
gaulus  
EPIC  
nia qu  
lent. 3  
post fa  
obstre  
[\*E  
pta er  
EPI  
ziva.  
oblit  
aut  
23. V  
[\*E  
Graec  
monte  
Epic  
lati,  
re. A  
EP  
per,  
gram  
bus  
per  
dicim  
23. e  
linum  
nia  
doe:  
EP  
ctus  
16.  
in p  
nus  
Boe  
alii

43.) Daphnis ego in silvis hinc usque ad sidera notus.

[\*EPICHARIS, is, f. ἐπιχαρίς, gratiosa. Est cogn. Rom. Inscr. ap. Grut. 588, 2. Claudia Epicharis. P Epicharis, is, f. ἐπιχαρίς, mulier libertina fuit, quam in conjuratione Pisoniana, jussu Neronis per omnia foeda exempla cruciatam, non verbera, non ignes, non torquentium ira pervincere potuit, ut se consciam fateretur. Tac. A. 15, 51. et 57. F. et B. A.]

EPICCHARMIUS, a, um, adj. ἐπιχαρμῖος, ad Epicharmum pertinens, qui fuit philosophus Syracusanus, Pythagorae auditor, et poeta comicus. Scripsit de natura rerum, et de medicina pecudum. Q. Cic. Petit. cons. 10. Epicharmium illud teneto, nervos atque artus esse sapientiae non temere credere. Al. scribunt Graecis litteris. Adde Gell. 1, 15. Cic. Tusc. 1, 8. Epicharmum vocat, ut Siculam, acutum, nec insulsum hominem. Meminere hujus etiam Colum. 1, 1. et 7, 3. et Plin. 20, 9, 34. et 36. etc.

\*EPICCHARMUS, i, philosophus Siculus. V. in Epicharmus, a, um. P Est et Epicharmus nomen unius ex Ennii poematis. Cic. Acad. 4, 16. extr. B. A.

EPICHIREMĀ, atis, n. ἐπιχίρημα, ab ἐπιχίρημα, argumentis adstruere et tueri conor: si vim nominis spectes, significat conatum mentis excogitantis aliquid, quod probationem ac fidem faciat. Itaque Valgius ap. Quint. 5, 10. aggressionem vocat. Est autem, si logice accipiatur, argumentatio, quae opponitur demonstrationi, quatenus demonstratio per propria et necessaria rem manifestat, epichirema per communia et probabilia. Differt porro ab enthymemate, quemadmodum demonstratio a syllogismo, quia scilicet demonstratio et epichirema proprie ad materiam referuntur, syllogismus et enthymema ad formam. Quint. 5, 10. Ἀπόδειξις est evidens probatio. Hanc et ab epichiremate differre Caecilius putat solo genere conclusionis: et esse apodixim imperfectam, epichirema: eadem causa, qua diximus et enthymema a syllogismo distare. Al. leg perperam esse apodixim, imperfectum epichirema. Hinc apparet, cur rhetores argumentationes suas enthymemata, et epichiremata vocent. Utrouque enim nomine significatur argumentatio conclusionis non necessariae, sed primum refertur ad formam, secundum ad materiam. Ceterum et alterum pro altero, et utrumque varia significatione ab iis adhibetur, ut est apud eund. ib. 14. Celeberrima est illa, qua epichirema sumitur pro tota aliqua argumentatione, pluribus membris, eorumque probationibus conflata: unde est fortasse ratio nominis. V. ib. 2. P Scribitur et epichirema. \*V. Maium ad Comment. Ant. (forte Ascon. Pedian.) in Cic. pro Plancio orat. fr. p. 115. ed. Mediol. B. A.

EPICHYSTIS, is, f. ἐπιχυσίς, Graece est infusio, ab ἐπιχύνω, infundo. Significat etiam genus poculi, quod Varr. L. L. 4, 26. docet successisse una cum cyatho in conviviis e Graecia in locum simpuli. Videtur autem esse poculum, ex quo minutatim vinum sumitur, quia simpulum quoque tale fuit. Pl. Rud. 5, 2, 32. Sinus, epichysis, cantharus, gaulus, cyathusque.

EPICITHARISMĀ, atis, n. ἐπιθάρσιμος, symphonia quae post fabulam canitur. Tertull. adv. Valent. 33. Producam denique, veluti epichitharisma post fabulam tantam, etiam illa, quae ne ordini obstreperet, hunc malui in locum distulisse.

[\*EPICLERUS, i. Sic fabula Menandri inscripta erat. Cic. Am. 26. Quint. Inst. 10, 1, 70.]

EPICLINTAE, arum, f. plur. ἐπικλινταί, ab ἐπικλίνω, incumbō, Graece appellantur terrae motus obliquis lateribus proxima quaeque jactantes, et acutis angulis mobiles. Appul. de Mundo p. 65, 23. V. CLIMATIAE.

[EPICNEMIDIĪ, orum, m. plur. ἐπικνημῖδοι, Graeciae populi ita appellati, teste Strab. l. 9., a monte Cnemide. Plin. 4, 7, 12. Locri deinde, Epicnemidii cognominantur, olim Leleges appellati, per quos annis Cephissus defertur in mare. F.]

EPICOENUS, a, um, adj. ἐπικοῖνος: ab ἐπί, super, et κοῖνος, communis. Epicoena dicuntur a grammaticis ea nomina (Latine promiscua) in quibus sexus uterque per alterum apparet, hoc est per aliam vocem, quae illis adjungitur, ut cum dicimus passer femina, lepus mas. Quint. 1, 4, 23. et 6, 12. Lepus epicoenus est, lupus masculinum. P Differunt a communibus, quia communia duos habent articulos, ut hic, et haec sacerdos: epicoena unum tantum. Neque enim dicimus haec passer, haec lepus. Cledon. in Art. p. 1862.

EPICOPUS, a, um, adj. ἐπικόπος, remis instructus: ab ἐπί, in, et κόπη, remus. Cic. Att. 14, 16. Quinto Non. descendens ab hortis Cluvianis in phaselum epicopum has dedi litteras. Alii minus recte leg. episcopum.

\*EPICRĀNE, es, f. (Dorice pro ἐπιχρήνη), fons Boeotiae. Plin. 4, 7. ed. Hard. ubi ed. Elzev. cum aliis Epigranea. Adde Mart. Capell. 6. med. (de

tertio situ orbis) p. 139. ubi ed. Vulcan. habet Epicrene. B. A.

EPICRĀTES, is, m. ἐπιχρήτης, nomen proprium rhetoris, vel philosophi Atheniensis, cujus meminit Cic. fil. Fam. 16, 21. P Graece sonat omnia tenens, [\*quo sensu scribendum ἐπιχρήτης.] ab ἐπιχρητέω, praevalere, imperium obtineo. Quare hoc nomine Pompejum designare videtur Cic. scribens ad Att. ep. 2, 3. Epicratem suspicor, ut scribis, lascivum fuisse.

EPICRŌCUM, i, n. genus amiculi, croco tinctum, tenue, et perlucidum, ut Festus describit: ab ἐπί, et κρόκος, crocus. Naev. ap. Varr. L. L. 6, 3. post med. Diabathra in pedibus habebat, et erat amictus epicroco. Varr. ipse ap. Non. 4, 227. Utrumque mulieres, et epicrocom viri quoque habitant, h. e. epicroco usi sunt. P Adjective et translate. Pl. Pers. 1, 3, 15. Nisi cremore crasso est jus collyricum, nihil est macrum illud, epicrocom, pellucidum, h. e. tenue, ac liquidum jus instar epicroci amiculi.

[EPICTESIS, esidis, vel esis, f. ἐπικτησις, acquisitio. Est cogn. Rom. Inscr. ap. Fabrett. p. 145. n. XX. Fariae Epictesidi Epictetus pater. Alia ap. Grut. 598, 6. Junia Epictesis Aureliae Epictesi. F.]

EPICŌTĒTUS, i, m. ἐπικότητος, (ἐπικτησις, acquisitus, nomen verbale ab ἐπικτησις, acquiritur, philosophus Stoicus, Hierapoli Phrygiae natus, floruit imperantibus Trajano, et Hadriano. Primum Epaphroditum, Neronis liberti, servus fuit, deinde ab eodem manumissus Romae vixit vir probus, et ab omni fastu et arrogantia alienus. Postea Domitiani edicto cum aliis philosophis Roma, et ex Italia pulsus Nicopolin Epiri discessit, ubi summa viguit auctoritate, et discipulorum frequentia. Ex illius dogmatibus et disputationibus ab Arriano collecta sunt, et in brevem commentarium redacta praecipua doctrinae Stoicae recentioris capita in libello, qui Enchiridii nomine adhuc existat. Is obiit circiter an. a Chr. n. 117. Illius meminit Gell. 1, 2, 2, 18., 17, 19. et 19, 1. P Est etiam cogn. Rom. Inscr. ap. Mur. 536, 1. T. Flavii Epicteti funeri acerbissimo T. Flavius Natalis, et Flavia Epictesis parentes. F.]

EPICŌREUS et EPICŌREIUS, a, um, adj. ἐπιχορεύς, ad Epicurum pertinens, ut Epicurei philosophi, Epicuri sectatores, et doloris medicamenta Epicurea, ap. Cic. Tusc. 3, 21. et Fin. 2, 7. P Vulgo Epicurei male audiunt, ut voluptatibus unice dediti. Sidon. Carm. 15, 125. Ast Epicureos eliminat undique virtus. V. Sen. Ben. 4, 2. et 13. P Abjecta diphthongi praepositiva in paenultima more Graecorum, potest ea corripri. Auct. Priap. 12. Ut credas Epicuri citari. Al. melius leg. Epicuron oscitari.

EPICŌRUS, i, m. 2. ἐπιχορός, Atheniensis, filius Neoclis et Chaerestratae, natus in pago, seu oppido Gargetto prope Athenas, quod ad tribum Aegeidem pertinebat, (unde et Gargettius dictus est) in Samo insula educatus dicitur: unde Athenas reversus decimo octavo aetatis anno, primo grammaticam docuit: lectis deinde Democriti, atque Aristippi libris, ad philosophiam adjecit animum, novamque in ea sectam instituit, novis inductis, vel probatis sententiis, praesertim de natura Deorum, de summo bono, et fine hominis, de animorum mortalitate, etc. Maximus fuit voluptatis patronus, ejus quidem, ut aliis videtur, quae sensibus corporis percipiuntur, ut aliis vero, quae animo sine dolore: quare illi dissolutum hominem fuisse tradunt, et delicias undique conquirentem: hi castum, honestum, temperatum, et frugi. V. Cic. Tusc. 3, 20. et Sen. Vit. beat. 13. Sive igitur ipse luxu vivendi, et pravis doctrinis; sive ejus discipuli, qui multi et celebres fuere, scripta magistri prave interpretantes, et voluptuosi, effecerunt, ut Epicuri schola hodieque male audiat. Multa de eo Cic. l. c. et alibi. Laet. 3, 17., item Seneca passim, et quidem saepe cum laude: v. gr. l. c. In ea quidem ipse sententia sum (in vitis hoc nostris popularibus dicam) sancta Epicurum, et recta praecipere, et, si propius accesseris, tristitia. Voluptas enim illa ad parvum et exile revocatur: et quam nos virtuti legem dicimus, eam ille dicit voluptati. Jubet illam parere naturae, etc. Maxime vero eum Lucr. suspexit, qui haec de eo cecinit 3, 1056. Ipse Epicurus obit decurso lumine vitae, qui genus humanum ingenio superavit, et omnes Praestrixit, stellas exortus uti aetherius sol. P Dicitur valde hortorum cultu delectatus, ut qui olerum victu contentus fuerit. Cujus rei meminere Juven. 13, 122. et 14, 319., Prop. 3, 20, 26. et Stat. Silv. 1, 3, 94.

EPICŪS, a, um, adj. qui est carminis heroici: ab ἔπος, carmen: et proprie hexametrum, seu heroicum: ut poeta epicus, qui versibus heroicis scribit, poema epicum, quod heroicis carminibus contextum est. Cic. Opt. gen. Or. 1. Itaque licet dicere et Ennium summum epicum poetam, si cui ita videtur. [\*Id. ib. Epicum poema. Quint. Inst. 10, 1, 62. Epicum carmen.]

EPICYCLUS, i, m. ἐπικύκλος, circulus parvus apud astronomos, qui deferendi infixus, motu il-

lius circumagitur, et impactum sibi planetae corpus peculiari suo motu circa proprium centrum circumducit. Graece sonat circulum supra circulum vel in circulo: ab ἐπί, in, aut super, et κύκλος, circulus. Capell. 8. p. 297. Mercurii, et Veneris circulos epicyclos esse.

EPIDAETĪA Venus, ab ἐπιδαίετος, epulor, quasi praeses convivii, vel convivio superveniens dicta est. Alexis, et Meliboeae mutuo se amore cum diligerent, fidemque invicem matrimonii jurejurando dedissent, parentes puellae eam alteri desponderunt. Amissae itaque sponsae impatiens Alexis, sponte exsulatum abiit: illa ne alteri nuberet, ipso nuptiarum die se de tecto praecipitavit: quo casu nil laesa, celeri fuga relicta domo, ad litus pervenit, ubi nacta naviculam, conscendit, solutisque sua sponte ancoris, voluntate Deorum delata est eodem loci, ubi Alexis morabatur, eique forte convivium cum sodalibus agenti insperato supervenit. Ille voto potitus, Veneri templum constituit, quam, quod ancora sponte solutae erant, autumatam; quod vero sponsa epulanti supervenerat, epidaetiam, vel epidaeti, quasi ἐπί δαίτη cognominavit. Haec Serv. ad Virg. A. 1, 720.

EPIDAMNIENSIS, e, adj. Epidamnus. Pl. Men 5, 7, 11. Epidamnienses subvenite cives.

EPIDAMNIUS, a, um, adj. qui ex Epidamno est, ut Epidamnia natio, Pl. Men. 2, 1, 33. Est autem Epidamnium, nunc Durazzo, Ἐπιδάμνος, urbs Macedoniae in Albania, in ora occidentali maris Ionii. Dicta est ab Epidamno rege conditor, et Dyrrhachium a Dyrrhacho ejus nepote ex filia, qui portum urbi adjecit. Porro a Romano altero hoc nomine vocabatur, ad evitandum malum omen, quia, velut in damnum iturus, omen id visum est (a Graeco ἐπί, in, et damnum), ut ait Mela 2, 3. ad f. Adde Plin. 3, 23, 26. Hinc Pl. joculariter Men. 2, 1, 42. Propterea huic urbi nomen Epidamno inditum est, Quia nemo ferme huc sine damno divortitur.

[EPIDAPHNAEUS, a, um, adj. ad Antiochiam pertinens, Syriae urbem, quae, teste Plin. 5, 20, 18., Epidaphnes (h. e. ἐπί Δαφνῆς, scil. prope Daphnen. V. DAPHNENSIS) cognominata est, et Oronte amne dividitur. Licent. Carm. ad August. 66. vasti deserta cacumina Cassi, Quae Epidaphnaeae aequat sibi Cassia rupes, h. e. regio Cassia, seu Casia, ubi mons Casius. V. CASIUS Mons. F.]

\*EPIDARUM, i, n. oppidum Cypri insulae. Plin. 5, 31. B. A.

EPIDAUREUS, a, um, adj. ἐπιδαυρεύς, ad Epidaurum pertinens. Avien. Arat. 207. Ture Epidauraeae fumant altaria sedis.

EPIDAURITĀNUS et EPITAURITĀNUS, a, um, adj. ad Epidaurum pertinens, Dalmatiae urbem. V. EPIDAURIUS. Inscr. ap. Marin. Frat. Arc. p. 455. P. Vibii Maximi Epitauritani Eq. R. P Epitauritani, orum, sunt incolae illius urbis, Hieron. Vit. Hilarion. n. 40. P Hi et Asclepitani sunt appellati, quia Asclepium, sive Aesculapium praecipue venerabantur. Liv. 45, 26. Scodrensibus, et Dassarensibus, et Asclepitanis, ceterisque Illyriis vectigal didimium ejus, quod regi (Gentio) pendissent. Pleeraeque editiones perperam habent Selepitanis, aliae Selepitanis. Inscr. ap. Appendinium, Not. Stor. di Ragusa T. 1. p. 29. M. Tuscennio M. F. Rogato veterano beneficiario praefecti aelae Dalmatarum coloniae Asclepitanae Epidauritanorum, militavit an. XXVIII. vixit ann. LIII. M. IX. D. XVI., M. Justejus P. F. Ceraunus domo Rizinio contubernali bene merenti ponendum curavit, et sibi posterisque suis.

EPIDAURIUS, a, um, adj. posses. ab Epidauro urbe, idem ac Epidaurus, nam ἐπιδαυρεύς, extrita praepositiva diphthongi, fit ἐπιδαυρεύς, Lat. Epidaurus. Stat. Th. 4, 123. Et qui rura domant Epidauria. Oc. Pont. 1, 3, 21. Afferat ipse licet cunctas Epidaurus herbas, h. e. Aesculapius, qui Epidauri colebatur. Hor. Sat. 1, 3, 27. tam cernis acutum, Quam aut aquila, aut serpens Epidaurus, h. e. draco: dicuntur autem dracones esse oculatissimi, unde et nomen habent, nam δέσκειν est videre. Addit autem Epidaurus, quia circa Epidaurum frequentes dracones erant: et Aesculapium sub forma draconis Epidauro Romam advectum fuisse, fabulose narrat Epitome Liv. 11. et Or. Met. 15, 626. et seq. V. AESCULAPIUS. P Porro Epidaurus, vel Epidaurum, Ἐπιδάυρος, de quo hic sermo, urbs est Peloponnesi, quae nunc Pidaura, in ora orientali, ad sinum Saronicum, ubi celebre templum Aesculapii fuit. Plin. 4, 5, 9., Liv. 45, 28. Virg. G. 3, 44. domitrixque Epidaurus equorum. P Epidaurus Limerā fuit alia urbs Peloponnesi in Laconia, quae nunc Malvasia vecchia. Plin. 4, 5, 9. P Alia fuit urbs Epidaurus in Dalmatia, ubi nunc Ragusa vecchia, de qua Plin. 3, 22, 26. A Narone amne C. mill. pass. abest Epidaurum colonia. Lucan. 2, 624. Illyris Ionias vergens Epidaurus in undas. Alii leg. Epidamnus. Adde Hirt. B. Alex. 44.

[EPIDECTUS, i, m. ἐπιδεκτός, exceptus: ab ἐπιδέχομαι, excipio. Est cogn. Rom. Inscr. ap. Grut. 521, 8. M. Antonius Epidectus. F.]

EPIDEMETICA, orum, n. plur. ἐπιδημητικά, de quibus est titulus 41. l. 12. Cod. Just., sunt domus in urbe aliqua, vel earum domuum partes destinatae pro hospitio militum aliunde advenientium: ab ἐπιδημῶ, ad urbem advenio. Alii intelligunt pretia, quae extorquebantur e militibus, vel potius ultro solvebantur ab incolis, ut ab onere praebendi hospitium essent immunes. [\*nobis Quartier-gelder.]

\*EPIDEMETICI, de quibus est tit. 41. l. 12. Cod. Just. sunt Hospitiorum metatores in urbe, h. e. qui in valvis januarum faciunt inscriptiones, quibus significatur, quis in ea domo sit hospitaturus. Ἐπιδημῶ idem valet, quod ad civitatem in rem praesentem venio. Vulgus forerios vocat. Haec Alciat. in tres post l. Cod. Cf. Coel. 7, 14. Aliter Jac. Gothofr. ad tit. Cod. Theod. (7, 8.) qui epidemetica hoc loco intelligit. V. Epidemetica. B. A.

EPIDEMUS, i, adj. ἐπιδημος, versans in populo: ab ἐπι, in, et δῆμος, populus. Ammian. 19, 4. Prima species luis pandemus vocatur (πάρδημος, ad universum populum pertinens), quae efficit, in aridioribus locis agentes caloribus crebris interpellari: secunda epidemus, quae tempore ingruens, acies hebetat luminum, et concitat periculosos humores: tertia loemodes (λοιμώδης), pestilens: a λοιμός, pestis), quae itidem temporaria est, sed volucris velocitate letabilis.

[EPIDERMIS, idis, f. ἐπιδερμῖς, cuticula sensu destituta, et veram hominum, et animalium cutem tegens. Translate. Veg. Vet. 2, 61. Sed commodius est pulmunculum decussatim ferro secare, et eximere, ita ut pellem admodum praecidas, ne, cum cicatricem duxerit, inveniatur epidermis, h. e. obducta ulceri crusta, ut vocat Cels. 5, 9., quam Graeci dicunt ἐπιείδω. F.]

[EPIDEXIUS, ii, m. ἐπιδέξιος, qui est ad texteram. Est cogn. Rom. Inscr. ap. Mur. 1391, 1. Pomponius Epidexius. F.]

EPIDICAZOMENOS, ἐπιδικάζομενος, is de quo in iudicio contenditur. Erat apud Graecos ejus comoediae titulus, quam Ter. Latine Phormionem inscripsit, ut habetur in ejus prologo v. 26. Est ab ἐπιδικάζω, ad iudico.

EPIDICTICUS, a, um, adj. ἐπιδικητικός, demonstrativus, ab ἐπιδεδεικνυμι, ostendo. Eloquentia epidictica, seu genus dicendi epidicticum est, quod versatur circa laudationes, vituperationes, suasiones, seu praeceptiones, scriptiones, seu historias, et alia omnia praeter quaestiones judiciales, et deliberativas. Dicta est a demonstrando, seu probando. Nam cum tria orator debeat facere, docere, movere, et delectare; quemadmodum movere proprium est eloquentiae oratoriae, seu forensis, ita docere, et delectare proprium est eloquentiae epidicticae. Denominata vero est a docendo, quia docere magis praecipuum est, quam delectare. Cic. in Or. 11. et 61. sed Graece. Latine autem ib. 13. ad f. Dulce igitur orationis genus, et solutum, et effluens in illo epidictico genere, pompae, quam pugnae aptius, gymnasiis et palaestrae dicatum etc.

[EPIDICUS, i, m. ἐπίδικος, contentiosus, qui adhuc est sub iudice. Est cogn. Rom. Inscr. ap. Grut. 250. col. 3. M. Annii M. L. Epidicus. F.]

EPIDIPNIDES, um, f. ἐπιδίπνιδες, quae in extremo coena inferuntur: ab ἐπι, post, et δειπνω, coena. Mart. 11, 31. Has prima feret, alterave coena: Has coena tibi tertia reponet: Hinc seras epidipnidas parabit. P In singulari num. Petr. fragm. Trag. 69. Burm. Epidipnis est allata, turdis, siligine, uvis passis, nucibusque fartis.

[EPIDIUS, ii, m. cui praenomen Cajus, ludum dicendi aperiens, rhetoricen docuit praeter ceteros M. Antonium, et Augustum, ut ait Suet. Rhet. 4. In cujus Commentariis arbores locutae reperiuntur, teste Plin. 17, 25, 38. P Epidium Nuncionum, unde se ortum C. Epidius praedicabat, ferunt olim praecipitatum in fontem fluminis Sarni, paulo post cum cornibus exstitisse, ac statim non comparuisse, in numeroque Deorum habitum. Suet. l. c. F.]

EPIDIXIS, is, f. ἐπίδειξις, specimen, demonstratio; ostentatio: vox Graeca a δεικνυμι, ostendo, demonstro. Histriones artis suae specimen dantes epidixi ludere dicuntur in Inscr. ap. Maff. Mus. Ver. 127, 4.

EPIDROMUS, i, m. ἐπίδρομος, ab ἐπιδρομῶ, discurro: funis est in imo et summo reti, quo per anulos discurrere ipsum rete aut contrahitur, aut expanditur. Plin. 19, 1, 2. n. 2. Vidimus plagas tantae tenuitatis, ut anulum hominis cum epidromis transirent, uno portante multitudinem qua saltus cingerent. P Cato R. R. 13. inter torcularii, et cellae oleariae instrumenta enumerat epidromum, quem alii intelligunt lorum, aut funem, quo lectus subtenditur (ut ib. 10. lectos loris subtentos); alii virgam ferream, per quam anuli velum sustententes transmittuntur, a similitudine epidromi in reti; alii tignum transversum latum, per quod discurre possit ad varia munera olei faciendi. Sed magis proba-

bilis est eorum sententia, qui putant hic epidromum esse lectum pensilem, quem Itali branda [\*nos: eine Hängematte.] vocant.

[EPIGAMUS, i, m. ἐπιγάμος, nubilus. Est cogn. Rom. Inscr. ap. Grut. 1077. col. 1. M. Cornelius Epigamus. F.]

\*EPIGENES, is. Graecus scriptor, Rhodi natus, qui de agri cultura, de astrologia scripsit. Varr. R. R. 1, 1, 8. Col. 1, 1, 9. Sen. N. Q. 7, 3.]

[EPIGIA, ae, f. ἐπιγία, humi repens, ab ἐπι, super, et γία, terra: ita vocatur arundo quaedam. Plin. 16, 36, 66. Est et obliqua arundo, non in excelsitatem nascentis, sed iuxta terram fructicis modo se spargens, suavissima in teneritate animalibus. Vocatur a quibusdam epigia. Alii perperam leg. elegia. F.]

EPIGLOSSIS, idis, f. ἐπιγλωσσίς, membrana in modum operculi, qua asperae arteriae meatus obstruitur, dum cibum, potumve capimus, ne quid in eam incidat: ab ἐπι, et γλωσσίς, rima seu foramen asperae arteriae. Plin. 11, 37, 66. Sub uva minor lingua, epiglossis appellata, nulli ova generantium. V. Cic. N. D. 2, 54., Gell. 17, 11. [\*ubi vox Graece scripta est.] et Macr. Sat. 7, 15.

EPIGONI, ἐπιγονοί, dicti sunt ii, quos susceperunt milites Alexandri M. ex Asiaticis feminis, h. e. postea nati: ab ἐπι, post, et γίγοναι, nascor. Just. 12, 4. P Eadem ratione Epigoni sunt appellati, qui secundum bellum Thebanum susceperunt, nempe filii, posterique eorum, qui priore bello ad Thebas occubuerant. Coacto enim exercitu, ut parentum mortem ulciscerentur, duce Alemaeone Thebas diruerunt. Hujus argumenti est tragoedia Accii, quae Epigoni inscribitur. [\*Cic. Off. 1, 31. Etiam aliorum poetarum. Cic. Tusc. 2, 25. de opt. gen. or. 6.] P Epigonus est etiam secundis nuptiis natus. Est cogn. Rom. Inscr. apud Maff. Mus. Ver. 291, 8. P. Aimilius Epigonus. Hygin. fab. 71. Cic. Off. 1, 31. et Tusc. 2, 25. [\*Et clarus apud Graecos sculptor. Plin. 19, 29, 24, 8.]

EPIGRAMMA, atis, n. ἐπιγράμμα, proprie dicitur inscriptio, elogium, seu titulus, qui donis inscribatur, quae Diis sacrabant: ab ἐπι, super, et γράφω, scribo. Nep. Paus. 1. Cum ex praeda tripodem aureum Delphis posuisset, epigrammate scripto, cujus haec erat sententia: suo ductu Barbaros esse deletos. Hinc notae illae, quae servis fugitivis inurebantur, fugitivorum epigrammata dicuntur a Petr. Sat. 103. Ap. eund. 115. Epigramma mortuo facere. [\*Ulp. Dig. 47, 10, 5, 10. Eadem poena tenetur is qui epigrammata, id est inscriptiones, aliunde quid sine scriptura in notam aliorum produxerit.] P Quoniam autem hujusmodi tituli versibus plerumque constabant, hinc epigramma ponitur pro brevi aliquo poemate, [\*V. de epigrammatis apud Graecos origine atque progressu disputantem Fr. Jacobs. in praef. ad Anthol. et ad del. epigr.] Cic. Arch. 10. Epigramma in eum fecit tantummodo alternis versibus longiusculis. [\*Adde Tusc. 1, 34. in Verr. 2, 4, 57. ad Att. 1, 13.] P In dativo, et ablat. plurali habet epigrammatis, ut in EMBLEMA §. 4. dictum est. Cic. Att. 1, 16. ad f. Epigrammatis tuis, quae in Amaltheo posuisti, contenti erimus. In genitivo plurali epigrammaton Graeca positione, ἐπιγραμμάτων, dixit Mart. ep. l. 1. ad lector. et epigr. l. et 118., at epigrammatum Latina Suet. Aug. 85.

EPIGRAMMATARIUS, ii, m. qui epigrammata scribit. Vopisc. Florian. 3. Quidam epigrammatarius in eum ita lusit.

EPIGRAMMATICUS, a, um, adj. ad epigramma pertinens. Spartian. Ael. Ver. 5. Martialis epigrammaticus poeta.

EPIGRAMMATION, ii, n. ἐπιγραμμάτων, breve epigramma. Varr. L. L. 6, 3. Pomponii epigrammation, quod in adolescentem fecerat Cascam.

EPIGRAMMISTA, ae, m. idem ac epigrammatarius. Sidon. ep. 4, 1. Si quid heroicis arduum comicus lepidum, epigrammista lascivum condiderunt. Al. leg. epigrammatista.

[EPIGROMA, atis, n. tabula, in qua ab agrimensore descripti sunt limites et mensurae agrorum [\*nobis: das Flurbuch] ab ἐπι, in, et γρόμα, instrumentum agrimensoris; hinc est etiam gramaticus. Not. Tir. p. 124. Commentarium, epitoma, epigroma. F.]

EPIGRUS, gri, m. clavus ligneus, quo lignum ligno adhaeret, ut Isid. Orig. 19, 19. definit. Pall. 12, 7. circa med. Si poma decurrant, oleastri epigrum terebratae infige radici. August. Civ. D. 15, 27. Lignum ligno per subscudines, epigrus, clavos, et gluten bituminis non potest adhaerere: epigrus clavos ligneos, clavos ferreos intelligit. De clavus socco suppactis, sive ferreis, sive argenteis, aureisque, Sen. Ben. 2, 12. extr. Nisi in os senatoris ingressisset imperator epigrus suos. [\*Ad quem l. v. doctam Gron. animadv.] P Volunt esse ab ἐπιγροσος, clavus ligneus, extrita diphthongo, et versa x in γ. Alii melius ab ἐπιγροσος. V.

EPIURUS. P Ceterum apud Pall. et August. plerique alii leg. epirus. Apud Sen. quoque epirus quidam mallent: alii leg. pigros, quos Turneb. Adv.

9, 30. ingeniose magis, quam vere, pedes ipsos imperatoris interpretatur.

EPILEPSIA, ae, f. ἐπιληψία, morbus comitialis, et soticus, quo totius corporis constitutio convellitur, homo crebro et subito concidit, ex ore spumae moventur, deinde interposito tempore ad se redit, et per se ipsum consurgit, ut Cels. 3, 23. describit: ab ἐπιλαμβάνω, occupo, invado, corripio. Lampr. Elagab. 20. Quod qui ederet, ab epilepsia tutus diceretur.

[EPILEPTICUS, i, m. ἐπιληπτικός, qui epilepsia, seu morbo comitiali interdum corripitur. Fragn. Jur. civ. antejustinian. (ed. A. Maio) p. 38. Sive autem quis arthriticus, sive posicus (lege soticus), sive epilepticus, sive orbus, et his similia, excusantur (a tutela). F.]

EPILEUS, i, m. ἐπιλείος, genus accipitris, qui solus omni tempore apparet. Plin. 10, 8, 9. ex lect. Hard. Nam alii aliter.

EPILIMMA, atis, n. genus vilissimi unguenti. Fest. ubi al. leg. epalimma, ut sit ab ἐπιλείω, ungo.

EPILOGUS, i, m. ἐπιλογος, postrema pars orationis, qua congregantur et repetuntur ea, quae dicta sunt: Latine peroratio, cumulus, conclusio: ab ἐπιλέγω, insuper dico, dictis addo, repeto. [\*Auct. ad Her. 2, 30. Conclusiones, quae apud Graecos epilogi nominantur, tripartitae sunt.] Cic. Brut. 33. Exstat ejus peroratio, qui epilogus dicitur. Id. Or. 2, 69. Cum in epilogo misericordiam se movisse putaret. Id. Planc. 34. Ut miserabiliores epilogos possem dicere. Id. Att. 4, 15. Publius disertio epilogo criminans mentes iudicum moverat.

[EPIMACHUS, i, m. ἐπιμαχος, expugnabilis, et juxta Hesych. auxiliator in pugna. Est cogn. Rom. Inscr. ap. Amaduntium Anecd. Litt. T. 3. p. 473. n. 22. Flavius Aug. Lib. Epimachus. F.]

EPIMEDION, ii, n. ἐπιμήδιον, caulis est non magnus, hederac foliis densis, atque duodenis, nunquam florens, radice tenui, nigra, gravi odore: nascitur in humidis, et spissandi, refrigerandique vim habet. Plin. 27, 9, 53. P Est quoque repagulum, quo scalarum latera muniuntur ad prohibendum ascendendum et descendendum lapsum, Itali dicunt murello, sponda [\*Germani, das Gelaender.]: est ab ἐπιμήδομαι, contra struo aliquid prudenter. Inscr. ap. Don. cl. 2. n. 11. Graecina Myrianna gradus, et epimedia sua pecunia fecit.

EPIMELAS, anos, f. ἐπιμέλας, h. e. nigricans (ab ἐπι, super, et μέλας, niger) fit, cum candidae gemmae superne nigricat colos, inquit Plin. 37, 10, 58.

EPIMELES, is, m. ἐπιμελής, h. e. diligens, accuratus. Ita inscribitur liber primus Apicii, in quo diligentem condimentorum genera perscribuntur. P Est etiam cogn. Rom. Tabula Vellej. ap. De-Lama col. 2. l. 98. M. Petronio Epimele.

[EPIMELIA, ae, f. ἐπιμέλεια, diligentia. Est nomen proprium ancillae, quae philologiae inseruit apud Capell. 2. p. 37. Epimelia, et Agrippia delecta virginis (Philologiae) mancipia. F.]

EPIMENIDES, is, m. Ἐπιμενίδης, poeta Epicureus fuit, patria Cretensis, aetate Pythagorae, qui a patre Agisarcho in agrum ad custodiendum pecus missus in quodam antro obdormivit annos LVII, post somnum vates factus est. Plin. 7, 48, 49. et ib. 52, 53.

EPIMENIDEUS et Epimenidius, a, um, adj. ἐπιμενίδειος, tertium genus bulborum scyllae, gratum in cibus, angustius folio, ac minus aspero. Plin. 19, 5, 30. et Theophr. hist. plant. 7, 11. a med.

EPIMENIUS, a, um, adj. menstruus, ἐπιμήνιος: ab ἐπι, in, et μήν, mensis. Juv. 7, 119. siccus petasunculus, et vas Pelamidum, aut veteres, Maurorum epimonia, bulbi, h. e. bulbi, quae sunt munera quot mensibus a mauris missa. Africa enim bulborum copia abundat. Al. leg. epimenida synecop. pro epimenidia.

EPIMERISMUS, i, m. ἐπιμερισμός, h. e. repetita distributio, seu partitio: a μερίζω, distribuo, partior. Ita dicitur a Capell. 5. s. f. cum orator in media oratione, dubitans de memoria iudicis, res summam ac brevier rursus distribuit, ac repetit. [\*V. Ernest. Lex. techn. Gr. p. 126.]

EPIMETHEUS, i, m. Ἐπιμηθεύς, filius Iapeti et Climenes, pater Pyrrhae ex Pandora, frater Promethei. Hyg. praef. et fab. 142.

EPIMETHIS, idis, f. Ἐπιμηθίς, Pyrrha filia Epimethi. Or. Met. 1, 390. Inde Promethides placidis Epimethida dietis Mulcet.

EPIMETRUM, i, n. ἐπιμετρον, quod supra mensuram modumve datur alicui. Imppp. Valent., Valens et Gratian. Cod. Theod. 12, 6, 15. [\*Latini cumulum dicunt. V. hanc voc.]

[EPIMILIA, orum, n. plur. ἐπιμίλια, iā, munera, quibus aliquis demulcetur. Est etiam cogn. Rom. Inscr. ap. Grut. 787, 3. Corneliae Epimiliae. Haec eadem mutila legitur ap. Maff. Mus. Ver. 155, 1., ubi cognomen Epimiliae non apparet. F.]

EPIMONE, es, f. ἐπιμονή, h. e. perseverantia:

ab *ἐπιμένο*, persevero. Hoc nomine appellatur figura quaedam, qua ejusdem dictionis sine intervallo geminatio fit, cum impetu pronuntiationis, ut *Virg. A. 9, 428*. Me, me; adsum qui feci; in me convertite ferrum. Et *ib. 4, 660*. Sic moriamur ait, sic sic juvat ire sub umbras. [\**Cic. de Or. 3, 52*. vocat commorationem in una re.] P Vox Graeca est, et Graece adhibenda. [\**Ern. Lex. techn. Gr. p. 126.*]

EPINEPHRIDIIUM, ii, n. *ἐπινεφροῖδιον*, pinguedo in renibus. *Fulg. Myth. 2, 5*. Epinephridia formandis fetibus opponuntur. Al. leg. *epomphalia*, h. e. medicamenta, quae umbilico opponuntur: ab *ὀμφαλός*, umbilicus. [\**Recte h. l. scribitur epomphalia. V. Munck. et Staver. p. 674.*]

EPINICE, es, f. et Epinicus, i, m. *ἐπινίκη*, et *ἐπινικός*, victrix, et victor: ab *ἐπὶ*, et *νίκη*, victoria. Est cogn. Rom. *Inscr. ap. Donat. 417, 18*. Cassia Epinice. Alia ap. *Grut. Epinicus Caesaris servus*. Haec eadem tamen legitur ap. *Murat. 934, 2*, ubi pro Epinicus est Elpinicus, quod postremum minime probandum videtur. F.]

EPINICIA, orum, n. plur. celebritates pro parta victoria, ut ignes nocturni, solennes supplicationes, carmina etc.: ab *ἐπὶ*, in, super, et *νίκη*, victoria. *Suet. Ner. 43*. Sequenti die laetum inter laetos cantaturum epinicia.

EPINOMEN, inis, n. idem ac agnomen: vox hybrida, ex *ἐπὶ* ad, super, et nomen, Italice soprannome. *Not. Tir. p. 35*. Nomen, epinomen. Perperam tamen hic legitur *epinomen*. F.]

EPINYCTIS, idis, f. *ἐπινυκτίς*, pessima pustula, fabae magnitudine, colore vel sublivida, vel subnigra, vel alba. Circa eam vehemens inflatio est, indeque acer dolor oritur; et cum aperta est, reperitur intus exulceratio mucosa, colore humori suo similis. Oritur in eminentibus partibus, et fere noctu, ut est ap. *Cels. 5, 28, n. 15*. [\*ubi Graece scribitur.] unde et nomen habet: ab *ἐπὶ*, in, et *νύξ*, nox: vel quia noctu praecipue inquitat, ut *Plin. 20, 6, 21*. docet. *Id. ib. 2, 6*. Folia peponis cum melle epinyctidas sanat. P Item ulcus alio nomine syce, in angulo oculi perpetuo humore manans. *Id. ib. 6, 21*.

EPIPACTIS, idis, f. *ἐπιπακτίς*, frutex, quem alii helleborinen vocant, parvis foliis, quae pota contra venena, et jocinoris vitia prosunt. *Plin. 13, 20, 35, et 27, 9, 52*. ex *Dioscor. 4, 109*.

EPIPEDONICUS, a, um, adj. qui est *ἐπιπέδω*, in loci superficie, ut *Terminus epipedonicus* ap. *Front. de Col. ed. Goes. p. 112 et 133*. B. A.

EPIPETROS, i, f. *ἐπιπετρος*, herba quaedam nunquam florens. *Plin. 21, 15, 52*.

EPIPHANENSIS, e, adj. ad Epiphaniam pertinens, Syriae urbem ad Orontem, ita appellatam ab Antiocho Epiphane, nam pervetustum ejus nomen fuit *Hemath*, hodiernum *Hamah*. In ejus nummis ap. *Eckhel. D. N. V. T. 3, p. 312*. *ΕΠΙΦΑΝΕΣΙΝ*. P Epiphaneenses, ium sunt ejus urbis incolae. *Plin. 5, 23, 19*. Reliqua autem Syria habet *Arethusios*, *Beroeenses*, *Epiphaneenses*. [\**Ed. Hard. Epiphaneenses.*] F.]

[\**EPIPHANES*, is, m. *Ἐπιφανής* (h. e. conspicuus, illustris, ab *ἐπιφανομαι*, appareo) cognomen aliquot Antiochorum, Syriae regum, praecipue illius, qui Antiochi Magni filius, Philopatoris frater, pater Eupatoris fuit. V. *Vaillant. in Numm. Antiochi VI. et VIII. et Spanhem. dissert. 7, p. 425*. et seqq., qui *dissert. 8, p. 466*. observat, Parthos quoque eo cognomine usos fuisse. P Est etiam *Ptolemaeus Epiphanes*, quasi praesens Deus cognominatus, quintus *Lagidarum Aegypti* regum. *Strab. l. 17*. P Alius rex *Epiphanes* memoratur *Tac. H. 2, 25*. filius Antiochi Commageni. F. et B. A.]

EPIPHANIA, ae, f. *Ἐπιφάνεια*, apparitio, sive manifestatio, ab *ἐπιφανομαι*, appareo. Festum Christianorum quod incidit in diem VIII. Id. Januarii, quod eo die Christus stella indice Magis apparuerit: item quod in baptismo audita sit vox Dei Patris de Christo: Hic est Filius meus dilectus. *Isid. Orig. 6, 18*. P Est etiam cogn. Rom. *Inscr. opt. notae ap. Grut. 596, 7*. Permissu Juliae Epiphaniae. P [\*Item nomen urbis in Cilicia. *Cic. ad Fam. 15, 4, 13, et 17. Plin. 5, 27, 22*. — Et alius urbis in Syria. *Plin. 5, 23, 19.*] F.]

EPIPHONEMA, ätis, n. *ἐπιφωνήμα*, figura sententiarum, qua summa acclamatio fit super aliqua re narrata, vel probata: ab *ἐπιφωνέω*, acclamo. *Quint. 8, 5*. Est enim epiphonema rei narratae, vel probatae summa acclamatio: (*Virg. A. 1, 37.*) *Tantae molis erat Romanam condere gentem.* [\**Jul. Rufin. de fig. sent. p. 217*. qui ita explicat: Haec (sc. figura) sententia in fine expositae rei cum affectu enunciat.]

EPIPHORA, ae, f. *ἐπιφορά*, humoris destillatio, et in aliquam corporis partem impetus: unde morbus et dolor: ab *ἐπιφομαι*, impetu feror, irruo. *Cic. Fam. 16, 23*. Balbus ad me scripsit tanta se epiphora oppressum, ut loqui non possit. *Plin. 29, 6, 38*. Incipientem epiphoram inungere. *Id. 20, 12, 48*. Epiphorae oculorum. Et *21, 19, 74*. testium. Et *28, 14, 58*. Ad omnes epiphoras ventris illini caseum suadent. Adde *Col. 5, 17, s. f. Tom. II.*

P Est etiam figura rhetorica, cum nempe plurium sententiarum unum atque idem novissimum ponitur. *Rutil. Lup. de fig. sent. etc. l. [\*p. 30. Ruhnck.]* Nos primum impulit Philippus, deinde deseruit nos Philippus, novissime succenset idem Philippus. [\**V. Ernest. Lex. techn. Gr. p. 131.*]

EPIPHORUS, i, m. *ἐπιφορος*, propensus. Est cogn. Rom. *Inscr. ap. Mur. 1431, 6*. L. Aemilius Epiphorus. F.]

\*EPIPLEXIS, is, f. *ἐπιπληξίς*, objurgatio; figura rhetorica. *Jul. Rufin. de fig. sent. p. 212*. ed. *Ruhnck. B. A.*

[EPIPLOCE, es, f. *ἐπιπλοκή*, implicatio. *Mar. Victor. p. 2506*. Nunc de metrorum connexionibus, quas epiplocas Graeci appellant, dicemus. Dicta autem epiploce, id est amplexio, a metricis, eo quod copulari metra metris diversa his adjectionibus, aut etiam translationibus videantur. [\**Cfr. Quint. Inst. 7, 1. Ernest. Lex. techn. Gr. p. 127.*] F.]

[EPIPODIUS, ii, m. *ἐπιπόδιος*, pedes irretiens, laqueus, pedica: ab *ἐπὶ*, in, et *πόδις*, podus, pes. Est cogn. Rom. *Inscr. ap. Grut. 761*. M. Aurelius Epipodius. F.]

\*EPIPOLAE, arum, f. *Ἐπιπολαί*, praeruptus locus, Syracusae contingens. *Liv. 25, 24*. Cf. *Thucyd. 6. Aelian. V. H. 12, 44*. B. A.

EPIRENSIS, e, adj. Epiroticus. *Liv. 8, 17*. Samnites bellum Alexandri Epirensium in Lucanos traxit.

EPIRHEDIUM, ii, n. vox hybrida, ex Graeco *ἐπὶ*, in, aut super, et Gallico *rheda*: qua tamen nec Graeci, nec Galli utuntur, inquit *Quint. 1, 5, s. f.* Romani suum ex alieno utroque fecerunt. Significat autem lorum, seu funem, et collare, quo equus ad rhedam alligatur. *Vet. Schol. Juv. ad Sat. 8, 66*. exponit ornamentum rhedae, aut plastrum. *Juven. ib. de equis*. tritoque trahunt epihedria collo Segnipedes, dignique molam versare Nepotis. [\**Scheff. de re vehic. 2, 32*. cum aliis habet pro genere vehiculi.]

EPIROTAE, arum, m. plur. Epiri incolae. *Liv. 29, 12*. et alibi passim. P In singul. num. *Epirotas*, et *Epirota*, ae, *Ἐπιρωτής*. *Plin. 3, 11, 15*. Alexander Epirotas. *Aurel. Vict. Vir. illustr. 33*. Pyrrhus Epirotam Italia expulit. P Abjecta praepositiva diphthongi, secundam corripuit *Auson. Professor. 15, 13*.

EPIROTICUS, a, um, adj. *Ἐπιρωτικός*, ad Epirum, vel Epirotas pertinens. *Varr. R. R. 1, 17, a med.* Epiroticae familiae. Et *2, 9*. Epirotici canes. *Colum. 6, 1*. boves. *Cic. Fam. 13, 18, extr.* Quibuscumque officiis in Epiroticis, reliquique rebus Atticum obstrinxeris. *Id. Att. 12, 53*. Nisi te Epiroticae litterae impediunt, h. e. missae de negotiis, quae multa habebat Atticus in Epiro: unde Epiroticas ejus possessiones memorat *Nep. in ejus Vita 14*. P Graeci *Epirotica mala* appellant, quae Latini *orbiculata*, quod in Epiro primum provenisse dicuntur. *Plin. 15, 14, 15*.

EPIRUS et Epiros, i, f. *Ἐπίρος*, h. regio Graeciae inter Macedoniam, Thessaliam, Achaia, et mare Ionium, contra Corcyram. *Plin. 4, 1, 1*. P Ipsa vox Graece terram continentem significat. Quare ita primum a Corcyraeis proxima continens appellata est: inde nomen ab aliis quoque est usurpatum. Fuit optimarum equarum ferax. *Serv. ad illud G. 1, 59*. Eliadum palmas Epiros equarum. *Cic. Att. 2, 4, ad f.* Quominus Epirum ipsam possidere videamur. Adde *Plin. l. c.* [\*In vulgatis *Justini* editionibus *26, 1*. *Epirosum urbs* legitur, quod pro *Epirotarum urbs* positum esse volunt. Sed legendum est *Epiorum*, i. e. Eleorum. V. *Duebner ad h. l.*]

\*EPIS, vetus oppidum, sed demolitum, Aethiopiae, sub Aegypto, contra Meroem urbem. *Plin. 6, 29*. B. A.

EPISCENIUM, ii, n. *ἐπισκήνιον*, et EPISCENOS, i, f. *ἐπισκηνός*, superior scenae pars, id quod supra scenam exstruitur, id est columnationis, sive contignationum ordines: ab *ἐπὶ*, super, et *σκήνη*, scena. *Vitr. 7, 5*. Praeterea supra eam (*scenam*) nihilominus episcenium, in quo tholi, pronai, semifastigia omnisque tecti variis picturis fuerat ornatus. Et *7, 5*. [\*Locus est *5, 7*.] Si tertia episcenos futura erit etc.

[EPISCEPSIS, is, f. *ἐπισκεψίς*, inspectio. V. in CHORA. F.]

EPISCOPALIS, e, adj. ad episcopum pertinens, ut Episcopale solium, *Prud. peri steq. 33*. Adde *Sidon. carn. ep. 4, 11*.

EPISCOPALITER, adv. more episcopi. *August. Confess. 5, 13*.

EPISCOPATUS, us, m. officium, vel dignitas episcopi. *Ammian. 27, 3*. Ad rapiendum episcopatum sedem ardentem. Al. leg. *Episcopalem sedem*. *Tertull. Baptism. 17*. Officium episcopatus.

EPISCOPUS, a, um, adj. *ἐπισκοπος*, Episcopus phaselus, h. e. exploratorius, ab *ἐπισκοπέω*, exploro, ap. *Cic. Att. 14, 16*. Alii aliter leg. V. EPICOPUS.

EPISCOPUS, i, m. *ἐπισκοπος*, inspector, praeses: ab *ἐπὶ*, super, et *σκοπέω*, video, dispicio. *Arcad. Dig. 50, 4, 18*. Item et episcopi, qui praesunt

pani, et ceteris venalibus rebus, quae civitatum populis ad quotidianum victum usui sunt, personalibus muneribus funguntur. *Inscr. ap. Mur. 626, 1*. C. Memmio Macrino agonothetae, episcopo Nicensium. *Cic. quoque simili sensu utitur, sed Graece, Att. 7, 11, sub f.* Vult enim me Pompejus esse, quem tota haec Campana, et maritima ora habeat *ἐπισκοπον*, ad quem delectus, et summa negotii referatur. P Sic etiam nominantur Christiani sacri antistites, seu pontifices, qui alicujus urbis ac territorii sacris praesunt. *Tertull., Augustin., Hieronym.* etc.

[EPISCYNIUM, ii, n. *ἐπισκύνιον*, supercilium. *Translate. Tert. Pall. 4*. Jamdudum censoriae intentionis episcynio disperso, h. e. severitate omisa, deposito nempe supercilio nimis adstricto contractoque. F.]

\*EPISIBRIUM, i, oppidum Hispaniae Baeticae. *Plin. 3, 1*. B. A.

EPISTATES, ae, m. *ἐπιστάτης*, praeses, praepositus alicui rei: ab *ἐπιστήμι*, praefectus sum. *Cato R. R. 56*. Familiae cibaria qui opus facient, per hiemem tritici modios quatuor, per aestatem modios quatuor semis: villico, villicae, epistatae, opilioni modios tres. *Pontedera Op. posth. T. 1, p. 277*. Suspectam habet vocem *epistatae*, totumque locum, non improbane *Schneidero*, ita refingendum putat: villico, villicae modios per aestatem quatuor, per hiemem modios tres. Vides igitur illud *epistatae* pro alieno haberi. [\**Aelian. Tact. 5*. Epistates decuriae.] P In certaminibus athletarum epistatae erant, qui certantibus praerant, et certaminum leges ferebant. Hinc *Translate Tert. Mart. 3*. Epistates vester Christus Jesus, etc.

EPISTOLA, ae, f. *ἐπιστολή*, litterae, scriptum, quod ad absentes mittitur, alicujus rei significandae causa. Vox quiddam Graeca tota est, sed usu Latina facta: ab *ἐπὶ*, ad, et *στέλλω*, mitto. Proprie significat ipsam chartam obsignatam, et alicui missam, seu, ut ajunt scholastici: litterae autem sensum ipsum, seu *formale* istius epistolae. *Cic. Q. Fr. 3, 1, 3*. Venio nunc ad tuas litteras, quas pluribus epistolis accepi [\**nos: in mehreren Sendungen, Paketen.*] P Ceterum alterum frequenter pro altero usurpatur. *Cic. ib. 1, 1, 13*. Illud quod est epistolae proprium, ut is ad quem scribitur, de iis rebus, quas ignorat, certior fiat, etc. *Id. Fam. 2, 4*. Epistolarum genera multa esse non ignoras, etc. Reliqua sunt genera duo: unum familiare et jocosum, alterum severum et grave. *Id. ib. 9, 21*. Quid simile habet epistola aut iudicio, aut concioni? Et *ib.* Epistolas quotidianis verbis texere solemus. *Id. Att. 6, 5, extr.* Facere epistolam longiorem. [\**facere ad aliquem. Paul. Dig. 40, 2, 22.*] Et *ib. 13, 26*. efficere. Et *ib. 15, 1*. exarare. *Caes. B. G. 5, 46*. deferre ad aliquem. Et *ib.* intercipere. *Curt. 3, 7, ad f.* tradere alicui. Et *7, 2*. accipere ab aliquo. *Nep. Paus. 4*. accipere ab aliquo ad aliquem. *Suet. Aug. 50*. signare. *Id. Caes. 56, extr.* ad aliquem mittere. *Cic. Att. 12, 1, a med.* complicare. Et *ib. 15, 4, a med.* solvere. Et *ib. 10, 12*. concerpere. *Nep. Paus. 4*. Epistolae vincula laxare. *Tac. H. 3, 63*. Epistolas componere. *Cic. Att. 7, 13, extr.* dictare. *Ter. Phorm. 1, 2, 17*. Pellicere aliquem per epistolas. *Cic. Att. 1, 20*. Cincius eam mihi abs te epistolam reddidit, quam tu ibid. Febr. dederas: ei epistolae litteris his respondebo. *Id. Att. 6, 3, post med.* Q. Cicero legit epistolam inscriptam patri suo. Et *ib. 2, 12*. O suaves epistolae tuas, uno tempore mihi datas, duas! Et *ib. 11*. Isti puero da ponderosam aliquam epistolam, plenam omnium non modo actorum, sed etiam opinionum tuarum. *Suet. Caes. 56*. Epistolae quoque ejus ad senatum exstant, quas primus videtur ad paginas, et formam memorialis libelli convertisse, cum antea Coss. et duces non nisi transversa charta scriptas mitterent. *Plin. 7, 25, 25*. C. Caesar solitus epistolas quaternas pariter librariis dictare. P Quomodo litterae plur. num. epistolam significat; ita haec ipsa vox plur. num. interdum de unis litteris usurpatur. *Justin. 1, 6*. Lectis ille epistolis, etc. Et *11, 12*. Scribit itaque et tertias epistolas. Adde *17, 2*. et *Plin. ep. 10, 5, et 15*. P Dicitur ab epistolis alicujus, qui conscribendis epistolis illi inservit. Habetur in Inscriptionibus multis ap. *Grut., Reines. et Manut.* in quibus plerumque legitur *epistula*: quam scribendi rationem (quae in Pandectis Florentin. dicitur esse perpetua) *Justus Fontan. de Antiquitatib. Hortae 1, 8*. contendit usurpatam fuisse etiam optimis Latinae linguae temporibus, quod plurimis allatis exemplis confirmat *Jo. Labusius in Bibliot. Ital. T. 3, p. 428*. Nihilominus et librorum consensus, et vocis origo ipsa, et usus alteram per o scriptionem tuerent: quam praefereunt etiam *Scalig., Lips., Manut., Dausqu., Cellar.*, etc. P Dicitur etiam *magister epistolarum*, sub se habens alios, qui ab epistolis sint. *Spart. Hadrian. 11*. Suetonio Tranquillo, epistolatum magistro, successorem dedit. P [\**In Digest. epistolae saepe ita ponuntur, ut chirographorum et cautionum vicem obtineant. Vid. exempla ap. Brisson. de verb. signif. s. v.* Etiam aliae

conventiones epistolis conficiuntur. Praecipue vero codicilli epistolarum nomine saepissime veniunt: cuius rei causa est haec, quod codicilli per modum epistolarum concipiuntur. Hinc *codicilli* et *epistolae* promiscue usurpantur. *Cic. ad Fam.* 6, 18, 4, 12. *Suet. Cal.* 55. Imperatorum rescripta, et iussa, quod per epistolas plerumque edebantur, *epistolae* dicuntur. *Plin. ep.* 10, 66, et 71, *Frontin. aquaeduct.* 105. et saepe in libris *Digestor.* [\*Confunduntur *Epistola* et *epulae*. *Burm. ad Suet. Caes.* 26.]

**EPISTOLĀRIS**, e, adj. ad epistolam pertinens, ut *Epistolaris charta*, *Martial.* 14, 11. in *lemmate*. [\*nobis: *Briefpapier*, *Postpapier*.] *Augustin. ep. ad Marcell.* 5. Epistolare colloquium. P. Apud *Impp. Theod. et Valentin. Cod.* 7, 42, 32. *epistolares* sunt officiales conscribendis imperatorum epistolis, rescriptis, actisque sacri auditorii destinati. [\*De quorum officio disseruit *Guther. de offic. domus Augustae* 2, 21. Adde *Tzschuk. in dissert. de Eutr.* p. IX.]

**EPISTOLĀRIUS**, i, m. qui epistolam perfert. *Salvian. de Gubern.* 2, p. 174. *Rittersh.* Novi nuncii, novi epistolarii a summis sublimitatibus missi. *B. A.*

**EPISTOLĪCUS**, a, um, adj. epistolaris, ut *Epistolicae quaestiones*, *Gell.* 14, 7, et 8., ubi citat *Farronis* librum eo titulo. Item 7, 10. ubi eadem inscriptione librum *Catonis* appellat. Unde apparet ab illis quoque eam vocem fuisse usurpatam.

**EPISTOLIUM**, ii, n. *ἐπιστόλιον*, parva epistola. *Catull.* 68, 2. Conscriptum hoc lacrimis mittis epistolium.

**EPISTOMĪUM**, ii, n. *ἐπιστόμιον*, instrumentum aeneum, vel alterius materiae, in quo est verticulum pertusum, quo, prout hoc, aut illo modo versatur, clauduntur, et aperiuntur ora salientium, ac fistularum: ab *ἐπιστομίζω*, os obstruo, quod ab *ἐπί* et *στόμα*, os. *Senec. ep.* 80. Nisi aquam argentea epistomia effuderunt. Adde *Vitr.* 9, sub f. et 10, 13., *Varr. R. R.* 3, 5, sub f., et *Ulp. Dig.* 19, 1, 17, ad f. Ubique autem alii male reponunt *epitonium*, et alicubi pessime *epitomium*.

**EPISTRĀTĒGIĀ**, ae, f. *ἐπιστρατηγία*, jurisdictio supra strategos, seu praefectos provinciarum, seu nomorum Aegypti: ab *ἐπί*, super, et *στρατηγία*, praefectura. *Inscr. ap. Mur.* 686, 6, et 1096, 3. C. Camurio C. F. Lem. Clementi Praef. Fabr. III., Praef. I. D. Imper. Caesar. Trajani Aug. Proc. Aug. Epistrategiae septem Nomor. et Arsinoitae. scil. procuratori Augustali Epistrategiae septem Nomorum, (h. e. *Ἐπαυροπόδος* in media Aegypti), et Arsinoitae (h. e. nomi, qui *Arsinoites* appellatus est ab Arsinoe ejus urbe primaria ad lacum Moeridem. *F.*)

**EPISTROPĒ**, es, f. *ἐπιστροφή*, figura est, cum in eadem verba plures desinent sententiae. Latine conversio dicitur. Graeca vox, et Graece usurpanda: ab *ἐπιστρέφω*, converto. *Jul. tamen Rufin. de schem. lex.* §. 16, p. 238. *Ruhnk.* Latine usurpat. [\*Cf. *Ernest. Lex. techn. Gr.* p. 127.]

**EPISTYLĪUM**, ii, n. *ἐπιστύλιον*, trabs, quae summis columnis, superque earum capitulum transversa imponitur, et omnes tecti trabs sustinet: ab *ἐπί* super, et *στυλή*, columna: item in lapideis architecturis membrum illud supra capitulum, quod eam trabem refert. *Vitr.* 3, 5, ad f. Membra omnia, quae supra capitula columnarum sunt futura, idest epistylia, zophori, coronae, tympana etc. Adde *Varr. R. R.* 3, 5., *Plin.* 36, 14, 21, et *Festum*.

**EPISYNĀLOEPHĒ**, es, f. *ἐπισυναλοιφή*, figura eadem, quae synaeresis, cum duae vocales in unam contrahuntur, et quodammodo conglutinantur: ab *ἐπί* et *συναλοιφω*, commisceo, confundo. Graeca vox, et Graece adhibetur a *Charis.* 4, 249, et *Diomed.* 2, 437.

**EPITĀGE**, es, f. *ἐπιτάγη*, praeceptio. Est cognomen Romanum. *Inscr. ap. Grut.* 936, 7. *Claudia Epitage.* *F.*

**EPITAPHIOLUM**, i, n. breve epitaphium. *Epitaphiolium* legitur in *Inscr. ap. Mur.* 162, 2. quod ipse perperam interpretatur *epitaphiolium*, cum legendum sit *cepotaphiolium*, quam vocem V. suo loco.

**EPITAPHISTĀ**, ae, m. epitaphiorum scriptor. *Sidon. ep.* 11, 9, ad f. Epitaphistarum neniae. [\*Ubi orationem popularem dicit, qua mos sit Athenis laudari eos qui sint in proeliis interfecti.]

**EPITAPHIUM**, ii, n. *ἐπιτάφιον*, inscriptio, quae sepulcris inciditur in laudem defunctorum: ab *ἐπί*, super, et *τάφος*, sepulcrum. *Auson. in praef. Epitaph.* vertit *titulos sepulcrales*. At *Cic. Tusc.* 5, 12. Quid vero in epitaphio? quomodo idem? etc. Designat hic *Cic.* opusculum *Platonis*, quod inscribitur *Μενέξενος*, ἢ *ἐπιτάφιον*, continens orationem in defunctos Athenienses, qui in bello pro patria vitam dederant: de qua loquitur et in *Or.* 44. [\*Nisi casus rectus fuit *epitaphius*, sc. *λόγος*. Aliud est *epicedion*, cogitato *μέλος*.] P. Quomodo differat ab *epicedio*, V. in *EPICEDION*.

**EPITĀSIS**, is, f. *ἐπίτασις*, ab *ἐπιτείνω*, intentionem, et emphasis significat apud grammaticos, P. In comoediis dicitur illa pars turbulenta, et

contentiosa ante catastrophem. *Donat. praef. Andr. Terent.* Hic protasis subtilis, epitasis tumultuosa, catastrophae paene tragica. *Id. de trag. et comoed.* Comoedia per quatuor partes dividitur, prologum, protasin, epitasin, catastrophem. Epitasis est incrementum processusque turbarum, ac totius, ut ita dixerim, motus erroris. Adde *Not. Tir.* p. 124., ubi tamen mendose legitur *epytarsis*.

[**EPĪTERPES**, is, m. *ἐπιτερπής*, jucundus. Est nomen servile. *Inscr. ap. Fabrett.* p. 309. n. 325. Epiterpes Caesaris (servus.) *F.*]

[**EPĪTEUXIS**, is, f. *ἐπιτευξίς*, acquisitio. Est cognomen Romanum. *Inscr. ap. Marin. Frat. Arv.* p. 252. *Vettia Epiteuxis.* *F.*]

**EPITHALĀMIUM**, ii, n. *ἐπιθαλάμιον*, carmen nuptiale; ab *ἐπί*, super, et *θάλαμος*, thalamus. Solebat autem cantari a puellis, sponsam in thalamum comitantibus. [\*Cf. de variis epithalamiorum generibus *Interpp. ad Theocr. Id.* 18.] *Quint.* 9, 3. *Catullus* in Epithalamio: dum innupta manet, dum chara suis est. Sumit hoc *Quint.* ex v. 45. *carm.* 62. quod inscribitur *Carmen nuptiale*. *Trebell. Poll. Gallien.* 11. Hujus est illud epithalamium, quod inter centum poetas praecipuum fuit. Et *mox.* Cum omnes poetae Graeci, Latini que epithalamia dixissent.

**EPITHECĀ**, ae, f. *ἐπιθήκη*, additio, adjectio, ab *ἐπιτίθημι*, adjungo. *Pl. Trin.* 4, 3, 18. Nisi etiam laborem ad damnum apponam epithecam in super.

**EPITHEMĀ**, atis, n. *ἐπιθεμα*, medicamentum, quod exterius imponitur: ab *ἐπιτίθημι*, impono. *Scrib. Comp.* 160. Epithemate uti oportet. Adde *Marc. Empir.* 20.

**EPITHEMĀTIUM**, ii, n. *ἐπιθεματίον*, parvum epithema. *Marc. Empir.* 20. circa med. et 27. extr.

**EPITHERAPEUSIS**, is, f. *ἐπιθεραπευσις*, nomen rhetoricae exornationis, qua dictum aliquod atrocis non emendatur, lenitur, sed subjecta ratione confirmatur. Exemplum affert *Ascon. proem. action. in Verr.* seu *Verr.* 1, 9, ad f. An me taciturnum tantis de rebus, etc. Graece possis ipsam vocem interpretari obsequium, quasi orator tam sit veritatis amans, ut in ejus obsequium invidiam ejus quem dicto laeserit, subire non dubitet.

**EPITHERAS** (*ἐπιθήρας* s. *ἐπί θήρας*, i. e. ad venatum), ita cognominatum est Ptolemais oppidum, in terra Troglodytica, a Philadelpho conditum ad venatus elephantorum. *Plin.* 6, 29. *B. A.*

**EPITHESES**, is, f. *ἐπιθέσις*, praeter vulgatas illas apud Graecos significationes, quibus pro Impositione sive aggressionem sumitur, apud Jurisconsultos etiam usurpatum pro inscriptione quadam apposita, in contumeliam fraudemve alicujus facta. *Ulp. l. 5. lex. Cornel. D. de injur. et famos. libel.* §. 10. Eadem poena ex Senatus consulto tenetur is, qui epithesin, aliudve quid, sive scripturam in aliorum notam produxerit. Sic *Haloand.* Sed *Gotofr. epigraphica.* *B. A.*

**EPITHĒTON**, i, n. *ἐπιθέτων*, adjectivum, appositum, vox alteri addita explicandi, designandi, atque illustrandi gratia. V. *APPOSITUM*. P. De epithetis Virgilianis multa *Maer. Sat.* 6, 5., ubi et vocem Latine usurpat. P. Ne audias *Servium*, qui ad *Virg. Ecl.* 3, 38., et ad *A.* 3, 70. vitiosum esse ait in Latinitate, si duo epitheta uni substantivo jungantur. Multa collegit *Broukhus. ad Tibull.* 3, 5, 22. [\**Burm. ad Oc. Met.* 15, 230.] ex probatis auctoribus, qui nullum in ea re vitium agnoverunt.

[**EPITHYMĒTĒ**, es, f. *ἐπιθυμητή*, et **EPITHYMĒTUS**, i, m. *ἐπιθυμητός*, desiderabilis. Est cognomen Romanum. *Inscr. ap. Marin. Frat. Arv.* p. 228. *Acilia Epithymete*. Alia ap. eund. *ib.* p. 229. *T. Flavius Epithymetus.* *F.*]

**EPITHYMON**, i, n. *ἐπιθύμων*, flos thymi. *Plin.* 26, 8, 35. Alvum purgat epithymon, qui est flos e thymo, saturejae simili. Adde *ib.* 11, 66. et 12, 81.

**EPITĪMĪĀ**, ae, f. *ἐπιτιμία*. *Modestin. in l.* 21. §. 2. *D. de tut. et curat.* Sed et si quis a parentibus prohibitus fuerit tutor esse; neque creari hunc oportet. Et si creatus sit, nec recusaverit; prohiberi eum esse tutorem, manente epitimia. P. Disputatur (ait *Gesnerus*) quid hoc nomine sibi velit *Modestinus*. Videbatur naturale, intelligi ignominiam ex parentum illa nota, certe diffidentia. Sed *Alciat. Parerg.* 2, 29. docet, accipi hic pro existimatione et fama. Voluit igitur filium quidem submoveri, sed tamen non ideo notari infamia aliqua, vel dedecore, quo suspecti remotique tutores afficiuntur. Non enim talis fuit mens parentum, ut filio suo vellent ullam notam inurere. Removebitur igitur manente epitimia, i. Illabefacta nominis honorisque sui fama. Et sane *ἐπιτιμία* nomen ita interdum accipi, ut vult *Alciatus*, *Suidas* docuit. *B. A.*

**EPITOGĪUM**, ii, n. amictus, qui supra togam gestatur. Vox hybrida ex Graeco *ἐπί*, super, et Latino *toga*. Affert *Quint.* 1, 5, ad f. in exemplum vocis ex duabus Graeca, et Latina conflatae. In *Not. Tir.* p. 157. legitur *epitogum*.

[**EPITOLIUM**, ii, n. sella balnearis: etymon

vocis ignotum est. *Not. Tir.* p. 158. Tritolium, epitolium. Et p. 184. Solium, epitolium. V. *TRITOLIUM.* *F.*]

**EPITOMĀ**, ae, f. V. *EPITOME*.

**EPITOMĀ**, atis, n. V. vocem seq.

**EPITOMĀTUS**, a, um, part. ab *epitomo*, in epitomen redactus. *Veg. Mil.* 1, 8. extr. Nihil mihi auctoritatis assumo, sed horum, quos supra retuli, quae dispersa sunt, velut epitomata conscribo. *Januar. Nepot. in epist. ad Victor.* (habetur in *Biblioth. Latin. Fabric.* 2, 5.) et est proemium epitomes *Valerii Max.* Et cum integra fere in occulto sint, praeter nos duo, profecto nemo epitomata cognoscat. P. Ex duobus his locis alii *epitoma*, atis, n. dictum fuisse conjeperunt.

**EPITOMĒ**, es, et *positione Latina* Epitoma, ae, f. *ἐπιτομή*, fit cum pluribus resectis, id, quod fusa pluribus dicebatur, paucis complectimur, et brevius facimus, summa tantum capita persequentes: ab *ἐπιτέμνω*, amputo, abbrevio. *Cic. Att.* 12, 5. Conturbat me Bruti epitoma Fannianorum, h. e. historiae Fannii. Et *ib.* 13, 8. Epitomen Bruti Coelianorum velim mihi mittas. *Colum.* 1, 1. circa med. Diophanes totum Dionysium, per multa diffusum volumina, sex epitomis circumscriptis. *Auson. ep.* 19. post v. 10. Cogere aliquid in epitomen. *Id. proem. ad periocl. Iliad.* In epitomae speciem, belli Troici causam, apparatusque retexere.

**EPITOMO**, as, a. l. in epitomen redigo. *Trebell. Poll. XXX. Tyrann. de Zenob.* 30. ad f. Historiae Alexandrinae ita perita, ut eam epitomasse dicatur.

**EPITONIUM**, ii, n. *ἐπιτόνιον*, ab *ἐπιτείνω*, intendo, significat instrumentum, quo aliquid intenditur, quale est, quo in manubrio lyrae intenduntur fides, [\*nos: *der Wirbel*]; aut lignum illud rotundum, quo in machinis involvuntur, atque intenduntur funes, et a similitudine etiam verticuli, aut clauditor. Postrema hac significatione legi putatur apud *Varr.*, *Vitr.* et *Ulp.* locis citatis in *EPISTOMIUM*, [quod postremum unice probandum; nam a Graecis quidem scriptoribus *ἐπιτόνιον* saepe fuisse priori significatione usurpatum ostendit *Schneiderus* ad *Vitr.* 10, 13., a Latinis vero nunquam *epitonium.* *F.*]

**EPITOXIS**, idis, f. *ἐπιτοξίς*, a *Vitr.* 10, 15. dicitur ea pars cava in catapultis, quae telum suscipit. P. *Α τόξον*, quod arcum significat, derivatur.

**EPITRĀPEZIUS**, a, um, adj. *ἐπιτραπέζιος*, ab *ἐπί*, super, et *τραπέζα*, mensa. *Hercules epitrapezius* inscribitur *Sit.* 6. l. 4. *Stat.* in qua describitur, et laudatur mensarium vas, quod profecto, ut Itali dicunt, *ad uso di dessert* inserviebat, opus Lysippi referens Herculem dextra poculum, sinistra clavam tenentem, substrata pelle leonis. Laudatur etiam a *Mart.* 9, 44. unde lux magna Statiano carmini accedit.

**EPITRĪTUS**, i, m. *ἐπιτρίτος*. Numerus epitritus (qui a *Vitr.* 3, 1. tertianus dicitur: alii autem legunt *adtertianus*, ut Graecam vocem propius voluerit exprimere) est, qui habet totum aliquem numerum, et ejusdem partem tertiam, ut quatuor ad tres, duodecim ad novem, quadraginta ad triginta. Haec *Gell.* 18, 14. et *Maer. Somn. Scip.* 2, 1. P. *Epitritus pes*, qui et *hippius* dicitur, constat quatuor syllabis, quarum una est brevis, longae reliquae: quae quidem brevis si priore loco sit, est epitritus primus, ut *sacerdotes*: si secundo, secundus, ut *innocentes*: si tertio, aut quarto, tertius, quartusque dicitur, ut *discordiae, consolamur*. Haec *Diomed.* 3, 477. [\*Cf. *Herman. Elem. doctr. metr.* p. 647.]

**EPITROCHASMUS**, i, m. *ἐπιτροχασμός*, est figura, qua res magnas diversaque celeritate quadam percurrimus: a *τρέχω*, curro. Tale est illud *Caesaris* ap. *Suet.* 37. Veni, vidi, vici. Sed vox Graeca est, et Graece scribenda.

**EPITRŌPE**, es, f. *ἐπιτροπή*, vox Graeca, ab *ἐπιτρέπω*, committo, permitto, figura est, Latine *concessio*, qua orator alicui rei valde confidens, iudici permittit, ut, quemadmodum sibi visum fuerit, de ea constituat. Item cum orator fiete permittit iudici aliquid certo sciens non amplexurum. Item cum, re manifesta, permittit iudici, ut quo nomine liberit, appellat. Graece habet *Charis.* 4 in f. Latine *Jul. Rufin. de fig. sent.* [\*Cf. *Ernest. Lex. techn. Gr.* p. 130.]

**EPITRŌPOS**, i, m. *ἐπιτροπος*, procurator, villicus. Vox Graeca ab *ἐπιτρέπω*, curae alicujus trado. *Auson. ep.* 22, l. Philon, meis qui villicatus praediis, ut ipse vult, Epitropos. Nam gloriosum Graeculus nomen putat, Quod sermo fucat *Doricus*. P. *Epitropus*, i, est etiam cogn. Rom. *Inscr. ap. Mur.* 1151, 10. *Ti. Claudio Epitropo*.

\***EPITUS**, i, mons Macedoniae, in Pallene paeninsula. *Plin.* 4, 10. *B. A.*

[**EPITYCHES**, is, m. *ἐπιτυχής*, voti compos. Est nomen libertinum Romanum. *Inscr. ap. Don.* 328, 5. Epityches Aug. *Libertus.* *F.*]

[**EPITYNCHANUS**, i, m. assecutus, adeptus, ab

ἐπιτυρίω, assequor. Est cogn. Rom. Inscr. apud Mur. 1101, 4. L. Antonius Epitynchanus. F.]

EPITYRUM, i, n. ἐπιτύρον, genus edulii ex oleis conditis. Cato R. R. 119. Epityrum album, nigrum, variumque sic facito. Ex oleis albis, nigris, variisque nucleos ejicito. Sic condito. Concidito ipsas. Addito oleum, acetum, coriandrum, cuminum, foeniculum, rutam, mentam. In orculam condito. Oleum supra siet; ita utitor. Colum. 12, 47. paulo aliter hoc idem describit, additque hoc genus conditurae in civitatibus Graeciae plerumque usurpari: quod scribit etiam Varro L. L. 6, 5., ubi haec affert verba Plauti (Mil. 1, 1, 24.). Si unum epityrum edam apud illum esuriens insane bene. P Videtur esse a πύρρον, ἴδιος, quod genus oleae est. Alii verius statuunt ita dici, quod ἐπι τυρόν, post caseum, vel una cum caseo, mensae inferebatur.

\*EPIUM, i, n. Ἐπίον, Arcadiae oppidum. Plin. 4, 6. B. A.

[EPIUS, ii, m. ἔπιος, placidus, mitis. Est cogn. Romanum. Inscr. ap. Grut. 251. col. 2. L. Marcus Epus. F.]

EPICRUS, i, m. ἐπικρός, apud Graecos inspectorem, et custodem significat. Translate est paxillus, qui alicujus rei servandae, et sustentandae causa affigitur. Pall. 12, 7. de pruno. Oleastri epium infige radici. V. EPIGRUS. In Gloss. ἐπικρός est sudes.

EPIZEUXIS, is, f. ἐπιζεύξις, figura est, quae unam vocem sine intervallo repetit, cum vehementia affectus, et impetu pronunciationis: Latine *conduplicatio*, ut illud Hor. Ep. 6, 11. Cave, cave: namque in malos asperrimam Parata tollo cornua. Ab ἐπιζεύγνυμι, adjungo, conjungo. Charis. 4, 250. Diomed. 2, 440. et Donat. Schemat. p. 1774., sed omnes Graece. [Cf. Ernest. Lex. techn. Gr. p. 123.]

EPIZYGIS, idis, f. ἐπιζυγίς, ab ἐπιζεύγνυμι, in super inaequale: apud Vitruv. 10, 17. voluit esse ferreum axiculum, qui orificio modioli appositus, transversos nervos continet, dum in ipsa modioli versione torquentur, atque intenduntur. Bald. in Lex. Vitruv.

EPODES, um, m. plur. pisces marini, lati generis, quorum nude meminere Ov. Hal. 127., et ex eo Plin. 32, 11, 54.

EPODOS, i, ἐπώδος, ab ἐπὶ et ἄλω, cano. Diomed. 3, 482. Epodi dicuntur versus quolibet modo scripti, et sequentes clausulas habentes particularum, quales sunt epodi Horatii, in quibus singulis versibus singulae clausulae adjiciuntur, ut (Epod. 15, 1.) Nox erat, et coelo lucebat luna sereno; deinde Inter minora sidera; et (Epod. 16, 1.) Altera jam bellis teritur civilibus aetas; deinde Suis et ipsa Roma viribus ruit, et quicumque sunt similes. Dicti autem epodi ἀνεκδοχικός a partibus versuum, quae legitimis, et integris versibus ἐπώδωνται, idest accinuntur. Haec Diomed., cui accedit Terent. de metr. p. 2422. Talis epodos erit: Tibia docta, precor, tandem mihi dicere versus Desine Maenalis. Hoc doctum Archilochum tradunt genuisse magistri: Tu mihi, Flaccus, sat es. Aliter Mar. Victor. Gramm. 1. p. 2501. Antiqui Deorum laudes carminibus comprehensas, circum aras eorum euntes, canebant: cujus primum ambitum, quem ingrediebantur ex parte dextra, στροφήν, strophēn vocabant; reversionem autem sinistram factam, completo primo orbe, antistrophēn appellabant. Dein in conspectu Deorum soliti consistere, cantici reliqua prosequerantur, appellantes id epodon. Nam epodos est tertia pars, aut periodus lyricae odes. Igitur quae post στροφήν strophēn, et ἀντιστροφήν antistrophēn, ἐπώδων dicebant. Ἐπώδων quidem est supercanere. Hinc sumptum vocabulum in has epodos, quae binos versus impares habent. Nam ut illae canticum fiebant, sic hae sensum versu insequenti. Haec Victorinus. [De epodis vid. Herm. Elem. doctr. metr. p. 670.] Verum haec, quod ad Horat. spectat, improbat Scalig. Poet. 1, 44. Ideo autem ait, Epodon inscribi librum Horatii, quia post quatuor odarum libros illi addidit, quasi post odas, ab ἐπὶ, post, et ὄδη, ode. Torrentius vero rejecta Scaligeri sententia, quod constat multas priorum librorum, et omnes fere libri IV. odas post Epodon ab Horatio fuisse editas, opinatur, nomen habere ab incantationibus, quae in eo libro (Od. 5, 17. et 18.) describuntur. Nam ἐπώδος Graece incantator dicitur, et ἐπιελθεῖν est etiam incantare. Alii putant, quod Horat. in prioribus libris Alcaicum et Sapphonem imitatus sit, in isto autem Archilochum, qui primus dicitur epodos invenisse. Dubium tamen est, Horatiusne, an alii titulum illum ei libro apposerunt. In eo quoque titulo lis est, utrum sit epodon ἐπώδων genit., an epodos ἐπώδος. Victorinus l. c. semel atque iterum effert feminino genere, Ausonius masculino ep. 16., ubi paucos epodos appellat carmen iambicum constans centum amplius iambis dimetris: cujusmodi sunt breviores versiculi in epodis Horatianis. P [Quidquid tamen sit de sententia tum Mar. Victorini, tum Scaligeri, et Torrentii, cum certo constet, Archilochum iamborum inventorem ejusmodi

quoque iamborum genus invenisse, quos ἐπώδους appellaret, teste Plutarch. de music., quia in illis, ut Diomed. l. c. affirmat, versuum partes, h. e. versus breviores legitimis et integris versibus ἐπώδωνται, h. e. accinuntur: Hephaestion vero de metr. 12. haec habet: ἐπώδοι δὲ καλούμενοι, ὅταν μεγάλῳ σίχῳ περιτὸν τι ἐπιτίθειται; ipse tandem fatetur Hor. ep. 1, 19, 23. Parios ego primus iambos Ostendi Latio, numeros animosque secutus Archilochi, non res et agentia verba Lycamben: et ejus liber Epodon (h. e. ἐπώδων) carmina contineat mordaciora, eoque metri genere exarata; nemo profecto eat infitias, Horatium ea carmina ita appellasse, quia Archilochi exemplar in iisdem secutus fuerit. F.] P In recto casu sing. epodos habetur ap. Quint. 10, 1. Quamquam illi (iambo) epodos intervenire reperiat.

EPOGDOUS Numerus, ἐπόγδοος, h. e. super octavus, est qui intra se habet minorem numerum, et insuper ejus octavam partem, ut novem ad octo, quia in novem et octo sunt, et insuper octava pars eorum, idest unum. Macr. Somn. Scip. 2, 1. a med.

EPOL. V. EDEPOL.

EPOLONOS dicebant antiqui, quos nunc epulones dicimus. Festus.

[EPOPHALUM, ii, n. ἐπομφάλιον. V. EPI-NEPHRIDIIUM. F.]

EPOŃA, ac, f. Dea asinorum, equorum, stabulorum, et mulionum praeses: ab ἐπὶ, super, et ὄνος, asinus: nam prius asinorum, quam equorum, usus fuit apud veteres. Tertull. ad nation. 1, 11. Sane vos totos asinos colitis, et cum sua Epona et omnia jumenta, et pecora, et bestias, quae perinde cum suis praesepebus consecratis. Juven. 8, 157. jurat Solam Eponam, et facies olida ad praesepea pictas. Prud. Apoth. 197. Nemo Cloacinae, aut Eponae super astra Deabus Dat solium, quamvis olidam persolvat acerram. Appul. Met. 3. p. 141, 3. Respicio pilae mediae, quae stabuli trabes sustinebat, in ipso fere meditullio Eponae Deae simulacrum residens aediculae, quod accurate corollis roseis, et quidem recentibus, fuerat ornatum. Adde Tertull. Apol. 16., Minuc. Fel. Octav. 28. et tres Inscr. ap. Grut. 87, 4, 5, et 6., quarum postremam ita emendat Jo. Frickius in Act. Soc. Lat. Jenensis T. 5. p. 214. Campestribus (Deabus) et Eponae ala 1. singulariorum Thracum, cui praesert Aelius Bassianus praefectus, V. S. L. M. P Quare frustra sunt, qui Hippona ap. Tertull. et alios substituunt, quamvis Plutarch. in Parallel. haec habet: Φοῦλῆτος Σέλλια μούσῳ γυναικίαις ἔπειθ ἀνεμύθητο, ἣ δὲ κατὰ χρόνον ἔτεκε κόρην ἀμμοφόρον, καὶ ὀνόμασεν Ἐπόνην, ἐπὶ δὲ θεὸς πρόφρων ποιούμενη ἔπειθ. [Plurima h. l. addidit. F.]

\*EPOPEUS, i, m. gubernator navis, de quo Ov. Met. 3, 619. B. A.

\*EPOPOS, i, Ἐποπός Straboni, mons Pithecusae insulae, qui, cum repente flamma ex eo emicuisset, campestri aequatus est planitie. Plin. 2, 88. B. A.

EPOPS, opis, m. Ἐποψ, upupa, avis in quam conversum fuisse Tereum Thraciae regem, fabulae narrat. Virg. Cul. 252. Orbus Epops moeret volucres evectus in auras. V. Ov. Met. 6, 671.

EPOPTA et Epoptes, ae, m. ἐπόπτης, inspector: ab ἐπὶ, in, et ὄπτομαι, video. Hinc epoptae in sacris Eleusiniis fuere, qui tertium supremumque sacrorum gradum attingissent, quique propterea ad interiora sacra admittebantur. Tertull. adv. Valentin. 1. Cum epoptas ante quinquennium instituant. et mox. Ceterum tota in adytis divinitas, tota suspiria epoptarum, totum signaculum linguae, simulacrum membri virilis revelatur. Alii perperam leg. Cum et portas, et suspiria portarum.

EPOREDIAE, arum, m. appellatur a Gallis boni equorum domitores, Plin. 3, 17, 21. P Eporedia, ae, f. Ἐπορέδια, urbs est in Salassis ad Duriam fluvium, nunc Ivrea in Piemonte. Id. ib. Brut. in Cic. Fam. 11, 20. extr. Tac. H. 1, 70. Anton. Itin. et Tab. Peut. B. A.

\*EPORENSIS, e, adj. ad Eporam pertinens, Hispaniae Baeticae urbem, nunc Montoro. Inscr. ap. Grut. 105, 11. Ordo municipii Eporensis. Alia apud eund. 499, 1. Respublica Eporensis. B. A.

EPOS, n. ἔπος, Graeca vox, qua significatur verbum, vox: ab ἔπω, dico. Item carmen heroicum: unde epicus. Diomed. 3. p. 480. Hoc sensu Hor. Sat. 1, 10, 43. forte epus acer, Ut nemo, varius ducit. Martial. 12, 95. Scribebamus epos: coepisti scribere: cessi. Auson. Profess. 5, 10. Epos ligasti metricum. P In reliquis obliquis casibus Latine non est, quod sciam, in usu. P [Confunduntur Epos et opus. V. Heins. ad Ov. Rem. Am. 396.]

EPOTO, as, avi, atum, a. 1. potando exhaurio. Sidon. ep. 1, 5. a med. Etiam Romae naumachias videbar epotaturus. P Translate. Martial. 2, 29. Quaeque Tyron toties epotavere lacernae, h. e. purpura Tyria tinctae fuerunt.

EPOTUS, a, um, adj. potando haustus, ἐπιποτός: ab e et potus. Cic. Cluent. 60. Quae statim, epoto poculo, mortuum esse dixistis. [\*ib. 62. Venenum epotum in venas permanat.] Phaedr.

3, 1. Anus jacere vidit epotam amphoram. Liv. 8, 18. Epoto medicamento, suamet ipsae fraude interierunt. Juven. 10, 176. credimus, altos De fecisse amnes, epotaque flumina, Medo Prandente. Mart. Spect. 3. epoto Sarmata pastus equo, h. e. epoto sanguine equi. Unde Virg. G. 3, 463. Et lac concretum cum sanguine potat equino. P Translate. Ov. Pont. 4, 10, 28. de Charybdi. Ter licet epotum ter vomat illa fretum. Sic Id. Met. 15, 273. de Lyco fluvio. Sic ubi terreno Lycus est epotus hiatu, Exsistit procul hinc, alioque renascitur ore. Lucr. 5, 384. cum sol et vapor omnis, Omnibus epotis humoribus exsuperarint, h. e. exhaustis.

\*EPPONINA, ae, mulier Gallica, Julii Sabini uxor. Tac. H. 4, 67. B. A.

EPULAE, arum, f. plur. edulium, dapes, cibus, esca, βρῶμα, δαΐς. Volunt quidam ab edendo dici, quasi edipulas. Plin. 33, 1, 6. a med. Rapiendae comparantur epulae, pariterque qui rapiant eas. Ov. Pont. 1, 1, 31. et Sall. Jug. 79. Onerari epulis et vino. Cic. Tusc. 5, 21. Mensae conquistissimis epulis exstruebantur. Ov. Met. 8, 571. Epulis instruere mensas. Virg. G. 4, 378. onerare. Id. A. 1, 220. Epulis eximere famem. Id. ib. 4, 484. Epulas draconi dare. Hor. Sat. 2, 3, 118. cui stragula vestis, Blattarum ac tinearum epulae, putrescat in arca. [\*Hinc vinum et epulae conjunguntur. Liv. 8, 16, 10. Hostes vino epulisque sopiti. V. Drak. ad Liv. 9, 18, 4.] P Saepius dicuntur de lautiore coena, convivio, sive publico, sive privato, ἐπιόλια [\*Errat Serv. ad Virg. A. 1, 706., dum dapes regum esse ait, epulas privatorum. V. Ciof. ad Ov. Met. 6, 488.] Cic. Brut. 19. Carmina cantitata in epulis a singulis convivis de clarorum virorum laudibus. Id. Off. 2, 16. Epulis et viscerationibus pecunias profundere. Id. Flacc. 38. Sepulcrum epulis celebrare. Liv. 25, 23. a med. Epulas vino largius celebrare. Ov. Am. 1, 4, 1. Adire epulas. Cic. Leg. 2, 25. inire. Virg. A. 1, 83. epulis accumbere Divum. Hor. Od. 4, 8, 30. interesse. Curt. 9, 7. Invitare ad epulas. Virg. A. 5, 63. Adhibere aliquem epulis. Sall. Jug. 70. et Curt. 3, 12. Inter epulas facere aliquid. Liv. 26, 13. et Sen. Thgest. 62. Epulas instruere et parare. Caes. B. G. 6, 27. Amplissimae epulae. P Vitellius, narrante Suet. 13. epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat, in jentacula, et prandia, et coenas, comissationesque. P Translate. Cic. Top. 5. Avidum hominem ad has discendi epulas recepi. Id. Div. 1, 29. Animus saturatus bonarum cogitationum epulis. Pl. Poen. 5, 4, 2. Oculis epulas dare. P Festus docet, antiquos epulam etiam singulariter posuisse. Sic et delicia pro deliciae olim dictum est. Auct. Itin. Alex. (ed. Maio) 35. extr. Victor ad Darii epulam et acutorium subit. B. A. [\*Confunduntur Epulae et epistolae. Burm. ad Suet. Caes. 26.]

EPULARIS, adj. ad epulas pertinens, διορητικός. Cic. Senect. 13. Bene majores nostri accubitionem epularem amicorum, quia vitae conjunctionem haberet, convivium nominarunt. Id. Or. 3, 19. Ludorum epulare sacrificium facere, h. e. sacrificium cum epulo. Suet. Dom. 13. Epularis dies. Appul. Met. 2. p. 123, 11. sermo. P Epulares, inquit Festus, appellabantur, qui in quibusdam ludis noctu epulabantur.

[EPULATICIUS, a, um, adj. qui epulis dat operam. Ita Gloss. Isid. F.]

EPULATIO, onis, f. actus epulandi, epulum. Cic. fragm. ap. Colum. 12, 3. Vasa, quae ad mensam quotidianam, atque epulationem pertinet. Petr. Sat. 141. Humanas edere carnes: nec quidquam aliud in hac epulatione captabant, nisi tantum, ne esurirent. Inscr. ap. Mur. 615, 4. Honesta epulatione universos prosecutus. Suet. Cal. 18. Panaria cum obsonio viritum divisit: qua epulatione etc. Adde Val. Max. 2, 5. n. 4. extern. et horum antiquissimum Lucil. ap. Non. 3, 87.

EPULATUS. V. EPULOR.

EPULO, onis, m. δαπνητὴς, qui epulum praebet, qui epulo praesert. Apud Romanos tresviri epulones erant, qui epulas indicendi Jovi ceterisque Diis potestatem habebant, ut Fest. docet in Epulonios. In ipsis enim templis mos erat, Diis majorum gentium Junoni, Minervae, Neptuno etc. tanquam epulaturis, mensas cibis instruere, et lectos sternere (unde lectisternium), eosque ad epulas solemniter invitare; idque placandae Deum irae, malique alicujus averruncandi causa fiebat. Eas epulas ipsi sibi postea sacerdotes et ministri vorabant. Initio ipsi pontifices ad haec curanda instituti a Numa fuere; sed propter sacrificiorum multitudinem, tresviri epulones esse voluerunt, ut Cic. docet Or. 3, 19., qui illud epulare sacrificium facerent: quod actum est, Livio teste 33, 42. circa annum U. C. DLVI., iisque, ut pontificibus, lege datum togae praetextae habendae jus. Procedente tempore septemviri facti sunt, ut cognoscimus ex Gell. 1, 12., Lucan. 1, 602. et Plin. ep. 2, 11. P [Mercurius Epulo est cognominatus, quia convivii praesert: hinc ministrator etiam dicitur (V. hanc vocem §. 1.), et οἰροζῶος ab Athenaeo

10, 7. *Inscr. ap. Mur.* 49, 10. Sacrum Mercurio Epuloni Euphrosyno. V. hanc vocem. F.] P In singulari num. *Ennius ap. Varr. L. L.* 5, 8. Vos epulo postquam spexit. *Liv.* 40, 42. P. Manlius triumvir epulo. P Dicitur aliquando de ipsis convivis epulantibus. *Appul. Met.* 2, p. 123, 11. Sic paratus coenae me commito. Frequens ibi numerus epulonum etc. Adde *ib.* 10, p. 246, 36. Hinc *coepulonus ap. Plaut.* P Item de voratore, et heluone, V. BIBO, onis.

EPULONUS, i, m. ut *coepulonus*, idem quod epulo, h. e. conviva. *Appul. Met.* 9, p. 235, 26. Inter epulonos caseum dividere. Al. melius leg. epulones.

EPULOR, aris, atus sum, dep. I. ἐπιθύω, ἐπιθύωμαι, epulas sumo, cibum capio, convivor. *Plin.* 11, 37, 66. Epiglossis arteriam in epulando operit, ne spiritus etc. *Senec. Thyest.* 1004. Epulatus ipse es impia gnatos dape. [De structura vocis epulari cum ablativo v. *Munck. ad Lact. Narr. fab. 1.* p. 850.] *Cic. Tusc.* 1, 47. Epulatos cum matre adolescentes somno se dedisse. *Id. Fin.* 2, 28. Negat contemptissimis escis minorem voluptatem percipi, quam rebus exquisitissimis ad epulandum. *Nep. Paus.* 3. Epulabatur more Persarum luxuriosius, quam etc. *Curt.* 8, 10. Ne epulantes quidem, et sopitos mero aggredi ausus est hostis. *Suet. Aug.* 35. Jus publice epulandi, h. e. sacras coenas adeundi augurales, pontificales, triumphales etc. *Liv.* 24, 7. ad f. Epulari in publico. *Cic. Att.* 5, 9. saliare in modum. *Id. Sen.* 13. modice cum sodalibus. *Tac. H.* 3, 38. et *Vell.* 2, 101. ap. aliquem. P [Jungitur etiam cum accusativo. *Plin. h. n.* 8, 43. Pullos earum (asinorum) epulari Maecenas instituit. V. *Rudim. Inst.* 11, p. 199.] P Part. *Epulaturus ap. Val. Max.* 3, 6. n. 4. Quotiescumque C. Duilius epulaturus erat. *Epulandus ap. Ov. Met.* 15, 110. Sed quam danda neci, tam non epulanda fuerunt, h. e. comedenda. *Senec. Troad.* 1108. gregibus membra Diomedes suis Epulanda posuit. P Veteres dixerunt etiam epulo, as, si fides *Prisciano* 8, p. 797.

EPULUM, i, n. ἐπιθύσις, θολή, convivium solemne et publicum religionis causa susceptum, ut ea, quae habebantur in dedicatione templi, in triumpho, in ludis placandae Deum irae, in funeribus etc. *Cic. Mur.* 36. Cum epulum Q. Maximus, Africani patris sui nomine, populo R. daret. *Id. Vat.* 12. Ut in epulo cum toga pulla accumberes. Et *mox.* Epulum funebre. Et 13. magnificentissimum. [\**Nep. Pel.* 2. Epulum magistratum Thebanorum solemne.] *Liv.* 25, 2. extr. et 27, 36. Ludi plebei per biduum instaurati, et Jovis epulum fuit ludorum causa. Et 39, 46. Ludi funebres per triduum facti: post ludos epulum, in quo cum toto foro strata triclinia essent etc. *Suet. Caes.* 38. Adjecit epulum, ac viscerationem, et post Hispaniensem victoriam duo prandia. *Tac. H.* 1, 76. Epulum plebi, ob laetitiam recentis imperii, obtulerat. *Vell.* 2, 56. Epuli per multos dies dati celebratio. *Plin. ep.* 4, 1. Diem dedicationis epulo celebrare. P Dicitur et de quolibet convivio. *Suet. Aug.* 98. Ephebis exercentibus epulum in conspectu suo praebuit, permissa diripiendi licentia. *Juven.* 3, 228. culti villicus horti, Unde epulum possis centum dare Pythagoreis. [\**Nep. Dion.* 4. Vino epulisque obrui. i. e. ad luxuriam trahi. Cf. *Wopkens. ad Hyg. fab.* 176, p. 294.]

\*EPYRIDES, ae, m. sic dictus est Ascanii praceptor. *Virg. A.* 5, 547. quem ad locum notat *Heynius*, Epyridem ex Homero Periphante, Epyti filio (*Il. P.* 323. seq.), adumbrasse videri *Virgilium. B. A.*

\*EPYTUS, i, m. Albae rex. *Ov. Fast.* 4, 44. Proximus est titulis Epytus, Alba, tuis. ubi *Burm.* legit *Epitus*. P Alius est *Stat. Th.* 10, 400. (al. 394.) *Epytus* an *Aepytus*, unus comitum Amphionis. *B. A.*

## EQ

EQUA, ae, f. ἵππος, et ἄλλος ἵππος, femina in equino genere. *Hor. Od.* 2, 16, 35. tibi tollit hinnitus Apta quadrigis equa. *Id. ib.* 3, 11, 9. latis equa trima campis Ludit exultim, metuitque tangi. [\**Ulp. Dig.* 6, 1, 5, 2. Si equam meam equus tuus praegnantem fecerit, meum est quod natum est.] P In dat. plurali (nisi discrimine opus sit ad ambiguitatem vitandam) habet *equis* magis Latine quam *equabus*, ut in ASINA dictum est. *Varr. R. R.* 2, 1, a med. Ex his equis qui nati pulli, non plus triennium vivunt. *Colum.* 6, 37. Asinus a tenero conversatus equis, earum consuetudinem appetit. *Plin.* 11, 41, 96. Lac tenuissimum camelis, mox equis. Adde *Ulp. Dig.* 50, 13, 2. P *Equabus* tamen dixit *Pallad.* etiam ubi nullus erat ambiguitatis metus, 4, 13. Admissarii generosi equabus admittendi sunt. Et paulo post. Eadem in equabus consideranda sunt etc. [\**V. Schneiders Formenlehre.* 1, p. 26.]

EQUARIUS, a, um, adj. ad equos pertinens, ἵππικός. *Val. Max.* 9, 15, n. 2. Herophilus equa-

rius medicus. [\**Thierarzt.*] P *Equarius, ii*, est equorum pastor, custos. *Solin.* 45. de bucephalo. Cum ab equario suo alias etiam molliter sederetur. P *Equaria, ae*, grex equorum. *Varr. R. R.* 2, extr. *proem.* Pecuaris habui grandes, in Apulia oviarias, et in Reatino equarias.

EQUES, itis, m. et f. ἵππός, homo equo insidens. *Plin.* 10. in. Struthiocameli Africi altitudinem equitis insidentis equo excedunt. [\**Labeo. ap. Javolen.* in *Dig.* 9, 2, 57. Si equitis culpa factum esset, cum equite, non cum equi domino agi potest: ubi eques de eo dicitur, qui equum a domino commodavit.] *Mart.* 12, 14. Quid te frenajuvant temeraria? saepius illis, Prisce, datum est equitem rumpere, quam leporem. [\**V. Duk.* ad *Liv.* 33, 26, 7.] P Item ipse equus, cui homo insidet, uti quidem *Gell.* 18, 5, *Philargyr.*, *Serv.*, et *Macr. Sat.* 6, 9. censent *Virg. G.* 3, 116. atque equitem docuere sub armis insultare solo, et gressus glomerare superbos. Adde *Mart.* 11, 21. et *Enn. ap. Gell.* et *Macr. l. c.* *Ennii* verba sunt: Denique vi magna quadrupes eques, atque elephantum Projiciunt sese. Ubi appositum quadrupes apertius ostendit, equitem de equo dici. Aliud simile fragmentum ex eod. *Enn.* affert *Non.* 2, 296. [V. tamen *Heynius* ad *Virg. l. c.*, qui contrariam sententiam tenet. F.] P Saepissime miles, qui equo meretur. *Cic. Deiot.* 10. Cum in illo nostro exercitu equitaret cum suis delectis equitibus. Adde *Caes. Liv.* et historicos omnes passim. P Per synecdochen dicitur de equitatu: quemadmodum *pedes* pro peditatu. *Liv.* 33, 7. extr. Is longe tum optimus eques in Graecia erat. *Auct. B. Hisp.* 15. Ita exiguo tempore eques pedestre, pedes equestre proelium facere coepit. *Curt.* 3, 2. Persarum erant centum millia, in quibus eques triginta millia implebat. *Suet. Galb.* 2. Classarios immisso equite disiecit. [\**V. Interpp.* ad *Liv.* 2, 20, 12, 7, 35, 2, 8, 38, 6.] P *Eques* dicitur etiam pro equestri ordine. *Suet. Aug.* 34. Abolitionem legis, publico spectaculo, pertinaciter postulante equite. Adde *eund. Cal.* 26. et *Mart.* 5, 8. P Romulus tercentos equites, ex singulis curiis denos, h. e. tres centurias ad sui corporis custodiam elegit, qui primo *Celeres*, deinde *Flexumines*, postea *Trossuli*, denique communi nomine *Equites* sunt appellati. (*Plin.* 33, 2, 9.) Tullus vero Hostilius, tertius Romae rex, teste *Liv.* 1, 30., ex devictis Albanis, Romanque deductis, equitum decem turmas, h. e. alteros tercentos equites legit: deinde Tarquinius Priscus, quintus Romae rex, ut constat ex *Cic.* 2, de Rep. (ed. *A. Maio*) 20., et *Liv.* 1, 36., prioribus equitum partibus secundas addidit, numerumque eorum duplicavit, ita ut M. ac CC. equites in tribus Ramnensium, Tatiensium, et Lucernum centuriis essent. (Ap. *Liv.* tamen l. c. in editionibus perperam legitur mille et octingenti equites, quod ex eo factum est, quia, cum summae antiquitatis notatae, non perscriptae fuissent, ut affirmat *Suet. Galb.* 5., in Codd. MSSptis *Livii* illud M. AC. CC. ab amanuensibus, littera A pro nota D accepta, M. DCCC. lectum, ac postea litteris perscriptum fuit mille et octingenti.) Servius tandem Tullus, Tarquini successor, censu habito, equitum XII. centuriis a Romulo, Tullo Hostilio, et Tarquinio jam institutis sex item alias adiecit (quae a *Cic. l. c.* et *Festo* in V. Sex vocantur *sex suffragia*) sub iisdem tamen, quibus inauguratae priores erant nominibus; aere etiam ex publico iis attributo ad equos emendos, alendosque. V. CENTURIA, cujus vocis §. 5. ex modo allatis est corrigendus.

P Insignia iis addita praeter equum publicum fuerunt hujusmodi: annulus aureus, quo distinguebantur a plebe, et angustus clavus, quo a senatoribus. Post reges exactos equum accipiebant a censoribus, et quotannis Idibus Quintil. recensebantur (V. TRANSVECTIO §. 2.), et si qua in re minus officio satisfecisse comperti essent, puniebantur pro modo culpa vel equi ademptione, vel translatione ad aereos, aut ad pedestrem militiam. Neque vero hic omnis ordo belli tempore militabat, sed ex eo eligebantur, quot satis essent instruendis equitatu legionibus, qui ideo a *Veget.* *Mil.* 2, 2. dicuntur *legionarii equites*, ut ab alariis distinguerentur. Habuere praeterea equites suum in circo et theatro spectandi locum, medium inter senatores, et plebem. V. QUATUORDECIM. Hinc *spectare in equite*, h. e. in quatuordecim gradibus equestri ordini assignatis, ap. *Suet. Dom.* 8. Licentiam theatralem promiscue in equite spectandi cohibuit. *V. eund. Ner.* 11., *Tac. A.* 15, 32., et *Mart. l. c.* P Censur eorum, Servio rege, minimus fuit C. aeris, *Liv.* 1, 43., maximus CXX. aeris, *Plin.* 33, 3, 13. at, ex *Gell.* 7, 13., tempore Catonis minimus fuit CXXXV. aeris, quem tamen, C. Julio Caesare dictatore, et deinceps CCCC. HS. sive aeris, semper fuisse, apparet ex *Suet. Caes.* 33., *Hor. Ep.* 1, 1, 57., *Plin.* 33, 2, 8., *Plin. altero ep.* 1, 19., *Juven.* 1, 106. etc. nempe duplo minorem senatorio, qui fuit DCCC. HS. P Equitibus stipendium primo decretum fuit an. U. C. 353., et quidem triplex illius, quod peditibus. V. STIPENDIUM. P Post primos illos a Servio institutos,

ut quis in hoc ordine censeret, et eques R. haberi posset, satis erat, si ostenderet, se censum equestrem habere; Tiberii vero principatus anno nono (*Plin.* 33, 2, 8.) constitutum est, ne cui jus id esset, nisi cui ingenuo ipsi, patri avoque paterno census equester fuisset. Quod in senatoribus non fuit item; hi enim quamvis senatorium censum haberent, non erant senatores, nisi vel a dictatore, vel a censore, vel ab imperatore in senatum eligerentur; plerumque tamen ex equitibus assumebantur: quare equites *seminarium senatus* vocat rex *Perseus ap. Liv.* 42, 61. P Magna quoque auctoritas et honor accessit equitibus, cum Ti. et C. Gracchi fratres tribuniciam legem Semproniam tulerunt de judiciis a senatu ad equites transferendis. V. JUDICATUS, us. *Cic. Font.* 8. Illi equites R., quos nos vidimus, qui nuper in repub., judiciisque maximis floruerunt. *Ov. A. Am.* 1, 461. Quam populus, judexque gravis, lectusque senatus, Tam dabit eloquio victa puella manus. P Cum vero C. Marius consul an. U. C. 647., omnium primus, teste *Sall. Jug.* 91., milites scribere non more majorum neque ex classibus, sed, uti cujusque lubido erat, capite census perosque coepisset; ex illo tempore equites R., cum vidissent equestri militiae honorem cum plebe communicatum fuisse, vectigalibus, decumis paucis, portorii, operibus publicis, et annonae etiam militari redimendis, quaestus sui causa, operam plerumque dabant; quo factum est, ut ipsi publicanorum nomine illustres maximas sibi divitias domi, repudiatis belli periculis, acquisierint, ut habemus ex *Ascon. Divin.* in *Verr.* 10. Hinc Cicerone etiam in suo consulatu equitibus praecipue favente, utpote qui ex eorum ordine esset, tertius factus est in repub. equester ordo, teste *Plin.* 33, 2, 8., seu potius secundus, ut constat ex Augusti nummo apud *Eckhel. D. N. V. T.* 6, p. 126., in quo legitur: Consensu senatus, et equestri ordinis, *populique Romani*: et, inverso ordine, quem fortasse metri necessitas turbavit, *Martial.* 8, 15. Dat populus, dat gratos eques, dat tura senatus. Haud secus in municipiis et coloniis paulo post Augustales, qui prius sacerdotes erant in honorem Augusti a Tiberio instituti, secundus fuerunt ordo inter decuriones, et plebem. V. AUGUSTALIS. [\*Sub imperatoribus equites complures censum Senatorium habebant et lato clavo utebantur. Quibus hoc insigne concessum erat, ii equites illustres s. insignes dicebantur, docente *Lips.* et *Ern.* ad *Tac. A.* 11, 4. Apud *Cic.* quoque *Verr.* 2, 3, 24. equites illustres commemorantur, sed ibi in universum illustres appellantur ob generis nobilitatem ac splendorem et opponuntur *obscuris*. Adde *Duk.* ad *Liv.* 30, 18, 15.] P Itaque apud Romanos equites dicti sunt primum, qui equo stipendium merebant, censum equestrem habebant, et comitiis centuriatis in equum stilicium suffragium ferebant, ut ait *Morcell. de stilic.* *Inscr. Lat. T.* 1, p. 91. edit. *Pat.* Hi equites Romani apud scriptores passim, et in vetustis inscriptionibus dicuntur. Non omnes tamen, quibus census equester esset, equum publicum etiam habuisse putandi sunt; quippe equum censes dabant fere spectatis adolescentibus et senatorum filiis, nec singulis, sed plerisque: at vero qui in equitum centuriis suffragium ferrent, eos omnes equum publicum habuisse, declarat *Cicero*. Cum enim *Id. Phil.* 6, 5. dixisset, positam esse L. Antonio statum ab equitibus R. equo publico, eundem L. Antonium patronum centuriarum equitum R., eorum nempe qui statum posuerant, dixit *Id. Phil.* 7, 6. Cum igitur centuriae equitum ad primam classem pertinerent, manifestum est, equites equo publico eos fuisse, qui ceteris auctoritate ac dignitate praestabant. Jam vero, quia imperatores censoria dignitate praediti equum ipsi publicum honoris causa dare coepissent iis etiam, qui minime militabant, et puerili admodum erant aetate, idcirco ad ejus honoris memoriam institutum est, ut in honorariis titulis adscriberetur *Eq. R. equo publico*. *Inscr. ap. Fabrett.* p. 460. n. 88. C. Vellejo C. F. Pal. Urbano honorato equo publico ab Imp. Antonino Aug., cum ageret aetatis annum V. P Qui denique ex ordine equestri ingenio et morum probitate maxime supra ceteros emineret, in judicium centuriis a censoribus primum, mox ab imperatoribus tum Romae, tum in municipiis et coloniis adscribatur, ita ut qui judex ex tribus, vel quatuor, vel quinque decuriis diceretur (V. DECURIA), is equestri ordinis plenitudinem consecutus fuisse videatur. *Inscr. ap. Grut.* 479, 6. C. Valerio C. F. Pap. Mariano judici selecto decuriis trid. (*corrigere* tribus): ita enim legitur in lapide, qui etiamnum Tridenti exstat. Alia apud *Mur.* 760, 1. P. Virgilio P. F. Pol. Laureae judici de III. decuriis. Alia ap. *Maff. Mus. Ver.* 365, 3. C. Nonio C. F. An. Caepiano equo publico ex quinque decuriis judicum. [\*Egregie hujus loci curam gessit. F.]

EQUESTER, stris, stre, adj. ἵππιος, ad milites equo utentes pertinens. *Caes. B. G.* 3, 2. Equestre proelium committere. *Cic. Fin.* 2, 34. Eque-



stres et pedestres copiae. *Id. Phil.* 9, 6. Statua inaurata equestris. *Liv.* 8, 7. Equestris spolia. *Id.* 27, 42. Equester terror, *h. e.* terror ab equite incussus. *Festus*: Equestre aes, quod equiti datur. *Tac. G.* 32. Tencteri equestris disciplinae arte praecellunt. *Suet. Claud.* 25. Equestris militia. *P* Item ad ordinem pertinens equitum *R. Cic. Planc.* 35. Aderat mecum cunctus equester ordo. *Id. Agr.* 1. extr. Habeat me ipsum sibi documento, quem equestri ortum loco consulem videt. *Id. Q. Fr.* 1, 2, 2. Homo levis ac sordidus, sed tamen equestri censu. [*\*Vell. Pat.* 2, 88. de Maecenate: Equestri, sed splendido genere natus, i. e. non patricio, sed equestri tantum, attamen splendido. *V. Burn.* ad *Or. Am.* 1, 3, 8.] *Liv.* 5, 7. Quibus census equester erat. *Hor. Sat.* 2, 7, 53. Equestri anulo. *Plin.* 5, 1, 1. Equestris ordinis vir. *Nep. Att.* 1. Equestris dignitas. *Plin.* 33, 2, 8. et sqq. plura habet de ordine equestri. *V. EQUES.* *P* [*\*Apud Tacitum*, sed apud hunc solum scriptorem equester pro *eques*. *Ann.* 13, 10. Julius Densus equester. *ib.* 12, 60. Apud equestres, qui Aegypti praesiderent. *V. Duk.* ad *Liv.* 33, 26, 7. *Boettich. Lex. Tacit.* s. v. *militaris.*] *P* Equestris, ium, sunt loca assignata equitibus ad spectandum. *Sen. Ben.* 7, 12. Equestris omnium equitum *R.* sunt: in illis tamen locus meus est proprius, quem occupavi. *Adde Suet. Cal.* 26, *Petr. Sat.* 126. et *Sen. Contr.* 3, 18. ad *f.* *P* Item ad equum pertinens, equinus. *Sen. Theb.* 395. Fumoque similes campus in coelum erigat Nebulas, equestri fracta quas tellus pede submittit. *P* De Neptuno Equestri, *V. NEPTUNUS.* *P* Equester est etiam incola coloniae Juliae Equestris, sive Neviduni in Helvetia, nunc *Nyon* prope Genevam, ab *C. Julio Caesare* deducta ob irruptionis Helvetiorum metum, et equestribus copiis instructa. *Inscr.* ap. *Murat.* 1045, 7. Civitas Equestrium. Alia ap. *eund.* 1111, 2. II. Vir Juliae, Equestris. Alia ap. *Spon. Miscell. antiq.* p. 167. Flamen in colonia Equestre.

[EQUICULUS, i, m. diminut. equi. Est cognomen Romanum ap. *Varr. R. R.* 2, 7. *Q. Modius Equiculus.* *F.*]

EQUIDEM, adv. *μέντοι, καὶ δὲτα μὲν*, quidem, sane, certe: ab *ego* et *quidem*: unde primis verborum personis saepius jungitur. [*\*Ortum est ab e et quidem.* *V. infra.*] *Cic. Att.* 6, 3. *med.* Equidem doleo. *Id. Fam.* 2, 10. Equidem nunquam domum misi epistolam etc. *Et ib.* 6, 4. Equidem putabam. *Id. Fin.* 3, 2. *f.* Non equidem recuso. *Id. Att.* 14, 14. Quod demiror equidem. *Ter. Eun.* 2, 3, 86. Jocabar equidem. *Plin.* 2, 98, 101. Quod equidem noverim. *Et ib.* 25, 23. Quod equidem sciam. *P* Jungitur et cum aliis personis. *Cic. Att.* 3, 3. Adhuc equidem valde me poenitet. *Al. leg. quidem.* *Id. Div.* 2, 70. Huic equidem Antipho, baro, inquit, etc. *Manut.* hic suspicatur de mendo. *Id. Att.* 13, 26. Equidem credibile non est, quantum scribam die. *Sall. Catil.* 55. *sub f.* Quare vanum equidem hoc consilium est. *Pl. Aul.* 2, 1, 18. Decet te equidem vera proloqui. *Id. Men.* 2, 2, 35. Insanit hic equidem. *Pers.* 5, 45. Non equidem hoc dubites. *Adde Justin.* 38, 5. et 39, 3. *a med.* et *Suet. Cal.* 6. [*\*Equidem* etiam cum secunda et tertia persona jungi posse pronuntiant *Drak.* ad *Liv.* 5, 54. *Burm.* ad *Virg. A.* 2, 77., addubitant *Cort.* ad *Sall. Cat.* 51, 15. et *Ern. Clar. Cic.*, ut alios mittam. Res ita se habet. *Equidem* ortum est non ex *ego quidem*, ut multi opinantur, sed ex *e* intensivo et *quidem*, ut dicitur *ecastor*. Hinc fit, ut nonnunquam jungantur *equidem ego*. *V. §. 6.* Quamobrem *equidem* etiam tertiae et secundae personae addi potest, licet hoc rarius fiat, quoniam in prima loquentis persona major plerumque posita est vis. Atque aureae quidem aetatis scriptores tam raro hunc usum sibi indulserunt, ut, quamvis certissima ejus reperiantur exempla, tamen imitandus non videatur. *V. Ruddim. Inst. T. I.* p. 322. *Ramsh. Gr. Lat.* §. 191. p. 598.] *P* Et cum plur. num. *Varr. R. R.* 1, 5. Equidem innumerabiles mihi videntur. *Plin.* 18, 35, 86. Equidem et montium sonitus praedicunt. *P* Et cum aliis particulis affirmativis. *Virg. Ecl.* 9, 7. Certe equidem audieram. *Pl. Amph.* 1, 1, 291. Equidem certo idem sum, qui semper fui. *P* Et cum adverbis jurandi. *Pl. Most.* 1, 3, 22. Equidem pol. *Id. Poen.* 3, 1, 5. Equidem hercle. *Id. Men.* 4, 2, 94. Equidem *ecastor*. *P* Cum *ego* est pleonasmus non improbandus. *Sall. Jug.* 10. Equidem ego regnum vobis trado firmum. *Et Orat. ad Caes. de Republ. ordin.* 2. Equidem ego sic statuo. *Pl. Merc.* 2, 1, 40. Amavi hercle equidem ego olim in adolescentia. *P* [*\*Confunduntur Equidem et equitem.* *Drak.* ad *Liv.* 6, 12, 10. — et *et quidem.* *Drak.* ad *Liv.* 5, 54, 3. 34, 5, 8.]

EQUIFERUS, i, m. equus ferus. *Plin.* 28, 13, 55. In primis efficax est potus equiferorum sanguinis. *Adde ib.* 10, 45. *P* In *Not. Tir.* p. 175. legitur *equifer*.

EQUILA. *V. EQUULA.*

EQUILE, is, n. *ἵπποταύλα*, stabulum equorum. *Tom. II.*

*Varr. R. R.* 2, 7. ad *f.* Si frigus erit, in equili faciendus ignis. *Adde Caton. R. R.* 14. et *Suet. Cal.* 55.

EQUIMENTUM, i, n. merces, quae datur pro admissura equi. *Varr. ap. Non.* 2, 9. An si equam emisses quadrupedem, ut meo asino Reatino admitteres, quantum poposcissem, dedisses equimentum? *Non. l. c.* scribit *aequimentum*, quod minus rectum videtur.

EQUIMULGĀ, ae, vel Equimulgas, i, m. qui equum mulget. *Sidon. ep.* 4, 1, 43. Ad equimulgas *Gelonos*. *Al. leg. equimulgos.*

EQUINUS, a, um, adj. *ἵππος*, ad equum spectans. *Cic. Tusc.* 5, 21. Gladius seta equina appensus. *Varr. R. R.* 2, 7. Pecus equinum. *Et ib.* Emptio equina. *Et ib.* 11. Equinum lac. *Et ib.* 38. stercus. *Plin.* 4, 13, 27. Homines equinis pedibus, Hippopodes appellati. *Hor. A. P.* 1. Equina cervix. *P* *Equinus* est etiam idem ac equus, ut interdum humanus idem est ac homo. *V. HUMANUS.* *Inscr.* ap. *Marin. Frat. Arv.* p. 67. de equa veloci: Gaetula harena prosata, Gaetulo equino consita, Cursando flabris compara, Speudusa, Lethen incolis.

EQUIO, is, n. *ἵππομανώ*, de equabus dicitur, cum coitum appetunt. *Plin.* 10, 63, 83. Equas domitas sexaginta diebus equire. [*\*Partic. equiens* legitur in pluribus codd. *Col. R. R.* 6, 38, 1. ubi vulgo editur: Febrienti mulae cruda brassica datur.]

EQUIRĪĀ, um, n. plur. ludi a Romulo instituti in honorem Martis ab equorum cursu, quod in iis equi currebant. Duplicia fuere: prima celebrabantur III. Kal. Martii, altera pridie Idus. Fiebant in campo Martii, vel in parte montis Coelii, (qui *campus minor* dicitur a *Catullo* 55, 3.) si campum Martium aquae occupasset. *Or. Fast.* 2, 859. Ex vero positum permansit equiria nomen. *Adde Fast.* 3, 519. *Varr. L. L.* 5, 3. et *Fest.* in *Equiria*, et in *Martialis campus*.

EQUIRINE, adv. jurandi per Quirinum. *Fest. V. ECATOR.*

EQUISETIS. *V. v. sq.*

EQUISETUM, i, n. herba quaedam folio pilis simili, vel potius equinis setis, unde et nomen traxit, hippuris a Graecis dicta, *ἵπποβοῖς*, *h. e.* cauda equina. *Plin.* 26, 13, 83. [*\*Dicitur haec herba etiam *Equisetis*.* *Plin. h. n.* 18, 28. 67, 4.]

EQUISO, onis, m. *ἵπποκόμος*, equorum domitor et curator. *Varr. ap. Non.* 2, 288. Ut equiso doceat tollutum incedere. *Val. Max.* 7, 3, n. 2. extr. Darius acumine equisonis sui prosperum exoptatae rei effectum consecutus est. *Id. ib. n. 1.* etiam agasonem aselli *equisonem* vocat. *Appul. Met.* 7. p. 194, 19. Equiso armentarius. *V. ARMENTARIUS.* *P* *Equisones nautici* dicuntur a *Varr. l. c.* et *Non.* 6, 15. qui fune navem per flumen trahunt. *V. AMBIVIVUM.*

EQUITABILIS, e, adj. *ἵπποστατός*, in quo equi facile inambulare possunt. *Curt.* 4, 9. Equitabilis, et vasta planities.

EQUITATIO, onis, f. *ἵπποστα*, actus equitandi. *Plin.* 28, 4, 14. Equitatio stomacho et coxis utilissima.

\*EQUITATORA, ae, f. *Sarisb. Ep.* 285. Equitatorae et expensas praeparare. *B. A.*

EQUITATUS, a, um, part. ab *equito*, equitando percursus. *Claud. B. Get.* 192. equitataque summi Culmina Taygeti. *Sidon. Carm.* 23, 249. fluxis equitata Bactra Parthis. *P* *Equitata cohors*, equites habens peditibus admixtos. *Inscr.* ap. *Murat.* 1122, 4. *C. Saguro C. F. Clu. Prisco Praef. Coh. III. Lingon. Equitatae.* *V. COHORS.*

EQUITATUS, us, m. *ἵπποστατός*, equitatio. In sexto casu sing. *Plin.* 28, 15, 61. Femina equitatu atteri, et aduri, notum est. *P* Item militum equo utentium numerus, *ἵππων ὄργανον*. *Cic. Att.* 9, 13. Hunc ita paratum video peditatu, equitatu, classibus etc. *Id. Fam.* 7, 1. Armatura varia peditatus et equitatus. *Nep. Annib.* 3. Equitatu omni praeesse. *Adde Caesar. Liv. Tac. Curt.* etc. passim. *P* In plurali num. *Caes. B. C.* 1, 61. *a med.* Hinc magnos equitatus, magnaque auxilia expectabant. *Auct. B. Hisp.* 37. Peditibus et equitibus ad persequendum celeriter iter faciens. *Adde Sall. Jug.* 50. et *Flor.* 3, 11. *a med.* *P* Item ipsi equi. *Caes. B. C.* 3, 58. ad *f.* Frumento atque hordeo equitatum tolerare. *P* Est etiam a verbo frequentativo *equito* pro simplici *equio*, eamque vocem significat, quam edere solet equa coitum appetens. *Lucil. ap. Varr. L. L.* 6, 5. Quantum hinnitum, atque equitatum! *P* Item equester ordo. *Plin.* 33, 2, 9. Equitum etiam nomen ipsum saepe variatum est, in his quoque, qui ad equitatum trahebantur. *Auson. Idyll.* 11, 78. Martia Roma triplex, equitatu, plebe, senatu. *P* *Equitatu praeesse* pro *equitatu* quidam legunt ap. *Caes. B. G.* 1, 18. et 52. *V. dicta in ASPECTUS, us.*

EQUITIARIUS, ii, m. qui equito praeesse, *ἵπποκόμος*. *Firm. Math.* 8, 13. Aut mulomedicus, aut equitarius.

EQUITIUM, ii, n. *ἵπποφόρον*, equorum armen-

tum. *Tac. G.* 15. Mos est civitatibus ultro equitum conferre principibus. *Al. rectius leg. ultro ac viritum conferre*, etc. [*\*Col. R. R.* 6, 27, 1. Summam sedulitatem et largam satietatem desiderat equitium. *Sic Schneid.*, alii habent *equinum pecus*.] *Ulp. Dig.* 6, 1, 1. Idem de armento, et equitio, ceterisque, quae gregatim habentur, dicendum est. *Adde ib.* 7, 8, 12. et alibi. [*\*Gloss. vet.* Equitium est grex equorum.]

\*EQUITIUS, i, m. cognomen familiae Romanae, ab equino pecore deductum. *V. Varr. R. R.* 2, 1. *B. A.*

EQUITO, as, avi, atum, a. i. *ἵππεύω*, equo iter facio. *Cic. Deiot.* 10. Cum is in illo nostro exercitu equitaret cum suis delectis equitibus. *Hor. Sat.* 2, 3, 248. Equitare in arundine longa. *Jabolen. Dig.* 9, 2, 57. in equo. *Plin.* 23, 1, 26. Lassitudo equitandi. *Justin.* 41, 2. Et equitare, et sagittare magna industria docent. *Hor. Od.* 1, 2, 51. Neu sinas Medos equitare inultos, *h. e.* discurrere equitatu, et loca vastare. *Et ib.* 4, 4, 42. Dirus per urbes Afer (*Annibal*) ut Italas, Ceu flamma per taedas, vel Eurus per Siculas equitavit undas. [*\*Translate*, pro: insolentius se in aliqua re jactare. *Cic. Verr.* 2, 4, 20. Jactabit se et in his equitabit equuleis.] *P* Passive. *Plin.* 8, 18, 26. de camelis: Omnes autem jumentorum ministerii dorso funguntur, atque etiam equitantur in proeliis. *Hard. leg. equitatu.* *P* *Flor.* 3, 4. Minutius toto vastavit Hebro, multis quidem amissis, dum perfidum glacie flumen equitatur, *h. e.* equitando transitur. *Al. leg. per perfidum*, ut sit deponens. *P* *Equitare* etiam dicitur ipse equus incedens. *Lucil. ap. Gell.* 18, 5. et *Non.* 2, 297. Currere equum nos, atque equitare videmus. *P* *Equitare* dicebant veteres, pro equo publico mereri. *Fest.* *P* *Equitare* est etiam in obscenis. *Juvon.* 6, 311. de impuris mulieribus: Inque vices equitant, et luna teste moventur. *P* [*\*Et translate equitare in equuleis.* *V. h. v.*] *P* Part. *Equitans* ap. *Plin.* 8, 25, 38. Dorso equitantium modo impositi.

EQUULĀ, ae, f. parva equa. *Varr. ap. Non.* 2, 290. Quin summa diligentia eligat asinum, qui saliat equulam. *Al. leg. equulam.* *Pl. fragm.* apud *Prisc.* 3. p. 677. Adhinnire equulam. Aliter tamen legendum docet *Cod. Plautinus* ap. *Maium.* *V. ADHINNIO.*

EQUULEUS, i, m. *ἵπποπύον*, pullus equinus. *Liv.* 23, 31. *sub f.* Ad Sinuessam bos equuleum peperit. [*\*Cic. Hortens. fr.* Fame debilitatur equuleorum nimis effrenata vis.] *Cic. Verr.* 2, 4, 20. Jactabit se, et in his equitabit equuleis. *Cic.* intelligit sigilla argentea equuleos referentia. *P* Est etiam tormenti genus, nempe machina lignea in equi modum compacta, in qua distendebantur, et torquebantur ii, de quibus alicujus criminis quaestio habebatur. *Curt.* 6, 10. Tot conscii, ne in equuleum quidem impositi, verum fatebuntur? *Cic. Mil.* 21. extr. Facti in equuleo quaestio est, juris in judicio. *Prud. neq. strep.* 10, 109. Eviscerandum corpus equuleo eminus Pendere, et uncis vinculisque crescere. *P* Scribitur et *eculeus*.

EQUULUS, i, m. diminut. equi. *Cic. N. D.* 2, 14. Omnia in perfectis et maturis docet esse meliora, ut in equo, quam in equulo, in cane, quam catulo. *Varr. R. R.* 2, 7. ad *f.* Post annum et sex menses equulum domari posse. [*\*Adde* 2, 8, 6.]

EQUUS, i, m. *ἵππος*, animal quadrupes, quo vehimur sive itineris, sive militiae causa, rhedas, currusque trahimus, etc. [*\*Equus factum a Graeco ἵππος*, pro *ἵππος*, quam formam nobis servavit *Etyim. M.* p. 474, 12. Cf. *Schneider. Elementarl.* Tom. I. p. 334.] Multa, ac mira de equis *Plin.* 8, 42, 64. Generosi equi notas *Varr. R. R.* 2, 7., *Colum.* 6, 29., *Pallad.* 4, 13. et *Virg. G.* 3. a v. 75. recenset. *Varr. R. R.* 2, 7. Equi alii sunt ad rem militarem idonei, alii ad vecturam, alii ad admissuram, alii ad cursuram, alii ad rhedam. *V. CABALLUS* et *CANTERIUS.* *Cic. Amic.* 19. Nemo est, qui non equo, quo consuevit, libentius utatur, quam intractato et novo. *Id. Deiot.* 10. Optime uti equo. *Et ib.* Haerere in equo. [*\*Insidere equo.*] *Et Verr.* 2, 5, 10. extr. Sedere in equo. *Or. Trist.* 5, 7, 14. Ire in equo. *Val. Flacc.* 1, 147. Equo fugere. *Cic. N. D.* 2, 2. Castor et Polux ex equis pugnare visi. (quod *Prop.* dixit 3, 9, 13. ab equo oppugnare.) *Id. Div.* 2, 68. Vehi in equo. *Et ib.* 1, 28. Equo advectus ad luminis ripam. *Nep. Dat.* 4. Equo concitato vehi ad hostem. *Liv.* 6, 7. Insilire in equum. *Et Cic. Sen.* 10. ad *f.* Ascendere in equum. *Et Auct. B. Hisp.* 13. Equum ascendere. *Et Suet. Ner.* 48. inscendere. *Cic. Sen.* 10. Ex equo descendere. *Caes. B. G.* 4, 2. desillire. *Et Sall. fragm.* ap. *Non.* 4, 5. Equo descendere. [*\*Cic. Lael.* 17. Equum tentare, *h. e.* periculum facere, an sit itineri faciendo idoneus.] *Cic. l. c.* Equo iter ingredi. *Id. Cluent.* 62. Cadere ex equo. *Nep. Pelop.* 5. Equum conitare in aliquem. *Caes. B. G.* 1, 22. admittere. *Curt.* 7, 4. agere. *Or. A. Am.* 2, 732. admissio subdere calcar equo. *Cic. Acad.* 4, 29. Equum susti-



ERCISCO. V. HERCISCO.

ERCTUS. V. HERCTUS.

EREBEUS, a, um, adj. Ἐρεβῆος, ad Erebum pertinens. Ov. Ib. 270. Pectoraque unxerunt Erebeae felle colubrae.

\*EREBINTHODES, is, insula Propontidis. Plin. 5, 32. ed. Hard. Antea legebatur Erebindus. B. A.

EREBUS, i, m. est ab Ἐρεβῆος vespere, hinc Ἐρεβῆος, Graece, et Latine Erebus, filius Demogorgonis, et Terrae, vel, ut Hyg. praef. Myth. docet, Chaus et Caliginis; frater Noctis et Diel, idemque sororis suae maritus. Fest. tamen ex Varrone Noctis patrem facit. Cic. N. D. 3, 17. Aether, et Dies, eorumque fratres, et sorores: qui a genealogis antiquis sic nominantur, Amor, Dolus, Metus, Labor, Invidentia, Fatum, Senectus, Mors, Tenebrae, Miseria, Querela, Gratia, Fraus, Pertinacia, Parca, Hesperides, Somnia: quos omnes Erebo, et Nocte natos ferunt. Virg. A. 4, 511. Tercium tonat ore Deos, Erebumque, Chaosque, Tergeminamque Hecaten. P Significat etiam profunditatem Inferorum, et interiores densioresque Tartari tenebras, uti docent Fest. et Serv. ad illud G. 4, 471. At cantu commotae Erebi de sedibus imis etc. et ad A. 4. cit. Sic Senec. Oed. 160. Rupere Erebi claustra profundi Turba sororum face Tartarea. P Ponitur et universim pro ipsis inferis. Val. Fl. 2, 120. de Fama. Non Erebi, non Diva Poli. Id. 4, 407. Erebi virgo, h. e. Tisiphone. Senec. Herc. Oet. 1369. Rector Erebi. P Legitur et Hercebus.

ERECITHEUS vel Erichtheus, a, um, adj. Ἐρεχθῆος, possess. ab Erichtheo rege Athenarum, ut Erichtheum litus, Val. Max. 6, 1. n. 1. extern. Erichtheae arces, h. e. Athenae: ut legit Heins. ap. Ov. Met. 8, 547. Erichthea domus, Id. Fast. 5, 204. P Porro Erichthei, seu, Erichthei (cujus rectus casus est trisyllab. Ἐρεχθῆος) regis meminuit Cic. Fin. 5, 22., Tusc. 1, 48. et Sext. 21. cujus filias virgines pro salute civium mortem contempsisse, commemorat. Adde Just. 2, 6. Ab aliis Erichthonius vocatur: ab aliis distinguitur. Fuit autem pater duorum filiorum, totidemque puellarum, quarum unam Orithyiam raptam Boreas in Thaciam transtulit, et Calais, Zethisque matrem fecit, ut est ap. Ov. Met. 6. s. f. P Fuit etiam Erichtheus titulus tragoediae Ennii, cujus fragmentum affert Gell. 6, 16.

ERECITHEIDAE, arum, m. plur. Ἐρεχθῆϊδες, Athenienses, ab Erichtheo eorum rege. Ov. Met. 7, 430. Nullus Erichthidis fertur celebratio illo illuxisse dies.

ERECITHEUS, idis, f. Ἐρεχθῆϊς, Orithyia filia Erichthei. Ov. Her. 16, 343. Nomine ceperunt Aquilonis Erichthida Thraeces. P Est etiam Procris altera Erichthei filia. Id. Met. 7, 726. Vix aditu per mille dolos ad Erichthida facta.

[ERECITHEOMENUS, i, m. Ἐρεχθῆομενος, molestia affectus, partic. ab Ἐρεχθῆος, molestia afflicto. Est cogn. Rom. Inscr. ap. Grut. 605, 10. Ti. Claudius Erechtomenus. Aspirata more Latinis usitata hic desideratur. F]

ERECTE, adv. cujus comparativum habetur ap. Gell. 7, 3. s. f. Commodius, erectiusque de his meis verbis existimabit, judiciumque faciet, qui etc. h. e. fidentius. Ammian. 15, 5. Erectius loqui, h. e. liberius.

ERECTIO, onis, f. actus erigendi, ἀνάστυξις. Vit. 10, 5. extr. Sine tignorum erectionibus. [\*ib. 8. praef. Erectio firma. i. e. vis procreandi.]

ERECTUS, a, um, part. ab erigo, rectus, stans, sublatus, ἀνυψωθεὶς. Cic. N. D. 2, 56. Deus homines humo excitatos, celsos et erectos constituit. Id. Or. 59. Status erectus et celsus. [\*Tac. H. 1, 53. Erecto incessu.] Cels. 7, 16. Resupinandus homo est, coxis erectioribus. [\*Petr. fragm. Trag. 52. Erectis supra frontem manibus. Vid. Heins. ad Vell. Pat. 2, 71.] Cic. Sen. 15. Herbescens viriditas culmo erecta geniculato. Auct. ad Her. 4, 55. Sudans oculis ardentibus, erecto capillo. Senec. Herc. Oet. 707. Erectus horret crinis. Sil. 2, 668. Squalentemque erecta comam. Al. leg. arreeta. Ov. Met. 3, 43. Serpens media plus parte leves erectus in auras. Plin. 17, 23, 35. n. 24. Palmes erectus ad arborem. Virg. A. 4, 504. Pyra erecta sub auras. Stat. Th. 6, 502. Equus erectus in armos. Liv. 8, 7. Equus prioribus pedibus erectis, excussit equitem. Id. 4, 22. Erecta in arcem via. Curt. 8, 11. Petra in metae modum erecta. Caes. B. G. 3, 13. Prorae admodum erectae. Pall. 1, 8. Praetorii situs sit loco aliquatenus erectiore, et sicciore. Claud. carn. de Apono 11. Alto colle minor, planis erectior arvis. Petr. Sat. 132. Erectus in cubitum. P Piscis erecti ap. Colum. 8, 17. a med. opponuntur prostratis, planis, cubantibus. V. JACENS. P Translate. Cic. Font. 11. Eos hic sagatos, braccatosque versari, animo demisso atque humili: hi contra vagantur laeti atque erecti passim toto foro. Id. Sen. 20. Legiones nostras in eum saepe locum profectas alacri animo, et erecto, unde se nunquam redituras arbitrentur. [\*Atque ita ere-

ctus etiam animalibus tribuitur. Auct. ad Her. 2, 19. Feras bestias videmus alacres et erectas vadere, ut alteri bestiae noceant. Id. Tusc. 5, 14. Vir celsus et erectus, et ea, quae homini accidere possunt, omnia parva ducens. [\*Hinc erectus de habitu hominis sibi confidentis. Cic. Or. 1, 40. Font. 11.] Id. Deiot. 13. Magno animo et erecto esse, nec unquam succumbere inimicis. Id. Phil. 4, 5. Ardentes et erecti ad libertatem recuperandam. Id. ad Brut. 1, 10. Erectior senatus erat non sententiis solum nostris, sed etiam cohortationibus excitatus. Petr. Sat. 88. Erectus his sermonibus. i. e. firmatus. Tac. H. 2, 74. Erectus in spem. Cic. Off. 1, 30. Homo paulo erectior, h. e. superior voluptate corporis, neque se facile abiciens atque prosternens ad turpia et flagitiosa. Id. Fam. 5, 12. Cujus studium in legendo non erectum Themistoclis fuga redituque retinetur? [\*i. e. attentum. Sic erectus de auditore attento Cic. Brut. 54. Adspicere erectos, intuentes judices.] Liv. 3, 47. Cum civitas in foro expectatione erecta staret. [\*V. Drak. ad Liv. 2, 54, 8.] Quint. 1, 3. Mens erecta circa studia. Id. 11, 3. sub f. Erecta et concitata voce dicere. et ib. 1. ante med. Neque tam plenum et erectum, et audax, et praecultum eloquentiae genus senibus convenit, quam pressum, et mite, et limatum. P \*Sup. Erectissimus ap. Jul. Valer. res gest. Alex. M. (ed. A. Maio), 1, 31. In eo obeliscos quoque duos videt proceritudinis erectissimae. B. A. P [\*Confunduntur a librariis Erectus et Adrectus, Drak. ad Liv. 8, 37, 2. Curt. ad Sall. Jug. 23. Verheyk. ad Eutr. 10, 2. — et Electus. Drak. ad Liv. 28, 36, 7. — et Ereptus. id. ad Liv. 3, 5, 7.]

EREMIGATUS, a, um, part. ab eremigo, remigando, seu navibus emensus. Plin. 2, 67, 67. Parvo brevius quam totus, septentrio eremigatus.

EREMIGO, as, avi, atum, a. 1. remigando, et navigando emetior. Sil. 14, 190. Innatit albus olor, pronoque immobile corpus Dat fluvio, et pedibus tacitas eremigat undas.

EREMITA, ae, m. ἔρημις, qui in eremo habitat. Sulpic. Ser. Dial. 17. V. ANACHORETA.

EREMITIS, idis, adj. f. ἔρημις, quae est ab eremo. Sid. ep. 9, 3. Palaestra congregationis eremitidis.

EREMODICIUM, ii, n. ἔρημοδικίον, vadimonium desertum, vel desertio causae negligentia partium facta, et poena, quae pro tali desertione infligitur, ab ἔρημος desertus, et δίκη, judicium. Ulp. Dig. 46, 7, 13. Ex eremodicio sententiam pati. Id. 4, 4, 7. extr. In eremodiciis eis subvenitur. Imp. Just. Cod. 3, 1, 13. ante med. Ereremodicium contrahere.

EREMUS, i, m. et f. ἔρημος, Graeca vox adjectiva, desertum, solitarium, solum significans, et subintelligitur locus, vel regio. Tertull. Idolol. 5. Moyses in eremo simulacrum serpentis ex aere fecit. Inpp. Grat., Valent. et Theod. Cod. 11, 57, 4. Loca sterilia, atque erema, his quae culta atque opima sunt, compensatur. Adde Hieron. de vita Pauli pr. Erem. et Sulp. Ser. Dial. 1, 15. P Corripuit medium non imitandus Prud. Cathem. 5, 89., Psychom. 371. et Enchir. 12.

EREPO, is, epsi, eptum, n. 3. ἔρεπω, rependo exeo. Varr. R. R. 3, 15. Tota maceria tectorio intrinsecus incrustatur, ne ex ea (glis) erepre possit. Stat. Th. 11, 580. profundis erepsit tenebris. Sil. 15, 617. Erepsit suspensa ferens vestigia castris. Pl. Aul. 4, 4, 1. Foras, lumbrice, qui sub terra erepsisti modo. Juven. 6, 524. inde Superbi Totum regis agrum nuda ac tremehunda cruentis Erepsit genibus, h. e. genibus rependo emetietur. P Item rependo ascendere. Suet. Tib. 60. Quod is a tergo insulae pro aspera et devia erepsisset ad se. Hor. Sat. 1, 5, 79. Montes quos nunquam erepsimus, h. e. transissemus. syncope pro erepsissemus. [\*V. Burm. ad Prop. 1, 3, 27.] P Translate. [\*Hoc sensu restituere voluit Gron. ad Sen. N. Q. 6, 8. hoc verbum Val. Max. 1, 5, 6. In capite ejus subito velut cornua ereperunt, ubi alii emergerunt, eruperunt, erexerunt.] Stat. Sil. 2, 2, 30. Inde per obliquas erepsit porticus arces, h. e. ascendendo, et descendendo extenditur.

EREPTIO, onis, f. Cic. Verr. 2, 4, 5. Putabat ereptionem esse, non emptionem, cum venditori suo arbitrato vendere non liceret.

EREPTO, as, avi, atum, n. 1. frequentat. ab erepo. Translate. Sen. ep. 101. sub init. Pecunia circa paupertatem plurimum morae habet, dum ex illa ereptat, h. e. exit, expeditur.

EREPTOR, oris, m. qui eripit. Cic. Quint. 8. Iste homo acerrimus bonorum possessor, expulsor, ereptor. Id. Dom. 30. ad f. Ereptor civitatis. [\*Id. Sext. 51. Ereptor libertatis.] Tac. A. 13, 55. Terrarum ereptores.

[\*EREPTORIUS, a, um. Hanc vocem probabiliter restituendam censet Hugo in Ulp. Fragm. 19, 17. Lege nobis acquiritur, velut caducum, vel ereptorium.]

EREPTUS, a, um, partic. ab eripio, raptus, adeptus, ablatus. Hirt. B. G. 8, 50. Ereptus Galbae consulatus. Curt. 9, 7. ad f. Ereptus gladius

alicui. Nep. Epam. 4. Ne si tibi sit pecunia adempta, aliquis dicat, ad me ereptum pervenisse, quod delatum accipere noluissem. Ov. Pont. 4, 7, 26. Ereptae opes. Virg. A. 3, 330. Erepta conjux. Ov. Her. 10, 43. Ereptus oculis. Id. Met. 15, 136. ereptae viventi pectore fibrae. P Item morte raptus. Val. Fl. 3, 316. Primis conjux ereptus in annis. Albin. 1, 65. Vidimus erepta moerentem stirpe sororis. Curt. 10, 5. In flore aetatis ereptus rebus humanis. P Item detractus. Virg. A. 11, 679. Pellis erepta juvenco. Liv. 23, 45. Ereptus ex equo. Ov. Met. 10, 386. erepta vincula collo. P Item subductus. Hor. Ep. 2, 60. Haedus ereptus lupo. Cic. Rosc. Am. 51. Sex. Roscii vita erepta de manibus sectorum. Caes. B. G. 1, 53. Ereptus e manibus hostium. Cic. Catil. 1, 8. Vita multis suppliciis justis debitisque erepta. Id. Arch. 9. Urbs ex omni impetu regio, ac totius belli ore ac faucibus erepta. Virg. A. 1, 600. Aeneas libycis ereptus ab undis. Prop. 1, 21, 7. per medios ereptus Caesaris enses. Hor. Od. 4, 8, 25. Ereptus Stygiis fluctibus Aeacus. Virg. A. 3, 711. tantis nequicquam erepte periculis. Ov. Met. 1, 358. Ereptus fati. Just. 13, 1. praesenti morte. P [\*Item extortus, expressus. Cic. Verr. 1, 30. Non per Neronem judicatum, sed per Dolabellam ereptum existimabatur.]

ERES, is, m. ἔρης, ericius, sive erinaceus. Nemesian. Cyneq. 57. Implicitumque sinu spinosi corporis erem Ferre domum. Pl. Capt. 1, 2, 81. 1 modo, venare leporem, nunc erem tenes. Id. Men. 3, 2, 28. cui ego aeque ac eres haeream. Alii melius leg. heres eram. P Scribitur et heres; aspirata enim Latini usi sunt aliquando pro Graeca littera X, aliquando etiam eandem omiserunt.

\*ERESSOS vel Eressus vel Eresos, i, f. Ἐρεσσός, oppidum Lesbi insulae, ubi natus Theophrastus. Meta 2, 7. post init. Plin. 5, 31. B. A.

ERETINUS, a, um, adj. ad Eretum pertinens, Graece Ἐρετινόν, montem et vicum Sabinorum in via Salaria, in colle edito, qui nunc Monte rotundo dicitur, cujus meminere Liv. 3, 29, et 26, 11. et Virg. A. 7, 711., ubi Servius: Oppidum est dictum a Junone, ἀπὸ τῆς Ἰουγας, quae illic colitur. Omissa vero est aspiratio, ut saepe a recentioribus Latinis: hinc in vet. Inscr. ap. Lanzium Sagg. di lingua Etr. T. 2. p. 618. legitur Hiretum. [\*Heretum audit Solin. 2. (al. S.) B. A.] Tib. 4, 8, 3. an villa sit apta puellae, Atque Eretino frigidus annis agro. Alii minus recte leg. Aretino frigidus annis agro. [\*Addidit nonnulla. F]

ERETRIA, ae, f. genus coloris nativi, nomen habens a loco, ubi nascitur, nempe circa Eretriam Euboeae. Est autem terra alba et cinerea. Vit. 7, 14. et Plin. 35, 6, 21. P Habet et in medicina varios usus. Cels. 5, 15, et 6, 3., ubi terram Eretriam vocat, et Plin. l. c., qui ib. et 33, 13, 57. Eretriam cretam appellat.

ERETRIACUS, a, um, adj. Eretriaci philosophi denominati sunt a Menedemo, qui Eretriam Euboeae (ut est apud Plin. 4, 12, 21.) patriam habuit, quique docuit, omne hominis bonum in mente positum esse et mentis acie, qua verum cernitur, uti docet Cic. Acad. 4, 42. P Idem Eretrici dicuntur ab eod. Or. 3, 17. et Tusc. 5, 39. et ab Sen. ep. 88. sub f.

ERETRIAS, atis, m. et f. qui est ex Eretria urbe Euboeae. Cic. Acad. 4, 42. Menedemus, qui fuit Eretrias.

ERETRICUS. V. ERETRIACUS.

[\*ERETRIENSIS, e, adj. ad Eretriam pertinens, Euboeae urbem. Nep. Paus. 2. Gongylus Eretrien-sis. P Eretrienses, ium, sunt incolae illius urbis. Liv. 35, 38. Eo miserunt, qui orarent Eretrienses Carystiosque. F.]

EREUTHODANUS. V. ERYTHODANUS.

ERGA, praepos. e regione, versus, ἀντίω. Pl. Truc. 2, 4, 52. Tonstricem Suram novisti nostram, quae modo erga aedes habet? Al. leg.: quae erga aedes sese habet. P Item prope vel circa. Appul. Dogm. Plat. 1. p. 9. 21. Sed et machinamenta, quibus sensus instructi sunt, ibidem erga regiam capitis constituta esse, in conspectu Rationis. P Saepere refertur ad personas. Cic. Or. 2, 49. sub f. Ut in meis moribus erga meos necessarios declarandis mansuetissimus viderer. Ter. Hee. 3, 5, 36. Quae nunquam quidquam erga me commerita est, quod nollem. P [\*Apud Tac. etiam ad inanimas res transfertur. Ann. 2, 2. Fastu erga patrias epulas. 4, 20. Diligentia erga pecuniam alienam. Vid. Boetticher. Lex. Tac.] P Saepissime significat propensam voluntatem, studium in aliquem. Cic. ad Planc. post ep. 16. l. 16. ad Att. Tua voluntas erga me meaque erga te, par atque mutua. Id. Am. 16. Ut eodem modo erga amicum affecti simus, quo erga nosmetipsos. Id. N. D. 2, 23. Id non sine divina bonitate erga homines fieri arbitrabantur. Id. Att. 8, 3. Merita Pompeji summa erga salutem meam. Id. Dom. 56. Omne erga meam dignitatem studium et judicium. Id. Off. 1, 15. Habere benevolentiam erga aliquem. P Postponitur interdum suo casui. Ter. Heaut. 1, 2, 15. Timet omnia, patris iram et animum amicae, se



etiam Sidus austrinum in coelo, quod fabulantur Eridanum inter astra translatum esse propter multas utilitates, quas affert regionibus circa positis. Alii tamen putant esse oceanum: alii rectius Nilum, qui Eridano major est, suisque regionibus longe utilior: praesertim cum non procul ab eo stella sit, quae Canopus dicitur: quo nomine et insula Aegypti, quae flumine Nilo alluitur. Hyg. Astron. 2, 32. et Capell. 8. p. 282. Porro hoc sidus incipit ad femora Orionis prope aequatorem, et flexuoso ambitu pectus Ceti alluens, usque ad Hydri caput, non procul ab antaretico circulo, se demittit.

ERIGERON, ontis, m. ἔριγρον, Latine senecio, herba est trixaginis specie et mollitia, cauliculis subrubicundis: nascitur et in tegulis, et in muris. Nomen hoc ei Graeci dederunt, quia vere canescit (ab ἔριγ, ἔριγος, ver, et γέρων, senex). Caput ejus numerosa dividitur lanugine, qualis est spinnae, inter divisuras exeunte. Haec Plin. 25, 13, 106., qui 22, 25, 64. in dativo erigeronti dixit.

ERIGIDUS, a, um, adj. valde rigidus. Petr. fr. Sat. p. 681, ed. 1. Burm. Erigidus strictus qui regnat in ossibus horror. Id. tamen Burm. in 2. edit. habet: Erigidus adstrictis. Idem vero et alii receperunt.

ERIGO, is, exi, ectum, a. 3. in rectum colloco: ab e, et rego. Petr. Sat. 136. Consurrexi equidem turbatus, animumque non sine risu exeri. Curt. 7, 3. Erigere jacentem. Cic. Fin. 5, 14. Ars agriculturam, quae arborem circumcidit, amputat, erigit, extollit, adminiculatur. Id. ib. 15. Connituntur (pueri) ut sese erigant, et manibus utantur. Id. Leg. 1, 9. Cum natura ceteras animantes abjecisset ad pastum, solum hominem erexit, ad coelique conspectum excitavit. [\*V. Heins. ad Val. Fl. 1, 157.] P Item tollo, extollo, excito. Caes. B. C. 1, 26. Turres cum ternis tabulatis erigebat. Flor. 3, 2. ad f. Saxaeas erexere turres. Lucr. 4, 405. Aliquid alte erigere. Plin. 10, 21, 24. in sublimi. Virg. A. 3, 422. sub auras. Et 9, 240. Erigitur fumus ad sidera. [\*Tac. Agr. 12. Extrema et plana terrarum, humili umbra, non erigunt tenebras. V. Hertel. ad h. l.] Quint. 2, 3. Statura brevis in digitos erigitur [\*sic tretan auf die Zehen]. Sic 11, 3. Erigi in unguis. Val. Fl. 8, 367. fundoque iterum violentus ab imo Erigitur. Tac. G. 46. Quidquid silvarum ac montium erigitur, latrocinii pererrant. [\*Omnia ap. Tac. haec vox frequentissime propria significatione reperitur. V. Böttich. Lex. Tac.] Colum. 8, 15. Erigere in gradus. [\*Stufenweise sich erheben.] Liv. 32, 13. scalas ad moenia. Sil. 3, 529. gradum, h. e. ascendere. [\*Tac. Agr. 18. Erigit aciem, i. e. in arduum montem duxit. V. Hertel ad h. l.] Liv. 3, 18. aciem in clivum Capitolinum. [V. Drak. ad h. l. et ad 10, 26, 3.] P Item dirigere. Hirt. B. Afr. 51. Ab suis castris per medium campum duo brachia instituit duci, et ita erigere, ut ad angulum dextrum sinistrumque ejus oppidi convenirent. P Translate. Cic. Or. 2, 44. extr. Oratio non modo inclinantem erigere, aut stantem inclinare, sed etiam adversantem et repugnantem capere potest. Id. Planc. 13. Ubi illa antiqua libertas, quae malis oppressa civilibus, extollere jam caput, et aliquando recreata se erigere debebat? [\*Cic. Sext. 31. Res erat et causa nostra eo jam loci, ut erigere oculos et vivere videretur.] Pomp. ad Dom. ep. 3. f. post epist. 12. l. 8. ad Att. Possimus etiam nunc rempuli. erigere, si communi consilio negotium administrabimus. Cic. Cluent. 70. Spe vestrae aequitatis erigere animum, et paulum respirare a metu coepit. Id. ib. 21. Animum demissum et oppressum erigere. Id. Verr. 2, 3, 91. Provinciam afflictam et perditam erigere atque recreare. Nep. Them. 1. Quae contumelia non fregit eum, sed erexit. [\*h. e. ad emendationem ei profuit, eum excitavit.] Cic. Dom. 10. Civitatem fractam malis, mutam, debilitatam, abjectam metu ad aliquam spem libertatis, et pristinae dignitatis erexit. Id. Q. Fr. 1, 3. circa med. Erigite te, et confirma, sis fortis, ut ib. in f. dicitur. Id. Dejot. 14. Erigere se, et ab omni sollicitudine abstrahere. Tac. H. 1, 4. Erigere aliquem in spem. Sall. Jug. 25. Suos hortando ad virtutem erigere. [\*Rut. Lup. de fig. Sent. 1, 14. p. 51. Erigere mentes ad virtutem, ubi v. Ruhnk.] Curt. 8, 13. Ea pugna multum fiduciam Pori erexit. Lucan. 8, 76. Erigere mentem, h. e. bene sperare; cui contrarium est demittere mentem, desperare, ap. Virg. A. 12, 609., ut Servius docet. Gell. 1, 11. ad f. Orationem aut jacentem erigere, aut ferocientem cohibere. Cic. Coel. 12. Erigere, et emittere aculeos severitatis in aliquem. P Absolute erigi est animum recipere. Hor. Sat. 2, 8, 57. Nos majus veriti, postquam nihil esse periculi Sensimus, erigimur. P Item se ad audiendum parare. Cic. Or. 35. In quo aut concilietur auditor, aut erigatur, aut paret se ad discendum. [\*Hinc erigere se dicuntur auditores, quam attentiores fiunt, admirantur aliquid in oratione. Cic. Rosc. Am. 22.] P Erigere aures est attente audire: ductum ab iis animalibus, quae auriculas habent mobiles. Cic. Sull. 11.

Erigite mentes, auresque vestras, et me de invidiosis rebus dicentem attendite. P Ponitur et pro excitare, acuere. Auct. ad Her. 4, 2. Auctoritas antiquorum erigit omnium cupiditates, et acuit industriam, cum spes injecta est, posse imitando Gracchi, aut Crassi consequi facultatem. Stat. Th. 7, 670. Qualis ubi primam leo mane cubilibus atris Erexit rabiem. Plin. ep. 8, 3. Erigere expectationem alicujus. P Pertinet etiam ad eos, qui rebellant, quod erigunt se, assurguntque adversus dominos. [\*Omnia ad eos qui se parant ad resistendum. Cic. Q. Fr. 1, 1, 1. Ne te obrui negotii magnitudine sinas, sed contra erigas atque resistas.] Flor. 2, 12. Dum aliae, aliacque gentes Syriaci belli sequuntur ruinam, Macedonia se rursus erexit. Et ib. 15. Lusitanos Viriatus erexit. [\*Flor. 1, 21, 2. Erigere libertatem in dominos, h. e. libertate a dominis data adversus ipsos uti.] P Partic. Erigens ap. Liv. 21, 32. Erigentibus in primos agmen clivos apparuerunt imminentes tumulos insidentes montani. P [\*Saepe confunduntur Erigere et arrigere. V. quos s. Erectus laudavimus. Erigere et exigere. V. Drak. ad Liv. 6, 2, 1. Ruhnk. ad Rut. Lup. p. 51. Burm. ad Quint. Inst. 6, 4. p. 570.]

ERIGONE, es, f. Ἐριγόνη, filia Icarii, quae patrem ab ebriis interfectum insepultumque, cane indicante, cum invenisset, adeo doluit, ut suspendio se necaret. Ob quam pietatem in coelum translata est, factumque sidus, quod Virgini appellatur. Hyg. fab. 130. et 254. et Serv. ad illud Virg. G. 1, 33. Quae locus Erigonen inter, chelae sequentes Panditur. V. VIRGO. In ejus inferiis oscilla suspendebantur. V. OSCELLUM. P Alia fuit Erigone, filia Aegisthi, et Clytaemnestrae, quam Diana ab imminente caede rapuit, et in Attica sacerdotem fecit. Hyg. fab. 122. et Dyc. Cret. 5, 2.

ERIGONEIUS, a, um, adj. ad Erigonem pertinens. Or. Fast. 5, 723. Nocte sequente diem Canis Erigoneus exit. V. ANTECANIS.

ERIGONUS, i, m. flumen Illyridis Graeciae et Macedoniae, in Axium influens. Liv. 31, 39. P Ap. eund. 39, 54. Erigon appellatur. Ἐριγών, ὄρος, est Straboni. P Item insignis pictor, de quo Plin. 35, 11. B. A.

ERIGUO, V. ERIVO.

ERIMANTHUS, i, m. nom. propr. cujusdam mathematici, seu divini, quasi contentionum vates. Juven. 3, 120. B. A.

ERINACEUS, i, m. ἔρινος, animal spinis horridum; qui, ubi venatores senserit, contractis ore et pedibus convolvitur in formam pilae, ne quid praeter aculeos comprehendere possit. Plin. 8, 37, 56. Praeparant hiemi et erinacei cibos, ac volutati super jacentia poma, affixa spinis, unum amplius tenentes ore portant in cavas arbores. P Scribitur et Herinaceus. V. ERES.

ERINEON (um), i, n. oppidum Doridis. Plin. 4, 7. Mela 2, 3. ante med. B. A.

ERINEOS, i, f. ἔρινεος, ἔρινος, herba est palmum alta, cauliculis quinque fere, ocimi similitudine, flore candido, semine nigro, parvo: decerpita manat lacte multo, et dulci. Plin. 23, 7, 65. P Fuit et Erineos Achaiae oppidum. Plin. 4, 5.

ERINNE, es, f. Ἐριννη, poetria Lesbica, Saphonis aequalis, quae circa olympiadem CVI. floruit, cujus meminit Prop. 2, 2, 32. Carminaque Erinnas non putat aequa suis. Illius mentionem facit et Plin. 34, 18, 19. n. 3. et Hieron. in Chronic. ad olymp. CVI. 4. B. A.

ERINNYSES, yos, f. Ἐριννῆς, una ex infernalibus Furiis, quam in illo Virg. A. 2, 337. quo tristis Erinnyes, Quo fremitus vocat, etc. Serv. interpretatur animi impatientiam, quae in furorē impellit. Dicta videtur ab ἔρις, contentio, et ὄδός, mens, quia contentionibus bellisque gaudet. Hinc ἔριννη est indignari: quod est rixantium. Hinc etiam Helena dicitur a Virg. ib. 573. Trojae ac patriae communis Erinnyes, quia causa fuit belli Trojani: et civilis Erinnyes ap. Lucan. 4, 187. est ipsum bellum civile. Alii deducunt παρά τὸ ἀγῶν ἀρῆναι, quod execrationes exaudiat, et impleat: alii ἀπό τοῦ ἐν τῇ ἔρι νάειν, quod in terra habitat, h. e. inter homines versetur. P Saepe accipitur ut commune nomen omnium Furiarum. Prop. 2, 16, 29. Tunc me vel tragicae vextis Erinnyes. Ov. Her. 11, 103. Ferte faces in me, quas fertis Erinnyes atrae. Stat. Th. 11, 345. caeco nec Erinnyas ore rogavi. Ov. Met. 1, 725. Horriferaeque oculis, animoque objecit Erinnyes Pellicis Argolicae. Virg. A. 7, 447. et 570. Erinnyas vocat ipsam Alecto.

ERIOXYLON, i, n. Ἐριόξυλον: ab ἔριον, lana, et ξύλον, fero: genus bulbi circa ripas annuum nascens, cujus inter summum corticem, eamque partem, qua vescuntur, est lanca natura, ex qua impilia, vestesque conficiantur. Plin. 19, 2, 10. ex Theophr. Hist. plant. 7, 13. V. BULBUS.

ERIOXYLON, i, n. Ἐριόξυλον: ab ἔριον, lana, et ξύλον, lignum: est Graece genus lanae, quae ex quibusdam arboribus colligitur. Videtur esse idem ac gossipium, cotone Italici dictum. Ulp.

Dig. 32, 70. §. 9., ubi tamen Graecis litteris scribitur.

ERIPHIA, ac, f. Ἐριφή, herba, de qua V. locum Plin. in AVENA. P [\*Eriphia, Ἐριφή, fuit Nais, Oceani filia. Hyg. fab. 182. B. A.]

ERIPHYLEA, ac, et Eriphylē, es, f. Ἐριφύλη, Talai filia, Adrasti soror, uxor vero Amphiarai, quae accepto a Polynice Thebarum rege aureo monili, maritum latitantem, ne ad bellum Thebanum traheretur, ubi se moriturum sciebat, prodidit. Quare a filio Alcmaeone post mortem patris interfecta est. Hyg. fab. 73. V. ALCMAEON. Prop. 3, 11, 57. Tu quoque ut auratos gereres Eriphyla lacertos, Dilapsis nusquam est Amphiarus equis. Ov. A. Am. 3, 13. Si scelere Oecliides Talaionidae Eriphyles Vivus, et in vivis ad Styga venit equis. Adde Cic. Verr. 2, 4, 18. et Invent. 1, 50. et Virg. A. 6, 445. V. Stat. Th. 2, a v. 265. et 4. a v. 205.

ERIPHYLEAEUS, a, um, adj. Ἐριφύλαιος, ad Eriphylum pertinens. Stat. Th. 4, 211. Sic Eriphylaeos aurum fatale penates Irrupit, scelerumque ingentia semina movit. V. ALCMAEON.

ERIPPIO, is, ui, eptum, a. 3. Ἐριππίον, ab e, et rapio, est vi tollere, rapere, et, ut ait Pomp. ap. Paul. Dig. 2, 7, 4., de manibus auferre per raptum. Cic. Parad. 6. sub f. Virtus nec eripi, nec surripi potest unquam. Pl. Pers. 1, 2, 11. Ire aliena ereptum bona. Id. Aul. 2, 4, 37. Pulmentum pridem eidem eripuit miluus. Id. Cas. 3, 5, 7. Eripite isti gladium, quae sui est impos animi. Id. Capt. 2, 2, 61. Libertatem alicui eripere. Cic. Quint. 11. Pecuniam, sanguinem, vitamque hominis propinqui eripere. Id. Div. 2, 37. alicui regnum. Id. Agr. 2, 7. extr. Id totum eripere vobis, atque e manibus extorquere conatus est. Id. Fam. 1, 5. Vereor ne eripiatur nobis causa regia. [\*Cf. §. 9.] Est qui legit a nobis, ut Ter. Eun. 4, 6, 14. Haec ea est, quam miles a me vi nunc ereptum venit. [\*Ruhnk. ad h. l.] Et ib. 1. Ut illam a me eripiat. [\*Ter. Ad. 3, 2, 30. A lenone eripuit, quod recte explicat Ruhnk. ex aedibus lenonis.] Et Acc. ap. Macr. Sat. 6, 1. A me regnum fortuna atque opes eripere quivit. [\*In his locis haec est praepos. a vis; ut sit: ab alicujus latere. Sic explica illud: miles illam a me eripit, h. e. illam quae nunc apud me est. Et similis est ratio constructionis cum praepos. ex. Liv. 41, 14. Coloniā ex hostibus eripere, h. e. ex manibus hostium, quae nunc penes hostes est. Cf. Duker. ad h. l. P Apud Jctos, eripi etiam dicitur, quod auferitur, quasi ab indigno, aut alias fisco vindicatur. Sic eripi dicitur hereditas paterna heredi filii, qui patris sui testamentum aboleverit. V. locos ex Dig. ap. Brisson. de Form.] P Significat etiam adimere. Cic. Att. 10, 4. a med. Haec si falsa sunt, me libente, eripies mihi hunc errorem. [\*Cic. Tusc. 4, 31. Hic error est eripiendus, ubi observa eripere absolute positum, nullo adjuncto dativo. V. multa exempla ap. Beier. ad Off. 2, 3.] Id. Catil. 1, 7. extr. Discede, atque hunc mihi timorem eripe. P [\*Item abripere, tollere, rapere, quo sensu sine dativo personae poni solet. Corn. Nep. Alc. 10. Familiaris sui subalare telum eripuit, i. e. celeriter comprehendit, ad se rapuit. Quem locum immerito editores vexaverunt. Justin. 28, 1. Aetolis partem Acarnaniae eripere volentibus. Aur. Vict. Caes. 39. Cari morte cognita, imperium avens eripere, i. e. sibi vindicare. V. doctam Munck. animadv. ad Hyg. fab. 174. p. 291. Cf. infra Eripere fugam.] P Item extrahere. Ter. Ad. 2, 1, 44. Domo me eripuit, verberavit. [V. Heindf. ad Hor. Sat. 1, 3, 25.] Virg. A. 4, 579. vaginae eripit ense. [\*V. Heins. ad Oc. Met. 10, 475.] Ter. Ad. 3, 2, 20. Eripere alicui oculos. Or. Fast. 2, 608. linguam. Id. Met. 15, 845. animam membris. Et ib. 8, 457. torrem ab igne. Et ib. 3, 71. hastile tergo. [\*Et insolentiori junctura ap. Tac. A. 11, 32. Vehiculo, quo purgamenta hortorum eripiuntur, Ostiensem viam intrat. i. e. quo purg. hortis erepta aueruntur. P Item detrahere. Liv. 23, 45, 8. Eripere aliquem ex equo, quod paulo insolentius dictum, sed constanti librorum lectione defensum est.] P Item subducere, auferre, intercipere. Virg. A. 1, 92. Eripiunt subito nubes coelumque diemque Teucrorum ex oculis. Id. ib. 8, 254. Eripere prospectum oculis. Hirt. B. Afr. 18. Terror hominibus mentem consiliumque eripit. Or. Met. 2, 433. Posse loqui eripitur. Et ib. 12, 142. respiramen iterque animae eripere. Et ib. 15, 282. nisi vatibus omnis Eripienda fides, etc. Pl. Merc. 1, 2, 64. Eripere alicui orationem ex ore. Id. Most. 3, 1, 63. Responsiones omnes hoc verbo eripite, h. e. facultatem respondendi. Cic. Cat. 4, 4. Eripere alicui spem. Tac. A. 1, 6. Campum, quem hostis insederat, eripi jubet, h. e. occupari, hoste inde pulso. P Saepe est liberare, eruere. Crasus ap. Cic. Or. 1, 52. Eripite nos ex miseris, eripite nos ex faucibus eorum, quorum crudelitas, etc. Cic. Fam. 9, 13. Ut nulla ratione se ab illa miseria eripere posset. Id. Verr. 2, 5, 6. Ex media morte eripere et liberare aliquem. Id. Dic. 2,

47



bus erotundata, h. e. elaborata, composita et perfecta.

EROTYLOS, i, f. ἑρωτύλος, gemma est eadem atque amphicome et hieromnemon, quae a Democrito laudatur in argumentis divinationum. Plin. 37, 10, 58.

ERRABUNDUS, a, um, adj. πλανώμενος, ἀλήμων, valde errans, vagabundus. Liv. 1, 29. Nunc in limitibus starent, nunc errabundi domos suas, ultimam eas visuri, pervagarentur. Virg. Ecl. 6, 58. Si qua forte ferant oculis sese obvia nostris Errabunda bovis vestigia. Hirt. B. Afr. 2. Naves vento dispersae atque errabundae, diversa loca petierunt. Curt. 8, 4. Ordinibus solutis, per totum saltum errabundum agmen ferebatur.

ERRANS, antis, om. gen. partic. ab erro. Virg. Ecl. 4, 19. Hederæ errantes. Lucan. 1, 253. Domus errantes. Respiciuntur Scythæ, qui domos suas plaustribus circumferunt. Plin. 2, 6, 4. Sidera errantia, planetæ, quos Cic. quoque N. D. 2, 20. et Tusc. 1, 25. stellas errantes appellat. Val. Fl. 4, 561. Errantesque per altum Cyaneæ. Cic. Har. resp. 17. Quod sacrificium tam occultum est, quam id, quod non solum curiosos oculos excludit, sed etiam errantes, h. e. qui huc illuc casu circumferuntur. [\*Errantes oculi sunt ii, qui temere in aliquam rem incidunt et opponuntur curiosis, qui rem sedulo quaerunt. Cfr. Statio locum s. v. Errare. §. 3.] Enn. ap. Cic. Off. 1, 16. Homo, qui erranti comiter monstrat viam. P. Translate. Cic. N. D. 2, 1. Est enim et philosophi et pontificis de Diis immortalibus habere non errantem et vagam, sed stabilem certamque sententiam. Id. Fin. 2, 22. Ut nostram stabilem conscientiam contemnamus, aliorum errantem opinionem aucupemur. P. Errantes genæ ap. Val. Fl. 8, 163. non ullus tibi tum color aegraque verba Errantesque genæ, h. e. oculi huc illuc circumlati et incerti, ut in nova magnaque perturbatione fit. Alii legere malunt arentes, h. e. macilentæ.

ERRANTIÀ, ae, f. erratio. Accius ap. Non. 3, 86. Neque ego errantia animi prave morigerabor.

[ERRATICUS, a, um, adj. Front. de differ. voc. p. 2199. Erraticus et potest errare et solet: erraticus (editio Gothofredi habet erraticus) animus est, qui solet errare et desinit. F.]

ERRATICUS, a, um, adj. πλανητικός, πλανητός, errans, errabundus. Varr. ap. Gell. 3, 10. et Sen. Quaest. nat. 7, 23. Stellæ erraticæ, h. e. planetæ: Gell. 9, 2. Erraticus homo, h. e. circumforaneus. Plin. 26, 13, 84. Erraticus sanguis, h. e. erysipelas vel impetigo. Ov. Met. 6, 333. Erratica Delos, h. e. olim oras, et litora circum errans, ut poetæ fabulantur. Virg. A. 3, 75. P. Dicitur de plantis, quæ sua sponte hic illic nascuntur: item quæ serpunt et errabundo flexu huc illuc prorepunt. Plin. 19, 8, 39. Intubum erraticum. Id. 20, 9, 36. et Cato R. R. 157. Silvestris sive erraticæ brassica. Plin. ib. 2, 4. Cucumis anguinus sive erraticus. Cic. Sen. 15. Vitis serpens multiplici lapsu et erratio. P. [\*Confunduntur Erraticus et aerius. Vid. Vales. ad Ann. Marc. 15, 5, 24.]

ERRATIO, onis, f. πλάνησις, actus errandi, vagatio. Cic. Univ. 6. Motum dedit coelo eum, qui figuræ ejus sit aptissimus: sex autem reliquos motus ab eo separavit: itaque eum ab omni erratione liberavit. [\*Cic. N. D. 2, 21. Nulla in coelo erratio inest.] Ter. Ad. 4, 2, 41. Sape hac multo propius ibis et minor est erratio. Pl. Rud. 1, 2, 90. Errationis facere compendium. P. Translate. Lactant. 5, 17. Stultitia igitur est in factis dictisque, per ignorantiam recti bonique, erratio.

ERRATIVUS. V. ERRATICUS.

[ERRATRIX, icis, f. Front. de differ. vocab. p. 2199. Erratrix per se rapta est, ut venatrix: erraticæ, ut hederæ, vitis. F.]

ERRATUM, i, n. ὁπλάμα, error, peccatum. [\*et proinde tam de opinionis errore, qui ab imprudente parum cavetur, quam de peccato quod quis sciens admittit, usurpatur, ut sequentes loci docent.] Cic. Fam. 16, 21. Tantum mihi dolorem cruciatumque attulerunt errata meæ aetatis, ut etc. Id. Att. 6, 1. a med. Illud de Flavio et fastis commune erratum est. Id. Cluent. 48. Nullam ob turpitudinem, nullum ob totius vitæ non dicam vitium, sed erratum. Id. Sull. 23. Petere errato alicujus veniam. Id. Ligar. 1. Errati veniam impetrare. Ov. Pont. 2, 3, 66. Diceris erratis ingemuisse meis. Sall. Jug. 109. Errata officiis superare. [\*Cic. Rull. 2, 5. Cui errato nulla venia, recte facta exigua laus.]

ERRATUS, a, um, partic. ab erro, errando emensus, pererratus. Virg. A. 3, 690. Talia monstrabat relegens errata retrorsum Litora Achaemides. Val. Fl. 4, 447. diversis erratus casibus orbis. Ov. Fast. 4, 573. immensum est erratas dicere terras: Praeteritus Cereri nullus in orbe locus.

ERRATUS, us, m. erratio, erratum. Plin. 37, 5, 18. Sed et vitia demonstrari oportet in tam proclivi erratu, h. e. cum errare tam facile sit. Ov. Met. 4, 566. longisque erratibus actus Contigit Illyricos profuga cum conjugæ fines.

ERRO, as, avi, atum, a. 1. πλανόμαι, ἀλάομαι,

incertus viæ ignarusque huc illuc feror. Cloatius

Verus ap. Gell. 16, 12. docebat esse ἀπὸ τοῦ ἔρρου, quod est aegre ire, item inauspicato accedere. Confirmat Varr. L. L. 5, 10., ut quidem Scalig. legit. Cic. Cluent. 62. Cum vagus et exsul erraret, atque undique exclusus Oppianicus. Virg. A. 1, 336. ignari hominumque locorumque Erramus, vento huc et tempestatibus acti. Hirt. B. Afr. 44. Navis una ab residua classe cum erravisset delataque esset vento ad Thapsum etc. Justin. 2, 2. Errare per incultas solitudines. Ov. Pont. 4, 16, 14. Ulyxen Errantem saevo per duo lustra mari. Virg. A. 2, 739. Errare via. [\*von dem Wege abkommen.] Id. ib. 3, 200. Excitimur cursu et caecis erramus in undis. Et ib. 1, 36. Errabant acti fati maria omnia circum. Ov. Fast. 2, 335. Errare huc illuc. P. Errare etiam dicuntur, qui libere utroque et nullo sibi proposito itineris fine vagantur. Cic. Att. 8, 9. Arpini volo esse prid. Cal., deinde circum villulas nostras errare. [\*i. e. loca adjacentia invisere, prouti occasio et libido id ferunt.] Virg. Ecl. 1, 9. Ille meas errare boves, ut cernis et ipsum Ludere quæ vellem, calamo permisit agresti. Id. Ecl. 2, 21. Mille meae Siculis errant in montibus agnae. Et ib. 6, 40. Rara per ignotos errant animalia montes. Hor. Od. 3, 18, 13. Inter audaces lupus errat agnos. Ov. Met. 11, 357. Pars gradibus tardis illuc errabat et illuc. Virg. A. 7, 557. super aetherias errare licentius auras. P. Translate. [\*Hor. Ep. 1, 12, 17. Stellæ sponte sua jussaene vagentur et errant. Cic. Rep. 1, 14. Stellarum, quæ errantes et quasi vagæ appellantur.] Virg. G. 1, 452. de sole: Ipsius in vultu varios errare colores. Val. Fl. 6, 674. extremum roseo pudor errat in ore. Virg. G. 3, 14. tardis ingens ubi flexibus errat Mincius. Ov. Fast. 2, 391. Hic ubi nunc fora sunt, lintres errare videres. Id. Met. 9, 201. pulmonibus errat Ignis edax imis, perque omnes pascitur artus, h. e. discurrit. [\*Saepissime apud poetas capilli soluti ac fluitantes errare dicuntur. Barth. ad Claud. de R. P. 2, 31. Burm. ad Prop. 2, 1, 7.] Claud. Rapt. Pros. 2, 2. de Aurora: tremulis vibravit in undis ardor et errantes ludunt per caerulea flammae. [\*Cic. Or. 1, 48. Hoc explanatur, ne vagari et errare dicatur oratio. Acad. 2, 20. Eo fit ut errem et vager latius. Cfr. Doederl. Etym. Fasc. 1. p. 90.] Tibull. 4, 1, 106. At non per dubias errant mea carmina laudes, h. e. versantur in dubiis laudibus canendis. Virg. A. 5, 435. erratque aures et tempora circum Crebra manus, h. e. manus crebris ictibus aures et tempora pulsant. Stat. Th. 10, 150. de iis, qui gravi somno occupantur, errare oculi resolutaque colla, Et medio affatu verba imperfecta relinquunt. [\*Cfr. quæ s. v. Errans dicta sunt.] Liv. 31, 12. de prodigiis: Foeda omnia et deformia, errantisque in alienos fetus naturæ visa, h. e. degenerant. [\*Ov. Met. 8, 473. Thestias haud aliter dubiis affectibus errat. Fast. 4, 261. Obscuræ sortis Patres ambagibus errant, ubi Heins. frustra conjicit haerent.] Ov. Fast. 3, 543. Rumoribus errant, h. e. varios rumores spargunt, alii alia narantes. P. Passive impersonaliter. Virg. G. 3, 249. Heu male tum Libyæ solis erratur in agris. P. Saepè est a vero deflectere, labi, falli. Cic. Phil. 12, 2. Cujusvis hominis est errare: nullius, nisi insipientis, in errore perseverare. Et Tusc. 1, 17. Errare mehercule malo cum Platone, quam cum istis vera sentire. [\*Apud eund. Ligar. 10. junguntur errare et labi, ubi illud ad iudicium, hoc ad factum referendum.] Coel. ad Cic. Fam. 8, 11. sub f. Malo in hanc partem errare, ut, quæ non desideras, audias, quæ etc. Caes. B. G. 5, 40. Errare eos dicunt, si etc. Ter. Heaut. 1, 1, 53. Erras, si id credis. Cic. Phil. 2, 9, extr. In eo non tu quidem tota res, sed temporibus errasti. Id. Or. 2, 19. Quod haec narrationis magis putant esse propria, quam totius orationis, valde mihi videntur errare. Ter. Eun. 2, 2, 14. Tota erras via. Macr. Sat. 3, 12. Toto coelo errasse Virgilium, cum etc. Pl. Amph. 3, 3, 20. Qui me Amphitruonem rentur esse, errant probe. Sall. Jug. 89. sub f. Homines superbissimi procul errant. Ter. Ad. 1, 1, 40. Longe errare. Cic. Acad. 4, 32. vehementer. Lucr. 1, 711. magnopere a vero. Ter. Heaut. 2, 3, 22. de aliqua re. [\*Et cum praepos. circa. Modestin. in Dig. 38, 5, 35. Circa inscriptionem errare.] Plin. 28, 2, 3. Quoties precatio erraverit, sic repente extis adimi capita vel corda. Ov. Fast. 3, 155. Errabant etiamnum tempora. P. Cum accus. communi. Ter. Andr. 3, 2, 18. Teneo, quid erret. Id. Phorm. 5, 3, 21. Hoc tu errasti. Pl. Most. 1, 3, 30. Mone, quæso, si quid erro. P. Pro ignorare aut non intelligere. Id. Mil. 3, 1, 197. Erro, quam insistas viam. P. Passive impersonaliter. Cic. Fin. 4, 20. sub f. Si erratur in nomine. P. Errato mihi, pro, mihi, qui erravi vel cum erravero, dictum putant a Cic. Agr. 2, 2. extr. Cum omnibus est difficilis et magna ratio, tum mihi praeter ceteros, cui errato nulla venia; recte facta exigua laus proponitur. Simile est ajunt illud Ter. Hec. 5, 1, 10. Jam aetate ea sum, ut non sit peccato mihi ignoscere a-

quam. Al. tamen apud Cic. leg. cum errato vel cujus errato etc. V. etiam CERTATUS, a, um. [\*Utrumque locum et Cic. et Ter. recte explicat Ruhnk. in Diet. ad Ter. Nimirum errato et peccato sunt ablativi absoluti, pro: quum erratum est, quum peccatum est.] P. Errandum est. Ov. Her. 7, 109. Si fuit errandum, causas habet error honestas. P. [\*Confunduntur a librariis Errare et ardere. Burm. ad Ov. Met. 8, 473. — et horrere. Heins. ad Ov. Fast. 1, 495.]

ERRO, onis, m. πλανήτης, vagabundus, errans, aberrans. Tibull. 2, 6, 5. Ure, puer, quæso, tua qui ferus otia liquit, Atque iterum erronem sub tua signa voca. Ulp. Dig. 21, 1, 17. a med. Errones appellantur servi, qui non quidem fugiunt, sed frequenter sine causa vagantur et temporibus in res nugatorias consumptis, serius ad dominum redeunt. [\*Dig. 49, 16, 4, 14. Levius delictum emansionis habetur, ut erroris in servis, desertionis gravior, ut in fugitivis. Vid. Interpp. ad Liv. 30, 43, 11.] Colum. 9, 10. de apum rege: Velut quadam compede retinebimus erronem ducem, detractis alis. Hor. Sat. 2, 7, 113. teque ipsum vitas fugitivus et erro. [\*Vid. Heind. ad h. l.] Adde edictum Aedil. ap. Gell. 4, 2. P. Nigid. ap. Varr., teste Gell. 3, 16. et 14, 1., erroneus appellat stellas, quas alii erraticas.

ERRONEUS, a, um, adj., qui huc illuc errat et vagatur, πλανήτης. Colum. 7, 12. ante med. de canibus: Maxime debent in custodia vigilaces conspici, nec erronei, sed assidui. [\*Ubi erroneus mavult legere Ruhnk. Ulp. in Pandect. l. 21. tit. 1. leg. 25. Si (serous) aleator forte vel vinarius vel erroneus sit, h. e. erro, vagabundus: ubi pro erroneus sit vulgo legitur erro evasit. B. A.]

ERROR, oris, m. πλάνη, deflexio a via, huc illic vagatio, cum viæ ignari extra institutum iter deflectimus. Justin. 36, 3. Quoniam illa dies famem illis erroremque finierat. Curt. 5. ult. Jumenta, nullo regente, decesserant militari via et errore delata per quatuor stadia etc. Hirt. B. Afr. 11. Subito navium pars, de qua timebat, ex errore eodem conferebatur. Ov. Her. 16, 29. neque tristis hiems, neque nos huc appulit error. Id. Met. 8, 166. de labyrintho: Ita Daedalus implet Innumeras errore vias. Virg. A. 6, 532. pelagine venis erroribus actus? Et ib. 1. in f. Dicere errores suos. Et Ov. Trist. 4, 10, 109. Longis erroribus actus. Id. Met. 1, 582. amnes in mare deducunt fessas erroribus undas. P. Aliquando error dicitur id, in quo, vel cujus causa errari facile potest. Virg. A. 6, 27. Hic labor ille domus et inextricabilis error. Id. ib. 10, 381. simillima proles Indiscreta suis gratisque parentibus error. Catull. 61, 115. inobservabilis error. P. Saepissime refertur ad animum, qui decipitur, falso opinatur. Cic. N. D. 2, 28. Quæ res genuit falsas opiniones erroresque turbulentos. Et ib. 1, 1. In summo errore atque in maximarum rerum ignoratione versari. Id. Sull. 14. In tantis tenebris erroris et inscitiae. Plin. 37, 7, 28. In magno errore sunt, qui etc. Cic. Leg. 2, 17. Opinionibus vulgi rapiuntur in errorem, nec vera cernimus. Id. Tusc. 3, 1. Paene cum lacte nutricis errorem suxisse videtur. Et ib. 5, 27. Aegyptiorum mentes imbutæ pravitatis erroribus. Id. Off. 1, 41. Nec quemquam hoc errore duci oportet, ut arbitretur etc. Id. Phil. 12, 2. Eodem captus errore, quo nos. [\*Cic. Acad. 2, 36. Tanto inflatus errore, ut sibi se illa scire persuaserit.] Nep. Ann. 9. Ducere quempiam in errorem. Cic. Brut. 85. Imperitos in errorem inducere. Id. Q. Fr. 3, 9. sub f. Labi per errorem. Quint. 4, 2. ante med. Errore labi. [\*Errorem errare alicunde affert Taubm. ad Plant. Mil. Glor. 2, 4, 47. Locum nondum reperi. Cfr. Lindem. ad Vit. duumvir. p. 71. Errorem volvere apud Liv. 27, 47, 10., ubi vide Gronov.] Cic. Caecin. 25. Objicere alicui errorem. [\*zum Irrthum verleiten.] Sic Sen. ep. 67. circa med. Separa ista: nihil erit, quod tibi faciat errorem. [\*Liv. 27, 14, 4. Castra nihil aucta errorem faciebant. Vid. Duker. ad Liv. 25, 10, 4.] Id. Off. 3, 21. Avertere (al. avellere) aliquem ab errore. Id. Divin. 2, 28. Errorem depellere. Id. Phil. 8. sub f. deponere. Id. Att. 10, 4. a med. eripere alicui. Hor. Ep. 2, 2, 140. demere. Plin. 21, 6, 16. corrigere. Phaedr. 4, 4. solvere. Virg. A. 10, 110. Errore teneri. Ter. Hec. 5, 2, 26. errore exsolvere aliquem. P. Ponitur et pro ignorantia, imprudentia. Ov. Fast. 5, 361. Lumina restabant, quorum me causa latebat, Cum sic errores abstulit illa meos. Tac. H. 2, 72. Quidam militum errore veri, seu turbarum studio, certatim aggregabantur. Nep. Epam. 7. Cum dux esset electus belli imperitus, cujus errore eo esset deducta illa militum multitudo, ut omnes de salute pertimescerent. Liv. 24, 17. Id errore viarum, an exiguitate temporis exsequi non potuerit, incertum est. P. Item pro dolo, fraude. Virg. A. 2, 48. Aut aliquis latet error: equo ne credite, Teucri. P. Item pro delicto, errato, peccato. Ov. Pont. 4, 8, 19. Sive velis, qui sint, mores inquirere nostros; Errorem misero detrahe, labe carent. Cic.

fragm. ap. Lact. 6, 24. Errorem poenitendo corrigere. *Id.* ap. August. de Trin. sub f. Admiscere atque implicare se hominum vitiis atque erroribus. *Hor. A. P.* 308. Quid deceat, quid non; quo virtus, quo ferat error. P Item pro furore, amentia. *Virg. G.* 3, 513. Dii meliora piis erroremque hostibus illum. *Cic. Att.* 3, 13. Nam quod scribis, te audire, me etiam mentis errore ex dolore affici; mihi vero mens integra est. *Hor. A. P.* 454. Fanaticus error. P Item pro timore ac perturbatione animi. *Op. Fast.* 3, 555. Diffugiunt Tyrii, quo quemque agit error, ut olim Amisso dubiae rege vagantur apes. P Et pro amore. Amor enim errare plerumque compellit, ut ait *Ser.* ad illud *Virg. Ecl.* 8, 41. Ut vidi, ut perii, ut me malus abstulit error! [\*Vid. *Heins.* ad *Op. Met.* 10, 342. *Am.* 1, 2, 35. 1, 10, 9.] P Item pro peccato contra grammaticam, historiam, aut ejusmodi. *Quint.* 1, 6. Summorum in eloquentia virorum iudicium pro ratione et vel error honestus est magnos duces sequentibus. *Liv.* 4, 20. Qui si ea in re sit error, quod veteres annales A. Cornelium Cossum consulem habeant etc. P Item pro re ambigua et incerta, de qua quaeritur. *Fulcatius Sedigit.* ap. *Gell.* 15, 24. Multos incertos certare hanc rem vidimus, Palnam poetae comico cui deferaunt. Eum meo iudicio errorem dissolvam tibi. P Poeticus error oculorum est eorum versatio et circumactus. [\*Sed errare etiam in prosa dicuntur oculi, qui temere in aliquam rem incidunt. *Vid. s. h. v.*] *Stat. Th.* 12, 776. emicuit per mille foramina sanguis Impius: ille oculis extremo errore solutis Labitur. *Val. Fl.* 6, 277. extremus cum lumina corripit error Voxque repressa gelu percussaque vertice tellus. [\**Burm.* ad *Op. Met.* 14, 198.] P [\*Confunduntur Error et horror. *Vid. Wagn.* ad *Amm. Marc.* 29, 5, 49. *Burm.* ad *Op. Met.* 14, 198. *Drak.* ad *Lic.* 39, 8, 4. — et terror. *Id.* ad *Lic.* 23, 30, 6. *Gron.* ad *Lic.* 10, 14, 20. *Burm.* ad *Op. Am.* 1, 2, 35. — et ardor. *Heins.* ad *Op. Am.* 1, 10, 9.]

ERUBESCENTIA, ae, f. verecundia, pudor. *Tertull.* ad *Nation.* 1, 16. Exemplum erubescens scelerum. Adde *Poenitent.* 10.

ERUBESCO, is, ubi, n. 3. ἔρubeσκω, rubens fio, rubore suffundor. *Op. Am.* 2, 8, 16. Vidi te totis erubuisse genis. *Id. Met.* 4, 329. pueri robur ora notavit Nescia quid sit amor: sed et erubuisse decebat. *Id. Pont.* 2, 1, 36. Saxaque roratis erubuisse rosis. P Translate est pudere, quia pudorem rubor oris sequitur. *Cic. Leg.* 1, 19. Erubescunt pudici etiam loqui de pudicitia. *Id. Fam.* 5, 12. Epistola enim non erubescit. *Id. Leg.* 1, 14. extr. O rem dignam, in qua etiam agrestes erubescant! *Val. Max.* 6, 2. sub f. Tam facetam audaciam Dionysius punire erubuit. *Curt.* 10, 5. a med. Quae Alexandro esse superstes erubuit. *Sen. Contr.* 2, 11. ante med. Necesse est, de aliis querar, de aliis erubescam. *Spart. Sev.* 15. Cum de sorore multum imperator erubesceret. P Cum abl. sine praepos. *Liv.* 40, 14. Non est res, qua erubescam, si etc. [\*ad quem loc. *vid. Drak.*] *Op. Met.* 5, 584. Dote corporis erubescere. *Id. Fast.* 2, 168. Erubuit falso virginis illa sono. *Curt.* 4, 5. Ubi paucitate suorum erubescendum sit. P Cum genit. *Curt.* 5, 5. Dignum esse omni malo, qui erubesceret fortunae. Al. rectius leg. *fortuita.* Nam et cum accusativo reperitur. *Prop.* 3, 12, 19. Inter quos Helene nudis capere arma papillis Fertur, nec fratres erubuisse Deos. *Sen. ep.* 95. ante med. Grammaticus non erubescit soloecismum, si sciens facit: erubescit, si nesciens. *Virg. A.* 2, 541. jura fidemque Supplicis erubuit, corpusque exsangue sepulcro Reddidit Hectorem, h. e. reveritus est, religiose servavit. Adde *Quint.* 6, 4. ante med., ubi tamen incerta est lectio. [\*ad quem locum alia exempla attulit *Burm.* p. 571.] *Cicero* quoque videtur active usurpasse. *N. D.* 1, 40. Se ne intelligere quidem ullum bonum, quod sit se junctum a voluptatibus: quas quidem non erubescens, persequitur omnes nominatim. *Id. Vatin.* 16. Cognati (te) respuunt, tribules exsecrantur, vicini metuunt, affines erubescunt. [\**Cfr. Burm.* ad *Op. Ib.* 352. ad *Prop.* 3, 12, 19. *Drak.* ad *Liv.* 40, 14, 1.] P Hinc partic. *erubescendus* significatione passiva. *Hor. Od.* 1, 27, 14. quae te cumque domat Venus, Non erubescendis adurit ignibus. [\**Val. Max.* 2, 7, 1. Erubescenda sentina. *Flor.* 2, 14, 13. Erubescenda causa belli. *Ib.* 3, 12, 3. Erubescendi anni.] P Cum dativo habet *Tertull.* *Testim. anim.* 1. extr. P Illud *Ter. Ad.* 4, 5, 9. Erubuit: *salva res est*, in proverbium abiit atque adhibetur ad significandam probitatem alieuius, tametsi quidpiam peccaverit. Nam qui male factis erubescit, ostendit se poenitere et damnare quae admisit, dum ea resciri ab aliis pudore suffunditur.

ERUCĀ, ae, f. ἔρουκα, genus vermis, qui in oleum folia repit, abroditque praesertim brassicas: a rodendo, vel a rugis, quia reptans se corrugat. *Colum.* 11, 3. sub f. et 10, 333. et *Plin.* 17, 24, 37, n. 7. P Est etiam herba Venerem excitans: ab urendo, quasi urica, vel ab erodendo, quia

linguam rodit acrimonia sua. *Col.* 10, 110. et 372. *Plin.* 19, 8, 44. *Juven.* 9, 134. *Mart.* 3, 75. et *Hor. Sat.* 2, 8, 51. [\**V. Heind.* ad h. l.] P Scribitur et *aeruca*.

ERUCTATIO, onis, f. actus eructandi. *Appul. de Mundo* p. 60, 40. Exhalatio terrenis eructationibus surgit. Adde *Firm. Math.* 4, 12. Ap. *Appul.* est qui minus recte legit *reluctationibus*.

ERUCTO, as, a. 1. ἔρρω, ructando aliquid ejicio, emitto: a ructo; sed aliqui censent, *eructo* simplex esse a Graeco ἔρρω, et ex eo ructo fieri per aphaeresin. *Festus* in *Erugere* docet esse verbum frequentativum. *Cic. Pis.* 6. Unde tu nos turpissime eructando ejecisti. *Virg. A.* 3, 632. de Polyph. saniam eructans ac frustra cruento Per somno commixta mero. [\**Heins.* ad *Op. Met.* 14, 211.] P Per translationem accipitur pro quovis modo ejicere. *Virg. A.* 6, 297. atque omnem Coeyto eructat arenam. [\**Varr. R. R.* 3, 14, 2. Eructant aquam mammillae in fontibus.] *Val. Fl.* 4, 345. rigidos eructat Bosphoros amnes. *Varr. R. R.* 1, 4. Si propter odorem, quem eructat, pestilentior est fundus. [\**Col. R. R.* 1, 5, 6. Eructare virus.] *Lucret.* 3, 1026. Tartarus horridos eructans faucibus aestus. P *Eructare se*, se emittere, erumpere se. *Athen. Perieg.* 345. Undique se totis eructent flumina terris. P *Absolute. Sen. Thyest.* 909. Resupinus ipse purpura atque auro incubat, Vino gravatum fulciens laeva caput, Eructat. Adde *Plin. Pan.* 49. P Translate. *Cic. Cat.* 2, 5. Accubantes in conviviis eructant sermonibus suis caedem bonorum, atque urbis incendia, h. e. inter ructandum meditantur, et jactant. P *Eructare* legitur a quibusdam apud *Tertull. Resurr. carn.* 32.

ERUCTUS, a, um, adj. *Gell.* 11, 7. Furfureum panem esitare, vinumque eructum et foetidum potare, h. e. impurum, faeculentum, sordidum, corruptum, quasi ructu et vomendo emissum, ab ἔρρω, eructo. Alii *erudum*, vel *eruptum* leg.

ERUDERATUS, a, um, part. ab *erudero*, ruderer purgatus, ut *Eruderatum* solum, *Varr. R. R.* 2, 2. P Translate. *Sid. ep.* 5, 15. Volumen de supervacuis sententis eruderatum.

ERUDERO, as, a. 1. ἔρρω, ruderibus expurgo. Translate. *Sid. ep.* 5, 7. Aures susurronum faece completas opportunitate salsi sermonis eruderat, h. e. expurgat. V. v. praec.

ERUDIBILIS, e, adj. qui erudiri potest. *Fulg. de contin. Virg.* p. 747. *Staver.* Neque enim eruditur, nisi quod erudibile nascitur. F.]

\*ERUDIMENTUM, i, n. *Interpr. Irenaei* 2, 30. B. A.

ERUDIO, is, ivi, et ii, itum, a. 4. παιδεύω, e rudi doctum facio, artibus expolio, instituo, ad humanitatem informo. *Cic. Off.* 1, 44. Studiosos dicendi erudire atque docere. *Id. Dio.* 2, 2. Docere atque erudire juventutem. *Id. Verr.* 2, 3, 69. Filios instituire atque erudire ad majorum instituta, atque civitatis disciplinam, non ad tua flagitia, neque ad tuas turpitudines debuisti. *Id. Fam.* 1, 7. extr. Lentulum, eximia spe adolescentem, cum ceteris artibus, tum in primis imitatione tui fac erudias. *Nep. Iph.* 2. Erudire exercitum omni disciplina militari. *Id. Att.* 1. filium omnibus doctrinis. [\*de patre qui filium non ipse instituit, sed erudiendum curavit. Cf. quae infra diximus. Etiam de matre, quae filiam artem aliquam docet. *Vid. Heins.* ad *Op. Fast.* 3, 294.] *Id. Them.* 10. Erudiri litteris et sermone Persarum. *Cic. Q. Fr.* 1, 1, 3. His in rebus jam te usus ipse erudit. *Id. Or.* 1, 59. extr. Oratorem erudire in jure civili. *Id. Tusc.* 2, 14. Laboribus erudiunt juventutem, venando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, aestuando. Et *ib.* 1, 26. Philosophia nos ad Deorum cultum, ad jus hominum, ad modestiam, magnitudinemque animi erudit. *Op. Her.* 1. sub f. natus, qui mollibus annis in patrias artes eruditus erat. *Id. Fast.* 3, 294. quae possint, erudit, arte capi. *Quint.* 2, 17. ad f. Gladiatores erudiri sub eodem magistro. *Suet. Caes.* 26. Tirones per lanistas in ludo erudire. [\*i. e. erudiendos curavit. Cf. *Ruhnck.* ad *Ter. Eun.* 1, 11, 37. Sic Graeci διδάσκω pro διδασκωσαν. V. *Heind.* ad *Plat. Prot.* 41.] *Cic. Fam.* 2, 12. Obviae mihi velim sint litterae tuae, quae me erudiant de omni republica. [\*i. e. quae me certiore faciant.] P Cum duobus accusativis. *Val. Fl.* 2, 49. nec me tantum Tritonia cursus Erudit; saepe ipsa manu dignata carinam. *Stat. Th.* 10, 506. Et quae te leges, praecceptaque fortia belli Erudit genitrix. P Cum infinito. *Op. Fast.* 3, 819. stantes radio percurrere telas Erudit. *Sil.* 11, 351. an tristia vincla, Et Decius non erudiunt componere mentem. *Plin.* 33, 11, 53. Erudita civitate amare etiam, non solum admirari opulentiam externam. P *Gerund. erudiendi* passiva significatione. [\*Accurate si rem expendis, gerundium non passive positum est. Rem docte explicuit. *Kritz. Schulzeitung* 1830. nro. 110.] *Just.* 17, 3. Athenas quoque erudiendi gratia missus; quanto doctior majoribus suis, tanto et gratior populo fuit. [\**Cf. Burm.* ad *Vell. Pat.* 2, 59.] P Translate. *Op. Am.* 1, 14, 30. Erudit admotas ipse capillus acus. *Id. Rem. Am.* 690. Ut flerent, oculos erudire suos. *Plin.* 34, 8, 19. n. 2. Polyeletus judicatur toreuticen sic erudisse, ut Phidias aperuisse. [\*i. e. absolutam perfectam, quae reddidisse.] P Part. *Erudiens* ap. *Cic. Fin.* 3, 2. Quod si facerem quasi te erudiens etc. *Erudiendus.* P [\*Confunduntur *Erudire* et *edere*. *Heins.* ad *Op. Fast.* 3, 294.]

[ERUDIS, e, adj. ab e, et rudis. *Not. Tir.* p. 123. Rudis, erudis. F.]

ERUDITE, adv. *Colum.* 1, 1. Volumina duo composita facietis et eruditus posteritati tradenda curavit. *Cic. Sen.* 1. Qui si eruditus videbitur disputare etc. *Id. Or.* 52. Litterae eruditissime scriptae. *Quint.* 1, 5. circa med. Illud eruditus quaeritur, an in singulis quoque verbis possit fieri soloecismus. *Gell.* 18, 5. extr. Erudite simul, et affabiliter dicere.

ERUDITIO, onis, f. παιδεία, actus erudiendi, institutio. *Quint.* 2, 3. ad f. Potiorem in scholis eruditionem esse, quam domi. *Cic. Q. Fr.* 3, 1, 4. extr. De ejus eruditione quod labores, nihil est, quoniam ingenium ejus nosti, studium ego video. P Item ipsa doctrina, quae eruditione acquiritur. *Cic. Or.* 2. in. Antonium omnis eruditionis expertem atque ignarum fuisse. *Id. Off.* 1, 33. Praeclara eruditione atque doctrina ornatus. *Id. Acad.* 1, 2. Quae sine eruditione Graeca intelligi non possunt. *Id. Tusc.* 1, 2. Summam eruditionem Graeci sitam censebant in nervorum vocatione et incoadite eruditionibus, lectionibusque variis feceramus. *eruditionibus*, quae ab aliis didicimus; *lectionibus*, quae ipsi legimus. *Vitr.* 1, 1. a med. Cum haec disciplina sit abundans eruditionibus variis ac pluribus. P In illo *Senecae ep.* 47. Libenter ex his, qui a te veniunt, cognovi, familiariter te cum servis tuis vivere: hoc prudentiam tuam, hoc eruditionem decet; *Lips.* sapientiam intelligit, Stoicorum lingua, qui rudes, stultos habebant: quod pluribus illustrat *Id. manu duct. ad Stoic. philosoph. dissert.* 2, 1.

ERUDITOR, oris, m. παιδευτής, qui erudit, doctor. *Hieron. vit. Hilarionis*, et *Tertull. Pall.* 4.

ERUDITRIX, icis, f. quae erudit. *Flor.* 2, 6. a med. Africa Annibalis eruditrix.

ERUDITULUS, a, um, dimin. eruditi. Translate Veneris peritus. *Catull.* 57, 7. Uno in lectulo erudituli ambo.

ERUDITUS, a, um, part. ab *erudio*, παιδευμένος, institutus, litteratus, doctus. Quomodo a docto differat, V. DOCTUS. Adde, quandoque *eruditum* opponi *artifici*; quatenus artifex eum significat, qui artem quampiam proficitur; eruditus contra eum, qui non omnino rudis est artis illius, sed ejus cognitione censetur, [\*i. e. *ein Mann vom Fach.*] Hinc *Don.* ad *Ter. Eun.* 5, 4, 19. Haec ergo artificibus, et eruditus, cetera spectatoribus poeta exhibet. *Cic. Fin.* 1, 7. extr. Vellem equidem, aut ipse doctrinis fuisset instructor (est enim non satis politus iis artibus, quas qui tenent, eruditi appellantur) aut ne deterruisset alios a studiis. *Id. Att.* 4, 16. a med. Mancipia litteris, aut musicis erudita. *Id. Q. Fr.* 1, 1, 7. extr. Homo doctrina, atque optimarum artium studiis eruditus. *Id. Or.* 3, 34. Homines Socraticis disputationibus eruditi. *Id. Tusc.* 1, 3. Oratorem celeriter complexi sumus: nec eum primo eruditum, aptum tamen ad dicendum: post autem eruditum. *Id. Or.* 1, 39. Scaevola eruditissimus disciplina juris civilis. *Id. Brut.* 82. Calvus orator, litteris eruditior, quam Curio. [\*Litteris eruditus opponitur ei qui experientia et usu aliquid percepit. *Cic. Font.* 15. Homines non litteris ad rei militaris scientiam, sed rebus gestis et victoriis eruditi. h. e. qui bellum gerere usu didicerunt.] *Id. Q. Fr.* 1, 1, 5. Graeci diuturna servitute ad nimiam assentationem eruditi. *Id. Balb.* 20. Marius stipendiis, et legationibus bellicis eruditus. *Id. Planc.* 9. Eruditus artificio simulationis. *Id. Fam.* 5, 14. Animus eruditus, qui semper aliquid ex se promit, quod alios delectet. *Quint.* 8, 6. *Vario Marte pugnatum est*, eruditus est sermo. *Gell.* 2, 21. Eruditus Graecas res. *hellenismus*. Sic 19, 12. sub f. Fiduciam peccandi imitatione falsa eruditus. P Cum infinito. *Tac. Agric.* 18. Eruditus utilia honestis miscere. P Est etiam Veneris peritus. *Auct. Priap.* 41. Inter eruditos Ficosissimus ambulet poetas. P Tribuitur et rebus inanimis. *Cic. prooem. Parad.* Alia est erudita, alia popularis oratio. Et *Parad.* 5, 2. Nos quoque oculos eruditus habemus. [\*h. e. qui iudicare possunt de picturis.] *Id. Att.* 12, 18. Quantum his temporibus tam eruditus fieri poterit. *Quint.* 10, 1. ante med. Illa Salustiana brevitatis, qua nihil apud aures vacuas atque eruditae potest esse perfectius. *Tac. A.* 16,



18. Petronius habebatur non ganeo, et profligator, sed erudito luxu, h. e. eleganti, [\*von feinem, ausgesuchtem Geschmack.] Colum. 8, 16. Docta et erudita palata fastidiunt fluviale lupum. P Eruditi absolute. Plin. 11, 37, 49. Cerebrum aliud esse, quam medullam, eruditi docent. Id. 20, 11, 44. Apud eruditos.

ERUDITUS, us, m. eruditio. In sexto casu singulari habet Tert. adv. Valent. 29.

ERUGATIO, onis, f. cutis extensio, rugis sublati. Plin. 28, 12, 50. Candorem, cutisque erugationem praestat.

ERUGO, as, a. 1. ἐρουσώω, est cutem extendere, et rugas tollere. Plin. 21, 19, 74. Lili radices erugant corpora. Id. 28, 12, 50. Cutem in facie erugari, et tenerescere, et candorem custodire, lacte asinino putant. Id. 13, 12, 26. Charta erugatur, atque extenditur malleo.

ERUGO, is, a. 3. ἐρύγω. Festus. Erugere semel factum significat quod eructare saepius. Illud enim perfectae formae est, hoc frequentativae.

ERVILIA, ae, f. ἔρβια, cicera minor, cicercula, genus leguminis folio longiore, quam ceterorum, grano rotundo. Col. 2, 14, Plin. 18, 7, 10, n. 5, Varr. R. R. 1, 32, ubi alii leg. Ervilia Seren. Samm. 585. resinas ex terebintho in speciem erviliae parvos glomerabis in orbis. Festus: Ervum et ervilia a Graeco sunt dicta, quia illi ervum ἔρβιον, ervilium ἔρβιον appellat. V. Pondera Oper. posth. T. I. p. 34.

ERUMPO, is, upi, uptum, n. 3. ἐρύπω, celeriter, vi, et cum impetu exeo, prorumpo. Cic. Catil. 2, 1. Abiit, excessit, evasit, erupit. Id. Verr. 2, 4, 48. Ignis, qui ex Aetnae vertice erumpunt. Plin. 6, 22, 24. Ex stagno duos annos erumpere. Ov. in Ib. 155. Stygiis erumpere nitar ab oris. Lucr. 6, 888. Erumpere foras. Caes. B. G. 3, 5. Signo dato et castris erumpere. Id. B. C. 3, 44. Ne quo loco erumpent Pompeiani, et nostros post tergum adorirentur. Sall. Jug. 104. Erumpere portis. Plin. 2, 52, 53. Fulmina terra erumpunt. Lucan. 6, 555. Erumpit sanguis jugulo. Sall. Cat. 44. Simul, caede et incendio percussis omnibus, ad Catilinam erumperent, h. e. ex Urbe ad Catilinam celeriter se conferrent. Curt. 6, 3. Ego vero ad penates meos, ad parentem, sororesque, vel renitentibus vobis, erumperem. Id. 3, 4. ad f. Ne occultus hostis in subeuntis erumperet. Id. 9, 9. Apes erumpunt ad pugnam. Sall. Jug. 107. Solus inter tela hostium vitabundus erumpit. Plin. 22, 6, 6. Erumpere per castra hostium, Id. 9, 8, 7. Delphini solent in terram erumpere. P Sumitur et simpliciter pro exire, emergere, nasci. Id. 13, 6, 12. Lentor resinosis et cortice erumpit. Id. 15, 14, 15. Geminum folium e latere erumpit. Id. 18, 7, 10, n. 2. Erumpit a primo satu hordeum die septimo, legumina quarto. Id. 23, 6, 60. Flosculi erumpentes. Sen. Brev. vit. 6. Cum verba eruperunt, affectus ad consuetudinem relabuntur. Plin. 11, 37, 64. Dentes erumpentes. Id. 20, 9, 40. Theodorus bulbis curat erumpentia in capite, h. e. ulcera erumpentia. P Translate. Cic. Sext. 4. Cum illa conjuratio ex latebris atque ex tenebris erupisset. Id. Sull. 24. Furorem incredibilem, biennio ante conceptum, erupisse in meo consulatu scripsi. Id. Cat. 1, 3. Si illustrantur, si erumpunt omnia. [\*i. e. patefiant omnia.] Id. Dom. 24. Erumpere in actum. Al. aliter leg. V. ACTUS, us. Quint. 11, 3. ante med. Dolore erumpunt lacrimae. Liv. 34, 61. Hoc mox in omnium perniciem erupturum est. Cic. Har. resp. 3. Videbam, erupturum illud malum ad perniciem civitatis. Suet. Ner. 27. Nulla dissimulandi cura, ad majora vitia palam erupit. [\*Plura exempla v. ap. Gron. ad Liv. 36, 7. Drak. ad Sil. Ital. 7, 355.] Cic. Mur. 23. Ut odia occulta civium in fortunam optimi cuiusque erumperent. [\*Cic. Mur. 38. Omnia in hos dies erumpunt. i. e. hoc potissimum tempore eveniunt mala.] Id. Phil. 10, 9. Erumpat aliquando vera, et me digna vox. Id. Att. 2, 20, a med. Haec quo sint eruptura timeo. Ter. Phorm. 2, 2, 11. Vereor, ne istaec fortitudo in nervum erumpat denique. Quint. 8, 3. Erumpere in aliquem voluntatis affectum. Et 11, 3. Vox elisa in illum sonum erumpit, qui etc. Just. 10, 2. Exacerbatus juvenis in jurgia patris erupit. Solin. 1. ad f. Atys Croesi filius, mutus ad id locorum, in vocem erupit vi timoris. Symm. ep. 4, 1. Prior in verba salutatoris erupi. Minuc. Fel. Oct. 41. Caecilius sic erupit. P Active pro emittere, effundere, cum accusativo. Ter. Eun. 3, 5, 2. Jamne erumpere hoc licet mihi gaudium? [\*Ruhnk. ad h. l.] Cic. Att. 16, 3. Ne in me stomachum erumpant, cum tibi sint irati. [\*i. e. ne in me iram effundant.] Id. Arat. 111. Aestiferos validis erumpit flatibus ignes. Liv. 36, 7. circa med. Ut erumpere diu coercitam iram in hostes communes posset. Al. leg. coercita ira. Petr. Sat. 124. Atque has erumpit furibundo pectore voces. Al. leg. inque has. Tibull. 4, 1, 86. Fontibus ut dulces erumpat terra liquores. [\*Gron. ad Liv. 36, 7. Burm. ad Suet. Aug. Tom. II.

14.] P Item pro exire, cum accusativo loci. Virg. A. 1, 584. jamdudum erumpere nubem Ardebant. Val. Fl. 5, 466. Admonet hic socios, nebulamque erumpit Iason. Ulp. Dig. 29, 5, 3. ante med. Erumpere vincula. Exeo quoque, et evado hac ratione usurpantur. Eandem exeundi vim, licet non cum accus., habet etiam in illo Quint. 4, 3. extr. Qui ex media probatione erumpit, cito ad id redire debet, unde devertit, h. e. qui in media confirmatione digressionem facit. Erumpere se est cum impetu exire, ea ratione, qua emergere se dicimus. Caes. B. C. 2, 14. Portis se foras erumpunt. Virg. G. 1, 445. media inter nubila sese Diversi erumpunt radii. Et ib. 4, 368. unde altus primum se erumpit Enipeus. fluvius Thess. Vat. ap. Non. 1, 222. Ventique frigido se ab axe cruperant. Adde Acc. ap. Non. 3, 235. et Lucr. 4, 1108. P Hinc passive. Lucr. 6, 581. incita cum vis Exagitata foras erumpitur. Scrib. Comp. 84. Sanguinem cogunt magis erumpi per vulnus. P Pro rumpere. Cato R. R. 157. Brassica tumida concoquit: eadem erumpit. Inscr., non optimae tamen notae, ap. Mur. 1013, 5. Si quis eruperit legem praeteriti (fortasse legendum est propositi) mei etc.

[ERUNCINO, as, a. 1. runcina erado: ex e, et runcino. Not. Tir. p. 157. Runcinat, eruncinat. F.]

ERUNCO, as, a. 1. ἐρουσώω, herbas noxias, et spinas, frutetaque exstirpo: ab e, et runco. Colum. 2, 11. Omnes alterius generis herbas eruncato. Id. 11, 3. post in. Eruncare areas.

ERÜO, is, ui, ütum, a. 3. ἐρύω, ἐρύωμαι, e-fodio, extraho: ab e, et ruo, quasi quae terra obruta sunt, terram amoliendo, educo. Cic. Fin. 4, 4. Qui sciet, ubi quidque positum sit, is, etiamsi quid obrutum erit, poterit eruere. Or. Am. 3, 8, 53. Aurum terra eruere. Vatin. ad Cic. Fam. 5, 9. extr. Profecto tibi illum reperiam, nisi si in Dalmatiam aufergerit: et inde tamen aliquando eruat. Plin. 28, 8, 29. Eruiere alicui oculum. [\*Burm. ad Vell. Pat. 2, 52. Sen. Ep. 99. Multis vitalia eruuntur, ad quem locum v. Gron.] Plin. 21, 11, 36. herbam radicitus. Virg. G. 1, 319. Venti eruunt segetem ab radicibus imis. Plin. 8, 30, 44. Eruit sepulchra hyaena, inquisitione corporum. Val. Fl. 5, 145. cubilia ferri. Et 6, 101. glaciem securi. Virg. A. 2, 611. Neptunus tridenti totam a sedibus urbem eruit. Sen. Troad. 663, et 685. Eruiere busta funditus. Or. Met. 12, 268. Figitur huic duplici Gryneus in lumina ramo, Eruierturque oculos, ex Graecorum usu. Et 476. jactanti talia Ceneus Extentum cursu missa latus eruit hasta, h. e. haurit, perfodit. P Translate. Cic. Or. 2, 34. Scrutari locos, ex quibus argumenta eruantur. Id. Agr. 1, 1. Indagare, invenire, et tenebris eruere. [\*Cic. ad Fam. 5, 10. Illum eruam, de servo fugitivo quem latentem alicubi se inventurum spondet.] Id. Mur. 7. Ex animalium vetustate eruenda est memoria nobilitatis tuae. Id. Or. 2, 41. Cura, et cogitatione eruere alicui. [\*Cic. Or. 2, 88. Memoriam eruere exercitatione, si nulla est naturalis, i. e. elicere usu.] Stat. Th. 3, 555. Eruiimus, quae prima dies, ubi terminus aevi, Quid bonus ille Deum genitor, quid ferrea Clotho Cogitet, h. e. inquiris, scrutamur. Sic Plin. 2, 46, 45. Ista plures sine praemio alio, quam posteros juvandi, eruerunt. [\*Liv. Ep. l. 102. Ea conjuratio industria Ciceronis eruta est, i. e. detecta, patefacta.] Sen. Troad. 580. Dolor pectore imo condita arca eruet, h. e. prodet, eliciet, manifesta reddet. [\*Item significat: eripere. Cic. ad Att. 12, 6. Fanum fieri volo neque hoc mihi erui potest, i. e. hoc eripi mihi non patiar, ich lasse es mir nicht ausreden. Porro tollere, diruere, propria significatione, ut in seqq.] Virg. A. 2, 4. Trojanas ut opes, et lamentabile regnum Eruerint Danai, h. e. diruerint, everterint. Tac. H. 4, 72. Eruiere civitatem, i. e. evertere. [\*Tac. A. 14, 16. Ut contraria adseverantium discordiae eruerentur, i. e. detegerentur ac frangerentur.] Stat. Th. 5, 75. Cura viris tumidos adversa Thracas in ora Eruiere, et saevam bello frangere gentem. P [\*Nota formam imperativi eruiro ap. Colum. R. R. 12, 58, 1. Radicem eruito mense Januario, ita Schneid. ex Cod.] P [Part. Eruturus ap. Justin. 5, 8. Negarunt se Spartani, ex duobus Graeciae oculis alterum eruturos. F.]

ERUPTIO, onis, f. ἐρύσις, ἔρσις, actus erumpendi, exitus. Plin. 24, 15, 86. Inhibere eruptiones sanguinis. Id. 8, 7, 7. Elephantii universi eruptionem tentaverunt, circumdati clathris ferreis. Id. 16, 10, 19. Omnia haec genera accensa carbonem repente expuunt, cum eruptionis crepitu. Id. 18, 17, 44. n. 1. Si cariosum fuit semen, cum sereretur, prima statim eruptione agnosceatur. P Saepe est verbum medicorum, quo significatur exitus pusularum, ulcerum, pituitae, et similium, quae alias exanthemata, tubercula, papulae, pustulae appellantur. Plin. 24, 9, 38. Oris ulcera et eruptiones sanare. Id. proem. 23, 5. Oenanthe siccata manantes capitis eruptiones. Id. 20, 7, 26. et ib. 8, 27. Eruptiones papularum. Et 26, 11, 73. pituitae. Et 28, 6, 18. in corpore

infantium. P Item militare, h. e. egressio subita militum ex oppido aut castris, aggrediendorum hostium causa, [\*ein Ausfall.] Liv. 3, 28. Per media castra eruptionem facere. Caes. B. G. 7, 24. Duabus portis ab utroque latere turrium eruptio fiebat. Et ib. 3, 5. Si, eruptione facta, extremum auxilium experirentur. Et 21. Eruptionem tentare. Et ib. 7, 24. Resistere eruptionibus. Adde Cic. Att. 7, 14., Liv. 26, 4., Nep. Thras. 4., Sall., Tac., Flor., Justin. Vellej. etc. P Item excursio. Caes. B. G. 7, 7. Magna coacta manu, eruptionem in provinciam facere contendit. P Translate. Sen. Clem. 1, 2. Eruptio vitiorum.

ERUPTOR, oris, m. qui erumpit, seu eruptionem facit. Ammian. 24, 5. Eruptores perterriti reverterunt.

ERUPTUS, a, um, part. ab erumpo, qui erupit, emissus. Lucr. 1, 724. de Aetna: Faucibus eruptos iterum vis evomat ignes. Stat. Th. 7, 683. Eruptusque sinus vicit ruor. Al. leg. erumpensque. Scrib. Comp. 84. Cum sanguis eruptus est. P [\*Confunduntur Eruptus et ereptus. Drak. ad Liv. 4, 32, 7.]

\*ERUSCUS, i, idem ac rubus. Appul. de herb. 87. B. A.

ERÜTUS, a, um, part. ab eruo. extractus, effossus, ἐρύωμαι. Cic. Div. 1, 27. extr. Mortuum erutum esse. Virg. A. 5, 449. radicibus eruta pinus. Hor. Epod. 5, 17. Sepulchris erutae caprificus. Ov. Fast. 1, 352. Sata eruta ore suis. Stat. Silv. 4, 7, 15. Fossor eruto concolor auro. Martial. 8, 28. Erythraeis eruta gemma vadis. Tac. A. 2, 69. Solo erutus. Or. Her. 5, 54. renis eruta canet aqua, h. e. convulsa, et ab imo agitata. Plin. 28, 8, 27. Dentes de sinistra parte eruti. Id. 25, 8, 50. Eruti oculi. P Item dirutus. Sil. 3, 213. Eruta convulsis prosternes oppida muris. P Translate. Ov. Fast. 1, 7. Sacra recognoscens annalibus eruta priscis. Plin. 18, 4, 5. Causa rerum et ratio eruta. Curt. 4, 14. Viros fortes nunquam ignorari: at imbelles ex latebris suis erutos, nihil praeter nomina afferre. Stat. Th. 10, 817. sedet eruta multo Ungue genas, ἄλγητος.

ERVUM, i, n. genus leguminis, siliqua cylindracea, fructu lignoso, quo armenta pinguescunt, ab ἔρβος, quod idem significat. Colum. 2, 11. ad f. Ervum laetatur loco macro, nec humido, quia luxuria plerumque corrumpitur. Virg. Ecl. 3, 100. Eheu quam pingui macer est mihi taurus in ervo! Al. leg. arvo, quod Pierius improbat. V. ERVILIA.

\*ERYANNOS, i, Asiae Minoris fluvius, in Aeolide, vel Mysia. Plin. 5, 30. B. A.

ERYCINUS, a, um, adj. ad Erycem montem, et oppidum pertinens. V. ERYX. Erycina dicta est Venus, quod in eo oppido nobile templum habuit. Cic. Verr. 2, 2, 8. Venus Erycina. Or. Her. 15, 57. Tu quoque, quae montes celebras, Erycina, Sicanos. Hor. Od. 1, 2, 33. Sive tu mavis, Erycina ridens. Stat. Silv. 1, 2, 159. Non secus alma Venus, quam si Paphon aequore ab alto, Idaliasque domos, Erycinaque templa subiret. Prop. 3, 11, 6. Et venit et rubro concha Erycina mari, h. e. concha, ex qua sunt margarita. Fabulantur autem, Venerem et mari natam, concha marina ad Cypri litus delatam esse. P Erycina, orum, sunt ejus oppidi cives. Plin. 3, 8, 14. P Erycina thapsos ap. Lucan. 9, 919. est ferulago, cujus copia in Sicilia in Eryce monte. P Videtur etiam Erycinus scriptum olim fuisse. Nam in nummo gentis Considae ap. Morell. Thesaur. Fam. R. exstat templum Veneris Erycinae, cui subest inscriptio ERUC.

[\*ERYCIUS CLARUS, nomen viri. Memorantur duo viri hujus nominis, quorum alter praefectus urbi fuit, ap. Spartian. Sev. 13. et ap. Gell. N. A. 6, 6. Diversos eos fuisse ostendit Heinecc. in Brisson. libro de verb. signif. s. v.]

ERYCUS, i, m. idem ac Eryx, mons Siciliae. Cic. Verr. 2, 2, 8. Qui Erycum montem obtinebat. Tac. A. 4, 43. Aedes Veneris, montem apud Erycum vetustate delapsa.

ERYMANTHAeus et Erymanthius, a, um, adj. Ἐρυμανθαῖος et Ἐρυμανθῖος, ab Erymantho; ut Erymanthius aper, Cic. Verr. 2, 4, 43. extr. Erymanthaeum monstrum. Val. Fl. 1, 374. Erymanthia mater, Stat. Th. 12, 805., h. e. Athalanta ex Tegea urbe Arcadiae, mater Parthenopaei ex Meleagro. P Scribitur et Erymantheus, Ἐρυμανθεός.

ERYMANTHIAS, adis, f. ab Erymantho, ut Erymanthiades Nymphæ, ap. Stat. Th. 4, 329.

ERYMANTHINUS, a, um, adj. Erymanthaeus, ut Herculi Erymanthino in nummo Postumi apud Hard. ad Plin. 6, 29, 35. Tab. 5. p. 344. et Eckhel. D. N. V. T. 7. p. 443.

ERYMANTHIS, idis, f. patronym. pro ipsa Arcadia. V. ERYMANTHUS. Or. Met. 2, 500. Ne xilibus plagis silvas Erymanthidos ambit. Al. rectius leg. Erymanthidas, ut sit adject. [\*V. Burm. ad h. l.] ut ap. eund. Trist. 1, 4, 1. custos Erymanthidos ursae, h. e. Arctophylax.

ERYMANTHIUS. V. ERYMANTHAEUS. ERYMANTHUS, i, m. Ἐρυμανθος, mons Peloponnesi in Arcadia, in cuius silvis Hercules aprum immanem ac furiosum interfecit. Martial. 11, 69, et Serv. ad illud A. 6, 802. Fixerit acripedem cervam licet, aut Erymanthi Placarit nemora. P. Item fluvius ex eo monte in Alpheum defluens. Plin. 4, 6, 10, Mela 2, 3. [V. Interpp. ad Ov. Met. 2, 244.] P. Est etiam fluvius in Perside, quo transmissio ex Arachosia in Oranganam iter est. Plin. 6, 23, 25. Amnis Erymanthus praefluens Parabestem Arachosiorum.

\*ERYMNAE, arum, Ἐρυμναί, Thessaliae oppidum, in Magnesia. Plin. 4, 9. B. A.

ERYNGE, es, f. et Eryngion, ii, n. ἔρυγγη, et ἔρυγγιον, herba est ex aculeatarum genere, dura, fruticosa, spinosis foliis, caule geniculato, cubitali et majore aliquanto, radice odorata. Plin. 22, 7, 8. et Scrib. Comp. 153. et 165. [Colum. R. R. 6, 5, 2. Eryngii radices foeniculi seminibus miscendae. Adde Veg. 4, 3, 7. 1, 17, 14.]

ERYSIMON, i, n. ἔρυσιμον, herba est in Asia, Graeciaque, inter frumenta connumerata, eademque cum ea, quam Latini irionem vocant, nisi pinguis esset. Plin. 18, 10, 22.

ERYSIPELAS, atis, n. ἔρυσιπέλας, ἔρυθροπέλας, morbus, cum super inflammationem rubor ulcus ambit, isque cum dolore procedit: ab ἔρυσι, traho, et πέλας, prope, qui attrahit partes vicinas: vel potius ab ἔρυθρος, ruber, et πέλας, aut πέλιος, niger, lividus, quia rubedini nonnihil alterius admixtum coloris. Cels. 5, 16. n. 31. et 33. ubi Graece, et ib. 28. n. 11. ubi Latine legitur.

\*ERYSISCEPTRUM, i, n. ἔρυσισκεπτρον, frutex, Inter odoramenta refert Plin. 24, 13, 69. Sed et frutex humilior, aequo spinosus, in Nisyro, et Rhodiorum insulis, quem alii erysisceptrum, alii adipastheon, sive diacheton vocant. Adde 12, 24, 52. V. ASPALATHUS. F. et B. A.]

[ERYSITHALES, is, f. ἔρυσιθάλης, herba flore luteo, foliis acanthi, bibiturque e vino. Plin. 26, 13, 85. F.]

ERYTHACE, es, f. ἔρυθάκη, alio nomine sandaraca, et cerinthus, quiddam est ex rore verno, et arborum succo conflatum, et ab apibus congestum, earum cibus dum operantur: saepe invenitur in favorum inanitatibus sepositus, amari saporis, ut Plin. 11, 7, 7. narrat. Varr. R. R. 3, 16. med. Erythacen vocant, quo favos extremos inter se conglutinant: quod est aliud melle, propoli: itaque in hoc vim esse illiciendi: quocirca examen ubi volunt considerare, eum ramum, aliamve quam rem oblinunt hoc, admixto apiastro. Haec Varro. P. Scribitur et erithace.

ERYTHEA, ae, f. Ἐρυθραία, insula in mari Gaditano, ex qua Geryoni armenta abduxit Hercules. Prop. 4, 9, 2. et Plin. 4, 22, 36, ubi addit, ita dictam esse, quia primi incolae ab Erythraeo mari orti ferebantur. Quidam volunt, fuisse Geryonis filiam, ex qua Mercurius Noracem genuit, quae insulae nomen dederit. P. Adjective. Sil. 16, 195. Herculeas Erythia ad litora Gades. Al. leg. Erythraea, eod. sensu.

ERYTHEIS, idis, f. patronym. ab Erythea. Ov. Fast. 5, 649. secumque boves Erytheida praedam Abstrahit. Et ib. 1, 543. Ecce boves illuc Erytheidas applicat heros.

ERYTHEOS et Erythius, a, um, adj. Ἐρυθραίος, ad Erytheam insulam pertinens. Sil. 16, 195. ipsas Gades Erytheas cognominat. Sunt enim, qui Erytheam, et Gades unam eandemque insulam faciunt.

ERYTHINUS, i, m. ἔρυθρινός, piscis marinus rubro colore: unde et rubellio Latine dicitur: ab ἔρυθρος, ruber. Ov. Halieut. 104. caeruleaque rubens erythinus in unda. Plin. 9, 16, 23. In quodam genere omnino non sunt mares, sicut in crythinis, et chanis. P. Est qui leg. Erythrinus.

ERYTHRAE, arum, f. plur. Ἐρυθραί, urbs Graeciae in Boeotia ad Cithaeronem montem. Plin. 4, 7, 12. Dites pecorum appellat Stat. Th. 7, 265. Dictae sunt ab Erythro filio Leuconis, Athamantis nepote. Pausan. in Eliacis. P. Item in Locride, in ora sinus Corinthiaci. Liv. 28, 8. P. Item Ioniae ad Aleum fluvium, inter Clazomenas et Teon, urbes. Plin. 31, 2, 10.

ERYTHRAEUS, a, um, adj. Ἐρυθραῖος, ad Erythras pertinens, ut Erythraea Sibylla, quae ex Erythris Ioniae fuisse dicitur. Cic. Div. 1, 18, item Varr. ap. Serv. ad A. 6, 36. ubi tamen non Erythras urbem, sed Erythram Asiae insulam nominat. Erythraea terra ap. Liv. 36, 45. et Erythraea absolute 44, 28. h. e. Erythrarum Ioniae. Erythraeae trimeses ab eisdem Erythris dictae, Id. 37, 11. et Erythraei, orum, ejusdem urbis cives, Id. 38, 39. [\*Drak. ad Liv. 37, 12, 10. et 44, 28, 12.] P. Haec vox Graece rubrum significat, ab ἔρυθρος, rubeus: unde Erythraeae ones dictae sunt a rutilo vellere, teste Plin. 8, 48, 76. Adde Colum. 7, 3. extr. [\*Adde 7, 2, 4. Nec minus Asia rutilos, quos vocant erythraeos.] Hinc etiam dictum putatur Erythraeum mare, qui est sinus Arabicus, nunc mar della Mecca, et mare rubrum: item sinus Persicus, ubi nunc golfo, aut mare

Arabicum, ἔρυθρὰ θάλασσα. De eo ita Plin. 6, 23, 28. Irrumpit deinde et in hac parte geminum mare in terras, quod Rubrum dixere nostri, Graeci Erythraeum, a rege Erythra, aut, ut alii, solis percussu talem reddi colorem existimantes: alii ab arena, terraque: alii tali aquae ipsius natura. Sed in duos dividitur sinus. Is qui ab oriente est, Persicus appellatur etc. Rursus altero ambitur sinu, Arabico nominato, etc. Curt. 8, 9. Mare, quo alluitur India, ne colore quidem abhorret a ceteris. Ab Erythra rege inditum est nomen, propter quod ignari rubere aquas credunt. Adde Mela 3, 8. a quo diligenter describitur. Martial. 10, 16. Quidquid Erythraea niger invenit Indus in alga, h. e. margarita, quorum ferax illud mare esse dicitur. Porro Indos nominat, quia Indus in sinum Persicum influit. Sic Id. 5, 37. et Stat. Silo. 4, 6, 18. Erythraei lapilli. Martial. 13, 100. Erythraeus dens, h. e. ebur, dens elephantis, quo Indi abundans. Stat. Th. 7, 566. Erythraeus victor ab oris Liber, h. e. ab India. Martial. 8, 26. Erythraei triumpho, h. e. quos egit Liber de victis Indis. Claud. IV. Cons. Hon. 563. Erythraei smaragdi, h. e. qui circa sinum Arabicum reperiuntur. P. Erythraeus color in mare ovium dicitur a Colum. 7, 2. extr. qui ad rubrum accedit.

ERYTHRAICON, i, n. ἔρυθράκιον, genus satyrii cortice rubeo: ab ἔρυθρος, ruber. Plin. 26, 10, 63.

ERYTHRANON, i, n. ἔρυθρανόν, genus hederarum, acinis rubentibus: ab ἔρυθρος, ruber. Plin. 16, 34, 62.

ERYTHRIUS, a, um, adj. Erythrius pulvis ap. Catull. 6, 206. sunt arenae Cyrenaicae: ab Erythro ejus regionis parte. Al. aliter leg.

ERYTHROCOMI Frondes, ἔρυθροκόμοι, h. e. rubrae, in quodam malorum granatorum genere: sic ut leucocomi, albae, in alio ejusdem pomi genere: ab ἔρυθρος, ruber, et λευκός, albus. Plin. 13, 19, 34.

ERYTHRODANUS, i, f. ἔρυθρόδανος, Latine rubia, herba est apta tingendis lanis, et coriis perficiendis. Plin. 24, 11, 56. Alia res erythrodanus, quam aliqui ereuthodanum vocant, nos rubiam.

ERYTHROS, a, um, adj. ἔρυθρος, ruber. Plin. 21, 31, 105. Hoc est venenum, quod appellavere erythron. P. Erythros rhus, semen est fruticis, qui rhus vocatur: a colore sic dictum. Plin. 24, 11, 55.

ERYX, ycis, m. Ἐρῦξ, nomen est magni excelsique montis, et oppidi in eo positi in Sicilia, in ora occidentali prope Drepanum. Ibi fuit nobile templum Veneris, quae inde Erycina dicta est. Nomen habuit ab Eryce Butae, sive Neptuni et Veneris filio, Siciliae rege, qui advenas caestibus provocabat, victosque perimebat: quo in certamine ab Hercule occisus fuit, atque in eo monte sepultus. Serv. ad A. 1, 574. ubi Erycis fines vocat Virg. ipsam Siciliam, et A. 5, 412. Erycem germanum Aeneae dicit, quia uterque Veneris filii.

ES

ESAIANUS, a, um, adj. ad Esaiam prophetam pertinens. Sulpic. Sever. epist. 2. ad Aurel. Esaiam supplicium.

\*ESAIAS, ae, m. Ἰσαίας, propheta V. T. a quibusdam dictus Evangelista. V. Augustin. T. 5. p. 1078. P. Vox trisyllaba Prud. Apoth. v. 663. (al. 595.) Date, pandite, librum Evomuit, spirante Deo, quem sanctus Esaias. Sed idem quatuor syllabis prima longa, altera brevi, tertia longa, Perist. carm. 5. v. 524. Secto Esaias proximum. Est iambicus dimeter. Sed fluctuat lectio. Tribus syllabis longis, vel forte prima longa, brevibus altera ac tertia, Tertull. adv. Marc. carm. 3. v. 163. Isaias locuples vates. B. A.

\*ESAR, Ἐσα, Aegyptiorum, qui Psammethicum fugerunt, oppidum, dierum duodecim itinere a Meroe distans, in quo produntur annis trecentis habitasse. Plin. 6, 30. B. A.

\*ESBONITĀ, ae, m. ad Esum vel Esebōn vel Hesebōn, pertinens, Arabiae urbem, nunc Esebōn, in cuius nummis apud Eckhel. D. N. V. T. 2. p. 503. ESBOT. P. Esonitae, arum, sunt incolae illius urbis. Plin. 5, 11, 12. Haec Catabanum et Esonitarum et Scenitarum Arabum vocatur. F. et B. A.]

ESCA, ae, f. ἔσκα, cibus: ab esum sup. verbi edo. Cic. N. D. 2, 23. Dii nec escis aut potionibus vescuntur. Et 64. Sus vero quid habet praeter escam? Ov. Am. 2, 19, 26. dulcis esca. Cic. Fin. 2, 28. Contemptissimae escae et potiones. Pl. Pers. 3, 1, 9. Libenter escis alienis studes. Hor. Sat. 2, 2, 27. Esca simplex. Et ib. 8, 5. Quae prima iratum ventrem placaverit esca. [\*Contra apud Col. R. 12, 1, 2. escae de bellariis, Näscherien. Villica ab escis remotissima, i. e. quae non liguriat.] Mart. 13, 87. Sanguine de nostro tinctas, ingratis, lacernas Induis: et, non est hoc satis, esca sumus. Murices loquuntur. Colum. 3, 2. Vitis vel ad escam vel ad effusionem deponitur. [\*Adde Col. 11, 2, 72. Ad escam serere fascolum.]

Varr. L. L. 4, 13. Mergus, quod mergendo in aquam captet escam. P. Escae maximae esse, ap. Pl. Men. 1, 1, 24. est multi cibi esse, large coenam parare. P. Saepae dicitur de cibo, quod projicitur avibus, feris et piscibus, decipiendi gratia, δέλω. Petr. Sat. 3. Sic eloquentiae magister, nisi tanquam piscator, eam imposuerit hamis escam, quam scierit appetituros esse pisciculos, sine spe praedae moratur in scopulo. Mart. 4, 56. Callida sic stultas decipit esca feras. Pl. Asin. 1, 3, 67. Aedis nobis est area, auceps sum ego, Esca est meretrix, lectus illex est, amatores aves. Cic. Sen. 13. Divine Plato escam malorum, voluptatem appellat, quod ea videlicet homines capiuntur, ut hamo pisces. P. [\*Item de cibo medicato. Veg. Art. vet. 4, 6, 1. Parvos coliculos decoques et ex oleo ac liquamine per os digerere, eamque escam jejuno dabis.] P. Translate. Liv. 25, 39. Pars semisomnes hostes caedunt: pars ignis escas, stramenta arida tectis injiciunt. Al. leg. ignes casis stramento arido. P. Escas in genit., ut familias, monetis, vias etc. Liv. in Odysse. ap. Prisc. 6. p. 679. Atque escas habemus mentionem.

ESCALIS, e, adj. ad escam pertinens. Modest. Dig. 33, 10, 8. An videretur et argentum escale et potorium legato contineri. V. CAPTOR.

\*ESCAMUS, i, Moesiae amnis. Plin. 3, 26.

ESCARIUS, a, um, adj. idem quod escalis. Plin. 36, 26, 67. Escaria vasa, quae escaria absolute Juven. 12, 46. appellat. Varr. L. L. 4, 25. escaria mensa. Paul. ex Festo: Escariae mensae quadratae vocantur, in quibus homines epulantur. Ulp. Dig. 34, 2, 20. post med. Si cui escarium argentum legatum sit, solum debetur quod ad epulandum in ministerio habuit, idest ad cibum et potum. Paul. ib. 33. Argento potorium vel escario legato. Id. ib. 33, 10, 3. Vitrea escaria et potoria. P. Item quod comeditur aut comedi potest. Plin. 14, 3, 4. n. 9. Escariae uvae. Pl. Men. 1, 1, 18. Istaec nimis lenta vincla sunt escaria: Quam magis extendas, tanto adstringunt artius, h. e. alienus cibus, quo parasi capiuntur.

[\*ESCARUS, i, genus piscis. Ex falsa, ut videtur, lectione hoc nomen ortum pro scarus. Vitium tamen satis antiquum, quod Isidor. 12, 6. Escarum pro scaro posuit et ab esca dictum finxit. Vid. Ulit. ad Ov. Halicut. 9.]

ESCATILIS, e, adj. escarius. Tertull. Poenit. 5. Post mannae escatitem pluviam. Adde advers. Marc. 1, 1.

ESCENDO, is, n. 3. [\*De origine vocis vide quae disputat Schneider. Elementarl. T. II. p. 552.] pro ascendo, usurpasse optimae notae auctores, sed in plerisque editionibus esse immutatum in ascendere, Grut., Gron. ad Liv. 2, 28. [\*Adde interpp. ad Liv. 8, 17, 11, 29. Oudend. ad Caes. B. G. 7, 27. ad Suet. Caes. 61. Ruhnk. ad Rut. Lup. p. 48. Cort. ad Lucan. 1, 212. Burm. ad Phaedr. 4, 21, 9. (fr. quae s. v. ASCENDERE dicta sunt.) et alii docti viri testantur. [\*Sed non possunt promiscue usurpari. Escendere est nostrum aufsteigen, quod tam propria quam metaphorica significatione locum habet, quum de altitudine et virium contentione agitur; ascendere est besteigen, editiorem aliquem locum consequi. Vid. qui accuratissime de hac re egit Schneider. Elementarlehre Tom. II. p. 552.] Itaque sic legendum censent ex MSS. apud Nep. Them. 8. Hic in navim omnibus ignotus escendit. et apud Cic. Off. 3, 20. Ut omnes simul in rostra post meridiem escenderent. Et Plaut. Mil. 4, 4, 14. Cum ex alto puteo ad summum escenderis. Pareus alia multa hujusmodi ex Varr., Ov., Caes., Sall., Gell. congerit in Lex. Crit. P. Item pro descendere. Liv. 8, 10. ad f. Ubi illud signum defossum erit, eo magistratum Romanum escendere, fas non esse. Al. leg. descendere. P. Et pro navi egredi. Liv. 29, 11. Legati Asiam petentes, Delphos cum escendissent. [\*Gron. ad Liv. 8, 17. haec habet: Memineris distinguere inter Escendere et descendere. Illud est sursum niti scandendo, hoc e navi descendere. Hanc sententiam probat Drakenb. ad Liv. 8, 17. Sed Schneider. l. d. recte animadvertit, exempla, quibus haec significatio adstruatur, valde dubia esse et bonos scriptores eo sensu egredi dixisse. P. Confunduntur saepissime a librariis Escendere et ascendere. V. supra et quae s. v. Ascendere dicta sunt. Passim etiam Escendere et excedere. Vid. Ruhnk. ad Rut. Lup. p. 48.]

\*ESCENSUS, a, um, partic. pass. ab escendo. Ammian. 16, 12. Escensis navigiis. B. A.

ESCENSUS, us, m. ascensus. In sexto casu sing. Tac. A. 13, 39. Capta escensu munimenta. [\*Cfr. Drak. ad Liv. 2, 28, 6. 34, 28, 2. Schneider. Elementarlehre Tom. II. p. 552.]

ESCHARĀ, ae, f. ἔσχαρα, crusta, quae ferro ardenti aut medicamento caustico cuti inducitur: item quae sponte sua ulceribus adnascitur. Graeca vox, quam Latine usurpat Coel. Aurel. Tard. 5, 1. ad f. P. [\*Eschara, proprie focus seu craticula. Mechanicis est in balista et testudine basis. V. Vitruv. 10, 17, 20. Causa appellationis a similitudine craticulae in foco. B. A.]

\*ESCHARITES, ae, m. ἔσχαριτης, panis genus,

de craticula sic dictum, apponi solitum sub coenae finem. Hinc *Plaut.* (ut aiunt, nesciente *Gesnero* quam bene) *Escharulas mulieres* appellat, de panificii ratione. Hujus panis meminit *Athenaeus* 3, 109. E. et 115. E. ed. *Casaub. Coel. Rhodig.* 20. *Pollux* 6, 11. B. A.

ESCHAROTICUS, a, um, adj. *εσχαρατικός*, escharam inducens. *Coel. Aurel. Tard.* 1, 1. extr.

\*ESCHATOCOLLION vel *Eschatocollon*, i, n. *εσχάτοκόλλιον*, *εσχάτοκόλλιον*, quasi tu dicas ultimam glutinationem, scheda s. pagina ultima in scapo chartae vel in libro, ut *protocollon* est prima. V. *Salmas. ad Vopisc. Firm.* p. 704. b., ubi suam *Martiali* epigr. 2, 6. lectionem restituit, nempe hanc: *Lectis vix tibi paginis duabus, Spectas eschatocollion, Severe*, i. e. ultimam plagulam et schedam. Legebatur antea *εσχάτοκόλλιον* et *εσχάτοκόλλιον*, quasi a *κόλλιον*, membrum, esset, non a *κόλλα*, gluten. B. A.

ESCIFER, a, um, adj. escam et cibum ferens. *Paul. Nol. carm.* 19, 223. Quamquam et ut *Eliam*, sic istum pascere posset, *Esciferas* volucres jejuna per avia mittens.

ESCIT pro *erit*, dictum est, *Festo* teste. *Lucr.* 1, 612. Ergo rerum inter summam minimamque quid escit? *Lex XII. Tab.* ap. *Gell.* 20, 1. Si morbus, aevitasve vitium escit. P. Hinc sunt *obescit* oberit, *superescit* supererit, apud *eund.* *Fest.*

ESCO, as, a. 1. escam peto aut vescor. *Solin.* 40. extr. *Ciconiae* serpentes escandi gratia insectantur.

\*ESCO, onis, oppidum *Vindeliciae*, ad *Licium* amnem, ubi nunc fere *Schonga*. *Tab. Peutinger.* B. A.

[ESCOLIMBUS, i, m. In *Inscr.* ap. *Mur.* 484, 3. mendose legitur *escolimbium a colo* constituit, quod legendum videtur et *colymbium a solo* constituit. V. *COLYMBUS*. F.]

\*ESCRIBO pro *Exscribo*. V. *Cort.* de usu orthogr. p. 78. *Schneider.* *Elementarl.* Tom. II. p. 553.]

\*ESCUA, ae, f. *Ἐσκουα*, oppidum *Hispaniae Baeticae*. *Plin.* 3, 1. B. A.

ESCUA, ae, f. dimin. ab *esca*. *Pl. Men.* 3, 1, 10. In dies qui singulas *esculas* edunt. *Plerique* omnes leg. *escas*.

ESCULENTUS, a, um, adj. *τροφίμος*, esui aptus. *Cic. N. D.* 2, 56. In ea parte oris, quae *esculentis* et *pucculentis* iter natura patefecit. *Id. Phil.* 2, 25. extr. Is vomens, frustis *esculentis* vinum redolentibus gremium suum et totum tribunal implevit. *Colum.* 11, 3. a. med. *Esculenta* merx. *Plin.* 8, 55, 81. *Innoxia* et *esculenta* animalia. *Gell.* 4, 1. a. med. *Penus*, est, quod *esculentum* aut *potulentum* est. [\**Ulp.* in *Dig.* 33, 9, 3, 2. *Penus* *esculenta*. *Id.* 3. *Esculenta* utrum ea, quae esse, an et ea per quae esse solemus.] *Hieron.* ep. 22. n. 11. Non posse a vino et *esculentioribus* cibis abstinere, h. e. *delicioribus* et *magis alibilibus*. *Plin.* 8, 25, 37. *Crocodilus* ore semper *esculento*, h. e. *cibi pleno*.

[\*ESCULPO pro *Exsculpo*. V. *Cort.* de usu orthogr. p. 78. *Schneider.* *Elementarl.* Tom. II. p. 553.]

ESCULUS cum derivatis. V. *AESCULUS*.

ESERNIA, etc. V. *AESERNIA*.

ESIT, quod est in *XII. Tab.* V. in *SUM*.

ESITATUS, a, um, part. ab *esito*, frequenter comesus. *Gell.* 4, 11. De *πνάμιο* non esitato.

ESITO, as, avi, atum, a. 1. *κατατρώγω*, frequentativum ab *esus* partic. verbi *edo*, ut *Gell.* 9, 6. docet: et fere consuetudinem edendi significat. *Pl. Capt.* 1, 2, 85. *Asper* meus victus sane est. *Par. sentesne* esitas? *Id. Pseud.* 3, 2, 40. Vel *duccenos* annos poterunt vivere *Meas* qui esitabant *escas*. *Plin.* 20, 9, 33. *Urina* ejus, qui brassicam esitaverit. *Cato R. R.* 157. *Lotium* ejus, qui brassicam esitarit. *Gell.* 4, 11. *Pythagoram* non esitavisse ex animalibus.

[ESOCINA, ae, f. stagnum, seu lacus, in quo *esoces* servantur. *Not. Tir.* p. 182. *Piscis*, *piscina*; *esox*, *esocina*. F.]

\*ESOPIA, sedilia *Festus* voce *Sesopia*, ubi vide. Etiam *Pl. Truc.* 2, 8, 5. Quo pacto *excludis* quae *esopiis* planius. Sic saltem *Meurs. Exerc. Crit.* 1, 4. et *Gutherl. de Saliis* p. 155. Sed *Gron.* legit Quo pacto *excludis*? quae *esopiis* planius. B. A.

[ESOR, oris, m. qui multum edit. *Front. de fer. Alsiens.* (ed. iterum *A. Maio* ep. 3. ante med. *Scimus* (*Hadrianum*) *prandiorum opimorum esorem* optimum fuisse. F.]

ESOX, ocis, m. *ἔσος*, genus *piscis*, qui in *Rheno* insigni magnitudine crescit, alii *ucium*, alii *salmonem* putant, alii *probabilius* eundem faciunt ac *Italonum stiorone*, qui et *attilus* dicitur. *Plin.* 9, 15, 17. *Silurus* in *Nilo*, *esox* in *Rheno*, *attilus* in *Pado* inertia pinguescens. Adde *Sulpic. Sever. Dial.* 3, 10. P. *Isoem* vocat *Isid. Orig.* 20, 2.

ESPECTO. V. in *EXSPECTO*.

ESPICIO pro *aspicio* quidam leg. ap. *Pl. Truc.* a. 5. v. 8. Si mihi *rides*, *espice*.

ESQUILIAE. V. *EXQUILIAE*.

[ESSĒDARIĀ, ae, f. quae *essedum* ducit. *Petr. Sat. fragm. Trag.* 45. *Burm.* *Mulier* *essedaria*. F.]

ESSĒDARIUS, ii, m. qui *essedum* regit, et miles, qui ex *essedo* pugnat: quam *pugnandi rationem* *Caes. B. G.* 4, 33. describit. *Cic. Fam.* 7, 6. In *Britannia* ne ab *essedariis* decipiariis, caveto. *Caes. B. G.* 5, 19. *Essedarios* ex *silvis* emittebat, et magno cum periculo *nostrorum equitum*, cum iis confligebat. P. *Gladiatores* quoque *fuere*, *essedarii* dicti, nempe e *curru* pugnantes. *Suet. Cal.* 35. et *Claud.* 21. [\**Loquitur* de iisdem. *Cic. Epp.* 7, 10. *Sext.* 59. ad quem loc. vide *Abram.*] P. Item qui *essedam* facit. *Inscr.* ap. *Mur.* 959, 8. C. *Julius Jucundus* *essedarius*.

ESSĒDONIUS, a, um, adj. ad *Essedones* pertinens. Sunt autem *Essedones*, *Ἰσσηδόνες*, populi *Scythiae* circa *paludem Maeotin*, *Colchis* contemini. *Val. Fl.* 6, 750. ubi *serus Iber*, *Essedoniae* quae *phalanges*. Adde *Plin.* 6, 7, 7. et *ib.* 17, 19.

ESSĒDUM, i, n. et *Essedā*, ae, f. *vehiculum*, *birotum Gallorum* et *Britannorum*, apud *Belgas* primo *reperitum*, *vehendis* quidem *hominibus*, *oneribus* aptum, sed a *Gallis* praecipue *Britannisque* *usurpatum* in bello, cum ex eo *pugnare* soliti essent: *cujus pugnae rationem* *Caes. B. G.* 4, 33. et *ib.* 5, 16. tradit. *Paulatim* transit ad *usum Romanorum*, tum ad *itineria*, tum *oneribus* *vehendis*. *Essedum* dictum videtur ab *αἶσσω*, cum impetu feror; hinc *Italonum aizzare*, instigo. *De la Cerda* vero ad *Virg. loc. mox citand.* ait, apud *Belgas* nunc quoque *hissem* esse *incitare* ad *cursum*: et *his* *essedum* esse *hessichdum*, quo *sermone* *etiamnum aurigae Belgici* utuntur. *Virg. G.* 3, 204. *Belgica* vel *molli* melius feret *essedam* collo, feret, inquit, non *trahet*, quia cum sint *binis tantum rotis instructa*, *partim* quidem *trahuntur* ab *equis*, *partim* tamen *etiam feruntur*. *Cic. Att.* 6, 1. ad f. *Venit* mihi *obviam* cum *duobus* *essedis*, et *rheda* *equis juncta*, et *lectica*, et *familia magna*. *Id. Phil.* 2, 24. *Vehebatur* in *essedo* *tribunus plebis*. (hoc dicit ad *reprehensionem*, quod *civis R. peregrino* *luxu*, et *externis vitae instrumentis* uteretur.) *Ov. Pont.* 2, 10, 33. *Seu* *rate caeruleas* *pecta* *sulcavimus undas*, *Esseda* nos *agilis* *sive tulere rota*. *Prop.* 2, 23, 43. *Curve* te in *Herculeum* *deportant* *essedam* *Tibur?* *Mart.* 10, 104. *Altam* *Bibilin*, et *tuum* *Salonem* *Quinto* *forsitan* *essedo* *videbis*, h. e. *quinto itineris die*. *Suet. Cal.* 51. *Essedo* *iter* *facere*. *Id. ib.* 26. *Quosdam* *summis honoribus* *functos* ad *essedum* *imperatoris* *per viginti passuum* *millia* *cucurrit*. *Sen. ep.* 56. In *his*, quae *me sine avocatione* *circumstrepunt*, *essedas* *transcurrentes* *pono*. [\**Vide* de *essedis* *Scheff.* de *veh.* 2, 23.] P. *De oneribus* *vehendis* *Sid.* ep. 4, 18. *Nulla* *sarraca*, *nulla* *essedam* *subvehendis* *oneribus* *attrahebantur*.

ESSENTIA, ae, f. *οὐσία*, *quōis*, *natura*, *ratio*. *Quint.* 8, 3. ante med. *Multa* *ex Graeco* *formata* *nova* *ac plurima* a *Sergio Flavio*, quorum *dura* *quaedam* *admodum* *videntur*, ut *ens* et *essentia*: quae *cur tantopere* *aspernemur*, *nihil* *video*: nisi *quod iniqui* *judices* *inter nos* *sumus*, *ideoque* *paupertate* *sermonis* *laboramus*. *Id.* 3, 6. ante med. *Ovōla*, quam *Flavius* *essentiam* *vocat*: *neque* *sane* *aliud* *est* *ejus* *nomen* *Latinum*. Et 2, 14. *Haec* *interpretatio* *non minus* *dura* *est*, quam *illa* *Flavii* *essentia*, atque *entia*. *Macr. Somn. Scip.* 1, 12. Et *haec* *est* *essentia*, quam *individuum*, eandem *quae* *dividuum* *Plato* in *Timaeo* *expressit*. Et 2, 14. a. med. *Si* *animae* *essentia* *motus* *esset*, etc. *Appul. Dogm. Plat.* 1. *Tis* *οὐσίας*, quas *essentias* *dicimus*, *duas* *esse* *ait*. P. *Cicero* *pro* *essentia* *fere naturam* *dixit*: *aliquando* *tamen* *et* *illa* *voce* *usit* *est*, teste *Seneca*, qui *ep.* 58. *Cupio*, *inquit*, *si* *neri* *potest* *propitiis* *auribus* *tuis*, *essentiam* *dicere*: *sin* *minus*, *dicam* *et* *iratis*. *Ciceronem* *auctorem* *hujus* *verbi* *habeo*, *puto* *locupletem*: *si* *recentiorum* *quaeris*, *Fabianum*, *disertum* *et* *elegantem*, *orationis* *ad* *nostrum* *fastidium* *nitidae*. *Quid* *enim* *fiet*, *mi* *Lucili?* *quomodo* *diceret* *οὐσία*, *res* *necessaria*, *naturam* *contingens*, *fundamentum* *omnium?* *Rogo* *itaque*, *permittas* *mihi* *hoc* *verbo* *uti*. *Haec* *Seneca*, qui *quem* *laudat* *Fabianum*, *idem* *est* *cum* *Flavio* *Quintiliani*, nempe *Ser. Flavii* *Papirii* *Fabianus*. At *Spaldingius* *ad* *Quint.* l. c. *contendit*, *pro* *Sergio* *Flavio* *legendum* *Verginio* *Flavo*, quem *nempe* *laudat* *etiam* *Tac.* A. 15, 71. *Etiam* *Sidon.* *ep. praef. carm.* 14. ad f. *Lecturus* *es* *hic* *etiam* *novum* *verbum*, *idest* *essentiam*: *sed* *scias* *hoc* *ipsum* *dixisse* *Ciceronem*, *nam* *essentiam*, *neque* *indoloriam* *nominavit* *addens*: *licet* *enim* *novis* *rebus* *nova* *nomina* *imponere*, *et* *recte* *dixit*. *Nam* *sicut* *ab* *eo*, *quod* *est*, *v. gr.* *sapere* *et* *intelligere*, *sapientiam* *et* *intelligentiam* *nominamus*; *regulariter* *et* *ab* *eo*, *quod* *est*, *essentiam* *non* *tacemus*, *et* *in* *ipso* *carm.* 102. *Invenit* *hic* (*Plato*) *princeps* *quid* *prima* *essentia* *distet* *A* *summo* *sextoque* *bono*.

ESSENTIALITER, adv. *οὐσιωδῶς*, secundum *essentiam*. *August. de Trin.* 7, 2. *Sapientia* *essentialiter* *intelligitur*.

[ESTIA, ae, f. *ἔστια*, *domus*, *focus*, *Lar*. *Est* *etiam* *cognomen* *masculinum* *Romanum*. *Inscr.* ap. *Maff. Mus. Ver.* 262, 8. *L. Vibius* *Estia*. *Hic*

more *Latinis* *usitato* *aspiratio* *Graecorum* *excidit*. F.] P. *\*Estia*, ae, *palus* *grandis* in *Germania*. *Mela* 3, 3. med. B. A.

ESTRIX, icis, f. quae edit plurimum. *Pl. Cas.* 4, 1, 17. *Illae* *autem* *senem* *cupiunt* *extrudere* *incoenam* *ex* *aedibus*, *ut* *ipsae* *solae* *ventres* *distendant* *suos*. *Novi* *ego* *illas* *ambas* *estrices*.

ESTUR. V. in *EDO*.

\*ESUBIANI, orum, m. *populi Alpini*, de quibus *Plin.* 3, 20. B. A.

\*ESUBOPES, is, m. *rex Colchorum* *fuit*, qui *terram* *virginem* *nactus*, *plurimum* *auri* *et* *argenti* *eruisse* *dicitur* *in* *gente* *Suanorum*, *et* *alioquin* *velleribus* *aureis* *inclito* *regno*. *Sed* *et* *illius* *aureae* *camerae*, *et* *argenteae* *trabes* *narrantur*, *et* *columnae* *atque* *parastatae*, *victo* *Sesostre* *Aegypti* *rege*, *tam* *superbo*, *ut* *prodatur* *annis* *quibusque* *sorte* *reges* *singulos* *e* *subjectis* *jungere* *ad* *currum* *solitus*, *sicque* *triumphare*. *Haec* *Plin.* 33, 3. B. A.

\*ESULA, ae, f. *oppidum* *inter* *Tibur* *et* *Praeneste*. *Hor. Od.* 3, 29, 6. B. A.

ESURIĀLIS, e, adj. ad *esuriendum* *pertinens*. *Joculariter* *parasitus* *ap. Pl. Capt.* 3, 1, 8. *esuriāles* *ferias* *vocat* *dies*, quibus *ad* *coenam* *vocatur* *a* *nemine*, *et* *esurire* *cogitur*: *quemadmodum* *dicuntur* *feriae novendiales, denicales*, etc. *Front. de fer. Alsiens.* (ed. iterum *A. Maio*) ep. 3. *Numquid* *tu* *esuriales* *ferias* *celebras?*

ESURIENTER, adv. *Appul. Met.* 10. p. 246. *Esurienter* *escas* *appetere*.

ESURIES, ei, actus *esuriendi*, *esuritus*, *esurigo*, *πειρα*. *Plin.* 12, 7, 14. *Cui* *in* *appetenda* *aviditate*, *esurie* *non* *fuit* *satis*. *Al. rectius* *leg. esurire*. *Hieron.* ep. 125. n. 33. *Quos* *nec* *esuries* *aliquando*, *nec* *saturitas* *superavit*. P. *Item* *universim* *inopia*, *paupertas*, *ex* *quibus* *esuries* *est*. *Coel.* ad *Cic. Fam.* 8, 1. sub f. *Ut* *ego* *misereretur* *ejus* *esurie*. P. *Translate*. *Sid.* ep. 6, 6. *Avidam* *nostrae* *ignorantiae* *pascat* *esurium*.

ESURIGO, inis, f. *idem* *ac* *esuries*. *Varr.* ap. *Non.* 2, 291. *Quod* *esurigo* *findebat* *costas*.

ESURIO, is, ivi, itum, n. 4. *πείρω*, *cupio* *edere*, *cibum* *appeto*, *fame* *premor*. *Coel.* ad *Cic. Fam.* 8, 17. extr. *Nostri* *valde* *depugnare*, *et* *facile* *algere*, *et* *esurire* *consuerunt*. *Pl. Stich.* 1, 3, 65. *Ridiculus* *aeque* *nullus* *est*, *quam* *dum* *esurit*. *Hor. Sat.* 1, 3, 92. *positum* *ante* *mea* *quia* *pullum* *in* *parte* *catini* *Sustulit* *esuriens*, *minus* *hoc* *jucundus* *amicus* *Sit* *mihi?* *Cic. Verr.* 2, 5, 34. *Ecce* *autem*, *ebrio* *Cleomene*, *esurientibus* *ceteris*, *nunciatur* *etc.* *Juven.* 3, 78. *Graeculus* *esuriens*, *in* *coelum* *jusseris*, *ibit*. *Ter. Heaut.* 5, 2, 28. *Spes* *est*, *nos* *esuritu* *satis*. P. *Passive*. *Ov. Pont.* 1, 10, 9. *Quod* *mare*, *quod* *tellus*, *appone*, *quod* *educat* *aer*; *Nil* *ibi*, *quod* *nobis* *esuriatur*, *erit*, h. e. *quod* *a* *me* *appetatur*. P. *Translate* *est* *avide* *appetere*, *concupiscere*. *Curt.* 7, 8. *Quid* *tibi* *divitiis* *opus* *est*, *quae* *te* *esurire* *cogunt?* *Plin.* 33, 10, 47. *Nisi* *totum* *Parthorum* *esurisset* *aurum*. *Id.* 17, 2, 2. *Arbores* *fetu* *exinanitas* *naturale* *est* *avide* *esurire*. *Id.* 9, 39, 64. *de* *conchylio*. *Sic* *gignitur* *laudatus* *ille* *pallor*, *saturitate* *fraudata*; *tantoque* *dilutior*, *quanto* *magis* *vellera* *esuriunt*. P. *Futurum* *in* *ibo* *in* *haec* *conjugatione* *frequens* *est* *apud* *veteres*. *Pomp.* ap. *Non.* 7, 90. *Non* *esuribus* *diutius*. *Novius* *ib.* *Mihi* *algebo*, *et* *mihi* *esuribo*. P. *Significat* *interdum* *esitare*, *saepe* *comedere*. *Plin.* 11, 54, 118. *Esuriendi* *semper* *inexplebilis* *aviditas* *animalium* *unicuique*.

ESURIO, onis, m. *πείρωτος*, qui *esurit*. *Joculariter* *loquitur* *parasitus*, *cui* *nomen* *est* *Saturio*, *ap. Pl. Pers.* 1, 3, 23. *To.* *O* *Saturio*, *opportune* *advenis* *mihi*. *Sa.* *Mendacium* *edepol* *dicis*, *atque* *haud* *te* *deceat*: *Nam* *esurio* *venio*, *non* *advenio* *Saturio*. *Petr. fr. Trag.* 44. *Burm.* *Et* *quomodo* *siccitas* *perseverat!* *jam* *annum* *esurio* *fui*. *Ita* *locum* *interpungendum* *putat* *Franc. Oriolius*.

\*ESURIS, oppidum *Hispaniae Baeticae*. *Anton. Itin.* B. A.

ESURITIO, onis, f. *idem* *ac* *esuries*. *Gell.* 16, 3. *Esuritionem* *faciunt* *inanes* *patentesque* *intestinatorum* *fibrae*. *Id. ib.* *Ventris* *compressione* *esuritionem* *posse* *depelli*, *creditum* *est*. *Catull.* 23, 12. *Atqui* *corpora* *sicciora* *cornu*, *Sole*, *et*

ptum est *Esus*, videsis ap. *Mar.* 1066. *tab. 2. n. 2.* Ex *Caes. B. G.* 6, 17. constat, Gallos Apollinem morborum depulsores venerari; et ex *Lucan.* 1, 445, et *Lact.* 1, 21. *Esus* humano sanguine placare solitos fuisse. P. Scribitur et *Hesus*.

## ET

ET, *ετι*, *τε*, atque, ac, conjunctio copulativa: a Graeco *ετι*, etiam, deinde per apocopen *ε*. [De eo quod nobis agendum esse putaverimus in hac particula et iis quae sequuntur, conferas velim, ne plura quam quae ipsi praestare voluerimus a nobis expectes, quae s. p. *enim* diximus. Ceterum multa docte de hac part. tradit *Ramsh. Gr. Lat.* §. 188. quem utique evolvas.] *Cic. Or.* 1, 3. Quis ignorat, quam recondita in arte, et multiplici subtilique versentur? *Id. Cat.* 2, 5. Frigore, et fame, et siti, ac vigiliis perferendis. *Id. Dom.* 28. Populi R. populorumque, et gentium omnium. *Id. ad Planc.* post ep. 16. l. 16. ad *Att.* Rogo te, et etiam oro, ut etc. *Prop.* 2, 7, 69. Sed vobis facile est verba, et componere fraudes. P. [Notandum part. et nonnunquam diversos casus jungere. *Liv.* 2, 18, 7. M. Valerium, spectatae virtutis et consularem virum, ubi v. *Drak.* Interdum etiam ponitur ad jungendam diversae structurae orationem. *Liv.* 36, 31, 7. Diophanes Quintio occurrit; et dimittere exercitum jussit: pro: qui jussit. V. *Drak.* ad h. l., ad 45, 6, 2. *Duker.* ad *Liv.* 28, 12, 13.] P. Postponitur nonnunquam ut *que.* *Virg. Ecl.* 2, 10. Thestylis et rapido etc. *Et A.* 4, 418. Puppibus et laeti nautae etc. *Suet. Gramm.* 21. Quare cito manumissus, Augusto et insinuat. P. Sententiae inchoandae aliquando inserunt. *Ter. Phorm.* 1, 3, 19. Et si tibi res sit cum eo lenone, quocum mihi est, tum sentias. Ubi *Donat.* Et modo non connexiva, sed inceptiva conjunctio est. Al. leg. *Quod si.* *Quint.* 1, 9. Et finitae quidem sunt partes duae, quas haec professio pollicetur. *Cels. praef. a med.* Et quidam methodici saeculi nostri contendunt etc. [Saepe et, quum in initio positum est, vim habet affirmandi, *profecto.* *Ruhnk. ad Vell.* 2, 4. *Goerenz.* ad *Cic. Legg.* 2, 3, 7, 3, 10, 24. P. Saepe explicandi vim habet, et idem fere valet atque *id est.* *Cic. Tusc.* 2, 4. Qui obtemperet ipse sibi et decretis suis pareat. V. *Goerenz.* ad *Acad.* 1, 5. *Beier.* ad *Off.* 1, 10. P. Porro et, ut ac, saepe colligendi et comprehendendi vim habet. *Cic. Acad.* 2, 27. Quanto artificio esset sensus nostrorum mentemque, et totam constructionem hominis fabricata natura, h. e. ut uno verbo dicam totam constructionem hominis. V. *Goerenz.* ad h. l. P. Interdum ita ponitur, ut indicet eam rem, quae per eam cum anteced. copulatur, actam esse atque duravisse per totum illud temporis spatium, quo prior illa agebatur; quo sensu plerumque part. cum substituere licet. *Tac. H.* 2, 68. Interim — insinulatur; et ruebat ad convivium miles. i. e. quo tempore etiam miles etc. *A.* 4, 23. Jam tres laureatae in urbe statuae, et adhuc raptabat Africam Tacfarinas. i. e. cum adhuc rapt. V. *Boettich. Lex. Tac.* P. Interdum sine necessitate, elegantiae causa, repetitur. *Cic. Off.* 1, 30. ad f. Quod in Catulo et in patre, et in filio, idemque in Q. Mucio Mancina vidimus. *Pl. Amph.* 2, 2, 91. Enimvero praegnantis oportet et malum, et malum dari, ubi luditur in ambiguo poni, et mali. P. [Interdum praecedenti et respondet sequens *que.* *Cic. Tusc.* 1, 2. Et Epaminondas fidibus cecinisse dicitur, Themistoclesque, quum recusasset lyram, habitus est indoctor. V. *Drak.* ad *Liv.* 29, 12, 5. *Heind.* ad *Hor. Sat.* 1, 3, 139.] P. Interdum sequitur negativa particula; interdum praecedit. *Cic. Fl.* 20. Qui et rem agnoscit, neque hominem ignorat. *Id. Tusc.* 1, 24. Neque nata est, et aeterna est. *Id. Fam.* 10, 1. ad f. Nec miror, et gaudeo. [Exempla part. et sequente neque dant *Goerenz.* ad *Cic. Legg.* p. 15. *Beier.* ad *Off.* 3, 4. De neque — et v. *Matth.* ad *Cic. Sull.* 5. P. Post enuntiationem negativam et saepe poni pro *sed.* *Nep. Paus.* 3. Non putabant oportere judicari, et expectandum, dum se ipsa res aperiret. ad quem loc. vid. *Bremi.* Idem fit licet non praecedat enuntiatio negativa. *Cic. Tusc.* 1, 3, 6. Fieri autem potest, ut recte quis sentiat, et id, quod sentit, polite eloqui non possit.] P. Et quidem vim habet augendi. *Cic. Phil.* 2, 17. Duo millia jugerum rhetori assignasti, et quidem immunia. P. Etiam omisso quidem eandem habet sententiam. *Cic. Cat.* 2, 8. Sed cur tandem de uno hoste loquimur: et de eo hoste, qui jam fatetur, se esse hostem? [V. *Beier.* ad *Cic. Off.* 2, 16.] P. Et quidem ad declarandum. *Id. Att.* 14, 11. ad f. Modo venit Octavius, et quidem in villam Pompeii. P. [Junguntur quoque et item. *Ter. Ad.* 2, 22. Complures et item hinc alia. *Ruhnk.* ad *Andr.* 1, 1, 50.] P. Item ad comparandum. *Id. Phil.* 11, 4. Cruciatu est a Dolabella Trebonius: et quidem a Carthaginiensibus Regulus. i. e. pari modo. P. Et, et quidem habet etiam vim adversandi, pro at, atque, tamen. *Cic. Leg.* 3, 10. At aliquando incenditur:

et quidem saepe sedatur. *Id. Sen.* 9. Omnino canorum illud in voce splendescit etiam, nescio quo pacto, in senectute: quod equidem adhuc non amisi: et videtis annos meos. *Hor. Sat.* 2, 1, 23. Cum sibi quisque timet, quamquam est intactus, et odit. *Quint.* 6, 3. circa *med.* Quamvis reus sum, et panem candidum edo. P. Et quidem, et vero sunt affirmantis. *Cic. Am.* 21. a *med.* Rarum genus: et quidem omnia praeclara rara. *Id. ad Planc.* 2. post ep. 16. l. 16. ad *Att.* Saepe praesens et illi ostendisti, et vero etiam mihi. P. Et omisso quidem, aut vero. *Quint.* 11, 2. Partem ab iis petere jubebatur: et persolverunt. [Cic. *Tusc.* 3, 20. At laudat, et saepe, virtutem. *Mil.* 25. Te enim appello, et ea voce, ut me exaudire possis, ubi *Matth.* laudat *Heusing.* ad *Off.* 3, 33. *Cort.* ad *Cic. epp.* 11, 29. *Ruhnk.* ad *Vell.* 2, 60. Adde *Beier.* ad *Off.* 2, 16.] P. Saepe ponitur pro etiam. *Cic. Off.* 3, 6. Verum autem primum; verum igitur et extremum. *Id. Att.* 7, 26. Pueri in Formiano videntur hiematuri: num et ego, nescio. [Verum tenendum a Cicerone in media sententia rarissime poni et pro etiam. In plurimis locis enim, in quibus hac vi praeditum legitur, vel codd. inter se dissentiant vel oratio est *αναολογος.* V. *Creuzer.* ad *Cic. N. D.* 1, 39. *Beier.* ad *Off.* 3, 6, 27. *Matth.* ad *Cic. Sext.* 59. De aliis scriptoribus v. *Drak.* ad *Liv.* 5, 26, 10. 23, 42, 13. 43, 14, 2. *Boett. Lex. Tac.* s. v.] Adde *Virg. A.* 2, 436. P. Et quoque interjecto verbo, plethasmus est. *Nep. Ages.* 6. Agesilaus laudavit consilium adolescentulorum, et se id quoque fieri debere animadvertisse. *Liv.* 41, 24. ad f. Ne interdictione finium nostrorum et nos quoque regno arceamus. *Cels. praef. ad f.* Et causae quoque aestimatio saepe morbum solvit. *Colum. praef. l.* 12. extr. Quoniam et villici quoque successerunt in locum dominorum. [Alia exempla v. ap. *Drak.* ad *Liv. Epit.* 82. *Ruhnk.* ad *Vell.* 1, 17. P. Sic junguntur quoque et etiam. *Varr. R. R.* 2, 4, 10. Et etiam Graeci. *Id.* 1, 48, 1. Et etiam primitivum cum spica oritur.] P. Et pro etiam emphasis quandam habet in his: *Cic. Deiot.* 10. Calamitosis Deiotarus, qui et ab eo, qui in iisdem castris fuerit, non modo apud te, sed etiam a suis accusetur. *Prop.* 3, 9, 29. de Cleopatra. Et modo quae nostris opprobria vexerat armis, Et famulos inter femina trita suos. Adde *Val. Fl.* 8, 434. P. Repetitur etiam et autem interposito verbo. *Plin.* 15, 22, 24. Et haec autem Vitellius in Italiam primus intulit. Et 16, 27, 49. Et caprifici autem ab adversis foliis nascuntur. P. Et indignantis, aut admirantis. *Cic. Mil.* 33. a *med.* Et sunt qui de via Appia querantur, taceant de curia! *Id. Manil.* 14. extr. Et quisquam dubitabit, quin etc. Adde *Virg. A.* 6, 807. [Imprimis obtinet hic usus in interrogatiombus. V. *Gron.* ad *Sen. Contr.* 11.] P. Post adjectiva diversitatis ponitur loco particulae quam. *Cic. Coel.* 28. ad f. Lux longe alia est solis, et lychnorum. [Vid. quae de hac re s. v. ac a Voigtlaendero allata sunt. P. Et aliquando post non tam pro quam ponitur. *Ulp.* in *Dig.* 24, 1, 33, 1. Non tam solenne est annum, quod maritus uxori pendit, et quod uxor marito praestat.] Pro insuper, praeterea. *Tac. A.* 4, 34. Id perniciabile reo, et Caesar truci vultu defensionem accipiens. P. Interdum omittitur. *Cic. Fam.* 4, 28. a *med.* Ut ipse iudices, homini te gratissimo, jucundissimo benigne fecisse. Et 24. ad f. Peto a te, ut cum tuis officiis, liberalitate complectare. [Quod fit ad orationem nervosiorum reddendam. Librarii hoc genus dicendi non intelligentes saepe addiderunt et. V. *Wund. Var. Lectt. Cod. Erf.* p. XXIX. P. Confunduntur a librariis et et. V. *Ruhnk.* ad *Vell. Pat.* 2, 15. *Drak.* ad *Liv.* 21, 28, 8. — et at. *Drak.* ad *Liv.* 36, 35, 7. — et e. *Id.* ad *Liv.* 40, 26, 7. — et ea. *Id.* ad *Liv.* 3, 31, 4. — et est. *Id.* ad *Liv.* 7, 40, 1. — et etiam. *Id.* ad *Liv.* 22, 47, 9. — et enim. *Id.* ad *Liv.* 33, 50, 7. — et ex. *Id.* ad *Liv.* 26, 45, 1. — et sed. *Id.* ad *Liv.* 21, 26, 6. 35, 11, 3. 40, 58, 1. — et per. *Or. Am.* 1, 8, 114. Saepissime a praecedente aliqua voce absorpta est. Multa exempla v. ap. *Drak.*]

\*ETAXALOS, i, insula prope Aeoliam. *Plin.* 6, 28. B. A.

\*ETEA, ae, f. *Ursula*, oppidum Cretae. *Plin.* 4, 12. ed. *Hard.* Antea legebatur *Elaea*. B. A.

ETENIM, *καὶ γάρ*, nam, enim, conjunctio causalis, quae fere initio ponitur. [Etenim et enim ita sunt diversa, ut hoc solum inserviat reddendae rationi praecedentis sententiae, illud adjunctam etiam habeat vim copulativam. Ceterum cf. de hac part. agentem *Ramsh. Gr. §.* 191.] *Cic. Brut.* 6. Etenim dicere bene nemo potest, nisi qui prudenter intelligit. *Id. Verr.* 2, 3, 20. extr. Etenim, quoniam numerum injuriarum non possum exponere, genera ipsa cognoscite. *Id. Rabir. perduell. in f.* Etenim si Scaevae servo libertas data est, etc. *Nep. Eun.* 3. Etenim semper habiti sunt fortissimi. *Ter. Heaut.* 3, 2, 37. Etenim quo pacto id fieri soleat, calleo. P. [In initio parenthesis ponitur. V. *Drak.* ad *Liv.* 7, 5, 4.] P.

Interdum postponitur. *Cic. Sen.* 9. a *med.* Libidiosa etenim, et intemperans adolescentia effectum corpus tradit senectuti. *Id. Coel.* 3. Sunt etenim ista maledicta pervulgata in omnes. *Hor. Od.* 4, 5, 17. Tutus bos etenim rura perambulat.

ETEOCLES, is, et *Graeca positione* ocleos, m. *Ἐπεικλής*, filius Oedipodis ex incesto locastae ejus matris concubitu, frater Polynicis, cum quo pactus, ut Thebis regnarent alternis annis, cum Eteocles dictis non staret, ortum est bellum Thebanum, quod a Statio in Thebaide sua describitur, in quo post varias caedes ipsi inter se fratres singulari certamine congressi, mutuis vulneribus concidere. *Stat. ib.* 7, 688. Nec segnem Argolicae sensere Eteoclea turmae. *Eteoclea* accus. Graecae positionis. Et *ib.* 3, 214. multumque nefas Eteoclis acerbat. Et *ib.* 12, 421. Cui torrens datum saevos Eteocleos artus. P. [Eteoclen, in casu quarto, *Auct. fragm. mythol.* p. 106. ed. B. G. Niebuhr. B. A.]

ETEOCLEUS, a, um, adj. ad Eteoclem pertinens, *Ἐπεικλειος*. *Appul. Met.* 10. p. 245, 30. Ne silentio procedens simultas, Eteocleas nobis contentiones pariat.

\*ETEOCRETES, um, m. plur. *Ἐπεικρητες*, Peloponnesi populi, australem oram incolentes, quorum Prasium est pusillum saepe oppidum, ubi Dictaei Jovis fanum exstat. V. *Strab.* 5. p. 221. et 10. p. 475. Hinc *Sil.* 14, 41. quidam legunt *Dux Eteocretum*. Sed V. *Drakenb.* ad l. B. A.

\*ETEEONOS, i, f. *Ἐπειωνός*, Boeotiae oppidum. *Stat. Th.* 7, 266. B. A.

ETEREJANUS, a, um, adj. ad Eterejum pertinens, quod est nomen liberti Corellii equitis R. ut Eterejana nux, *Plin.* 17, 17, 26. V. CORELIANUS.

ETERODES, is, m. diversum cantum edens: ab *ἔτερος*, alter, et *ὄδῃ*, cantus. Est cognom. R. *Inscr.* ap. *Grut.* 251, 1. Ti. Claudius, Ti. F. Eterodes. Aspirata in *Eterodes* deest more Latinis usitato. F.]

ETESIACUS, a, um, adj. ad etesios pertinens, ut Etesiaci viti ap. *Plin.* 14, 3, 4, 7. Arretii propria, quae etesii variat, et fecunditate cessat.

ETESIAE, arum, m. plur. *ἔτησια*, venti quidam statis temporibus quotannis flantes: ab *ἔτος*, annus, a quo *ἔτησιος*, annuus. Aliqui minus recte deducunt ab *αἰτέω*, postulo, quasi *αἰτήσια*, eo quod Aristaeus eos a Jove postulaverit. Est enim in fabulis, ut narrat *Hyg. Astron.* 2, 4, cum Atheniensium regio maximis Caniculae caloribus adureretur, hominesque una cum satis omnibus nimio aestu conficerentur, Aristaeum ita ab Apolline patre edoctum, ab Jove petiisse, ut quo tempore Canicula oriretur, per dies quadraginta ventum daret, quo flante aestus minueretur; itaque factum Jove annuente. P. Hujusmodi ventos *Strabo* 3. subsolanos vocat. *Aristoteles*, et *Plin.* 2, 47, 47. aquilones appellant. Testatur praeterea idem *Aristoteles*, nonnunquam eos in Zephyros mutari: quare vere scripsit *Gell.* 2, 22. Etesias alia, atque alia parte coeli spirare: et *Phavorin.* ap. *Appul. de Mundo* p. 63, 28. Sunt, inquit, etesiae spirantes ex omni parte eo tempore aestatis, quo Canis oritur. P. Plerumque tamen ab occidente perflant. *Tac. H.* 2, 98. Mare quoque etesiarum flatu in orientem navigantibus secundum, inde adversum erat. *Caes. B. C.* 3, 107. Ipse etesias tenebatur, qui Alexandria navigantibus sunt adversissimi. Hinc *Cic. Att.* 6, 7. Rhodum volo puero- rum causa; inde quamprimum Athenas, etsi etesiae valde reflant. Adde *Vitruv.* 1, 6. et *Liv.* 37, 23, ubi eosdem esse cum Favoniis significat: Favonii autem sunt Zephyri. P. Multa die flare incipiunt, et ad meridiem vergente. *Sen. Q. N.* 5, 11. Etesiae ob hoc somniculosi a nautis, et delicati vocantur, quod mane nesciunt surgere. P. Incipiunt flare cal. Aug., inquit *Colum.* 11, 2. circa *med.*, desinunt tert. cal. Septembr. Alii tamen aliter id tempus definiunt. P. Haec vox per se adjectiva est: nam *etesias* Graecae annum significat, ut dictum est. *Lucr.* 6, 730. Tempore eo fiunt, quo etesia flabra aquilonum. P. *Etesias lapis* legitur ap. *Plin.* 36, 22, 43. Auctoribus curae fuere lapides mortariorum quoque, (h. e. e quibus fierent mortaria) nec medicinalium tantum, aut ad pigmenta pertinentium. Etesium lapidem in iis praetuler ceteris. Ita legit *Harduinus*, at *Vitr.* 10, 7. *Ephesium lapidem* candidi coloris memorat, et plures *Plinii* editiones *Ephesium* habent: ut et *Isid. Or.* 16, 4. eadem fere *Plinii* verba referens.

ETESIUS, V. in v. praec.

\*ETHELEUS (fluvius) vel Etheleum (flumen), Mysiam perfluebat. *Plin.* 5, 32. Flumen Etheleum, antiquus Troadis finis et Mysiae initium. Et *mox*: Ad flumen Etheleum. B. A.

\*ETHELUS, i, m. Cyzicenus, ingentis staturae, ab Ancaeo interfectus. *Val. Fl.* 3, 138. B. A.

[ETHEMON, onis, m. *Ἐθμων*, consuetus, ab *ἔθος*, mos. Nomen proprium viri, qui una cum Phineo in nuptiis Persei pugnavit, a quo et interfectus est. *Or. Met.* 5, 163. F.]

ETHICE, es, vel Ethica, ae, f. pars philoso-

phile, quo  
Quint. 12, 2.  
dicitur ethice  
Lact. 3, 13.  
ETHICOS,  
Adverbium  
tam ap. Sen.  
ETHICUS  
dicitur: 2  
Declamatio  
ethicac.  
que humani  
nulli magis  
Moralis dicitur  
Ethicam dicitur  
vires exprime  
Prud. quod  
S. licet ex  
De physicis  
ETHICIS  
tull. Spectac.  
tarum. Al.  
ETHICUS  
Ethice vivit  
ETHICUS  
Ethicos, genit.  
is, qui ex  
co ducta ap.  
labant eos  
fictosque  
pellatione  
3, 46. H.  
Tertull. Pa.  
historici e.  
ETHOL  
fectum  
mos, et  
quoque,  
rum rati  
Suet. Gra.  
ad eloqui  
raphrasen  
idem quo  
in AETHO  
ETHO  
sor, qui  
primitur  
tur. Cic.  
gorum,  
Adde 66.  
Sal. ad  
ap. Reind.  
hethologu  
voci pri  
peram an  
\*ETHO  
2. B. A.  
ETHO  
est figur  
qua vita  
mos, et  
gnatus,  
esse meo  
culto et  
majore  
buniciam  
Graeca  
9, 2. et  
fig. sent  
n. 13.  
ETHO  
l. e. p.  
Physica  
Varr.  
posu  
bus Pl  
ETH  
et jam  
§. 188.  
nobis  
Brut.  
Id. V.  
etiam  
ferre  
haec  
nitor  
locum  
potes  
senec  
i. e.  
Id. p.  
pecu  
Id. p.  
profu  
futur  
ea u  
iam  
L. I.  
fann  
Ego

phiae, quae ad mores pertinet: ab ἠθος, mos. Quint. 12, 2. circa med. Pars illa moralis, quae dicitur ethice, certe tota oratori est accommodata. Lact. 3, 13. In sola ethica totius philosophiae vis continetur.

ETHICOS, ἠθικός, moraliter, mores exprimentem. Adverbium Graecum est Latinis litteris scriptum ap. Sen. Controv. 2, 11. extr. et 12. ab ἠθος, mos.

ETHICUS, a, um, adj., ἠθικός, ad mores pertinens: ab ἠθος, mos. Sen. Contr. 2, 10. sub f. Declamabat Naso raro controversias, sed non nisi ethicas. Gell. 1, 2. Rem vero ethicam, naturamque humani ingenii, virtutumque origines, etc. nulli magis ea esse explorata quam sibi. [Die Moralphilosophie.] Sidon. ep. 8, 11. circa med. Ethicam dictionem pro personae, temporis, et loci qualitate variabat, h. e. moratam orationem, seu mores exprimentem, ἠθικὸν λόγον. P. Cave imitatis Prud. qui primam corripuit in Hamartig. 583. Si licet ex ethicis quidquam praesumere, vel si de physicis exempli aliquid.

ETHICALIS, e, adj. idem quod ethicus. Tertull. Spectac. 5. De instrumentis ethicalium litterarum. Al. leg. ethicarum.

ETHNICĒ, adv. ἠθικῶς, more gentium, ut Ethnice vivere, Tert. Pud. 9.

ETHNICUS, a, um, adj. gentilis, ἠθικός: ab ἠθος, gens. A Christianis scriptoribus dicitur de iis, qui extra Ecclesiam, vel Synagogam sunt: ex eo ducta appellatione, quod Hebraei gentes appellabant eos, qui veri unius Dei cultum nesciebant, fictosque ac plures Deos venerabantur. Qua appellatione etiam Apostoli usi sunt, ut patet Actor. 13, 46. Hae ratione ethnici intelligendi sunt ap. Tertull. Pudic. 9.: Hieronym., Augustin., etc. Sic historici ethnici ap. Sulpic. Sever. Hist. 1, 1.

ETHOLOGĪA, ae, f. ἠθολογία, morum, et affectuum eujusque personae expressio: ab ἠθος, mos, et λόγος, sermo. Quint. 1, 9. Sententiae quoque, et chriae, et ethologiae, subjectis dictorum rationibus, apud grammaticos scribantur. Suet. Gramm. 4. Genera quaedam institutionum ad eloquentiam praeparandam, ut problemata, paraphrases, elocutiones, ethologiae. P. Aliis est idem quod ethopeia, de qua infra. V. etiam dicta in AETIOLOGIA.

ETHOLOGUS, i, m. ἠθολόγος, morum expessor, qui gestu ipso corporis, et sono vocis ita exprimit mores hominum, ut gestibus loqui videatur. Cic. Or. 2, 59. Minorum est enim ethologorum, si nimia est imitatio, sicut obscenitas. Adde 60. [Dicuntur etiam aretologi, biologi. V. Salm. ad Vop. Aurel. 42. T. II. p. 530.] Inscr. ap. Reines. cl. 9. n. 20. Dionysio Aug. N. verna hethologo. Corrige verna ethologo; postrema enim vocis prioris littera E accepta est pro H, et perperam annexa initio vocis subsequentis.

\*ETHOPIA, ae, Athamaniae oppidum. Liv. 38, 2. B. A.

ETHOPOEĪA, ae, f. ἠθοποιία, apud rhetores est figura sententiarum, Latine effictio, imago, qua vita et mores alicujus describuntur, ab ἠθος, mos, et ποιέω, fingo. Cic. Agr. 2, 5. Jam designatus, alio vultu, alio vocis sono, alio incessu esse meditabatur: vestitu obsolete, corpore inculto et horrido, capillatur quam ante, barbaque majore, ut oculis et aspectu denunciare vim tribuniciam, et minitari reipubl. videretur. Sed vox Graeca est, et Graecis litteris scribitur a Quint. 9, 2. et 3. sub f., at Latinis ap. Rutil. Lup. de fig. sentent. 1, 21. et Jul. Rufin. de schem. dian. n. 13. [Cf. Ernest. Lex. Technol. lat. p. 203.]

ETHOS, i, n. ἠθος, mores: item res ethica, h. e. philosophia morum. Sidon. carm. 15, 101. Physica vel logica, logicum vel jungit ad ethos. Varr. ap. Non. 4, 377. In argumentis Caecilius posticit palmam, in ethesis Terentius, in sermonibus Plautus: τοῖς ἠθεσιν, positio Graeca.

ETIAM, ἔτι, καὶ, quoque, item, vel: ab et et jam, vel ab ἔτι allato. [V. Ramsh. Gr. Lat. §. 188.] Cic. Fam. 9, 25. ad f. Auctoritate tua nobis opus est, et consilio, et etiam gratia. Id. Brut. 75. Voce, motu, forma etiam magna. Id. Verr. 2, 3. in f. Quod si haec feruntur omnia, etiamne haec nova debent edicta, rapinasque perferre, etiamne frumentum gratis dare? etiamne haec tot detrimenta, etc.? [Nonnunquam ita ponitur, ut vel minimae in aliqua re expectationi locum dandum esse significet, ubi saltem substitui potest. Cic. de Fin. 5, 21. Beatus, cui etiam in senectute contigerit, ut sapientiam assequi possit, i. e. cui saltem in senectute, cui vel in sen. cont. Id. Parad. 6, 1. Satiatus est aut contentus etiam pecunia.] P. Aliquando est imo, aut quin potius. Id. Verr. 2, 5, 39. sub f. Hasce ei tabulas nihil profuturas; etiam plus suspicionis in eo crimine futurum. Id. Or. 71. Ejusmodi infantia, ut qui ea utantur, non stulti homines haberi possint; etiam plerumque prudentes. P. Item adhuc. Varr. L. L. 5, 7. Fano consumebatur omne, quod profanum erat, ut etiam fit. Ter. Andr. 1, 1, 89. Egomet quoque ejus causa in funus prodeco, nihil

suspiciens etiam mali. [\*Ruhnk. ad h. l. animadvertit rariorem hunc significatum ap. Terent. esse.] Et 3, 2, 23. Non satis me pernosti etiam, qualis sim. (Adde Cic. Tusc. 1, 6. a med.) Id. Hec. 5, 1, 19. Mane; nondum etiam dixi id, quod volui. [\*V. Heind. ad Hor. Sat. 1, 4, 62.] P. Item etiamnum. Pl. Asin. 3, 2, 40. Os opprime: is est: etiam subauscultemus. [\*Hac particula veteres etiam utuntur, quum illis aliquid praeter illa, quae dixerunt dererepente in mentem venit. Sic Ruhnk. ad Ter. Hec. 5, 3, 13. Nihil aliud dicam? — Etiam; cognosce annulum illum Myrrhinam. Laudat Ruhnk. Manut. ad Cic. ad Att. 1, 13.] P. Item etiamsi. Cic. Fam. 9, 10. De quo etiam nihil scribente me, te non dubitare certo scio. Plin. 8, 30, 59. Cochleae adhaerentes saxi, aut etiam injuria resupinatae, non tamen exeutes. P. Item secundo, iterum. Pl. Most. 2, 2, 41. Tr. Circumspice dum, num quis est, sermonem nostrum qui accupet. Th. tutum probe est. Tr. circumspice etiam. Et Cic. Verr. 2, 3, 75. extr. Cui pecunia datam dicit? Dic etiam clarius. P. Vim habet interdum affirmandi. Cic. Acad. 4, 32. a med. Ut probabilitatem sequens, ubicumque haec occurrat, aut deficiat, aut etiam, aut non respondere possit. Id. Rosc. Com. 3. Utrum cetera nomina habes, an non? Si non, quomodo tabulas conficis? si etiam, quamobrem, etc.? Pl. Most. 4, 3, 7. Numquid processit ad forum hodie novi? Si etiam. Adde Plin. ep. 4, 13. P. Est aliquando concedentis. Id. ep. 6, 2. sub f. At quaedam supervacua dicuntur: etiam: sed satius est et haec dici. Cic. Mur. 31. Misericordia commotus ne sis: etiam in dissolvenda severitate: sed tamen est laus aliqua humanitatis. [\*V. Heind. ad Hor. Sat. 2, 3, 97.] P. Item imperantis, indignantis, increpantis. [\*Burm. ad Petr. 21.] Pl. Most. 4, 2, 28. Heus reclude: heus, Tranio, etiam aperis? Ter. Andr. 5, 2, 8. Etiam tu hoc respondes? [\*Ruhnk. ad h. l.] Id. Eun. 5, 7, 16. Quid dixisti pessima? etiam rides? Id. Heaut. 2, 2, 6. Etiam cave, ne videat forte hinc te a patre aliquis exiens? [\*Est etiam hortantis. Serv. ad A. 11, 373. Bentl. ad Ter. Andr. 5, 2, 8.] P. Etiam quoque pleonasmus est. [\*Noli credere pleonasmum in his locis esse, siquidem quoque et etiam valde sunt diversa. Velut in illo Ter. loco Bacchis ad Lachem dicit: ego quoque etiam timida sum, h. e. tu quidem me mirari credis, et ego quoque miror, at non tantum miror, sed timida etiam sum. Idem dictum puta de aliis locis, in quibus quoque et etiam ad diversa vocabula pertinent et diversum sensum involvunt.] Ter. Hec. 5, 1, 7. Ego pol quoque etiam timida sum. Pl. Pseud. 1, 3, 119. Juravisti nempe conceptis verbis. Ba. etiam consultis quoque. Adde Lucr. 3, 293. [\*Alia multa exempla v. ap. Cort. ad Plin. Epp. 10, 97. P. Sed quod etiamque et conjuncta reperiuntur in lapide ap. Grut. p. 173, 2. Macellum vetustate collapsum pecunia restituerunt, etiamque et mensas lapideas posuerunt, id castigatum scriptorem non decere videtur.] P. Etiam atque etiam est iterum ac tertio, vel iterum ac saepius. Hinc Cic. Verr. 2, 5, 72. cum varios Deos, atque in his Dianam invocasset, paulo post rursus invocans subdit: Teque etiam atque etiam, Diana, quam Pergae spoliavit. Id. Tusc. 3, 28. Confitetur multa se ignorare, et multa sibi etiam atque etiam esse discenda. Liv. 38, 9. Ut etiam atque etiam, quid agendum esset, consulerent. Cic. Fam. 13, 28. Id igitur (puto enim, etiam atque etiam mihi dicendum esse) velim existimes, mihi te fecisse gratissimum. Et mox. Te vehementer etiam atque etiam rogo. Adde Hor. Ep. 1, 18, 76. [\*Comici nonnunquam hac significatione simplex etiam ponunt. Ruhnk. ad Ter. Hec. 5, 4, 1.] Hinc ponitur pro magnopere, majorem in modum. Cic. Fam. 16, 15. Cura te etiam atque etiam diligenter. P. Reperitur quoque etiam et etiam. Balb. ad Cic. post ep. 15. l. 8. ad Att. Et non se totum etiam et etiam ab sermone nostro avertisset. Al. leg. atque. P. Sed etiam, verum etiam sequitur post non solum, non modo. Cic. Sen. 11. Tenebat non modo auctoritatem, sed etiam imperium in suos. Id. Mil. 1. Neque auxilium modo, verum etiam silentium pollicentur. P. Et inverso ordine. Id. Fam. 4, 14. Secundas etiam res nostras, non modo adversas pertimescebam. Id. Off. 3, 19. Quem Fimbria etiam, non modo Socrates, noverat. [\*Hoc recte fit tum, quum id, quod in priore membro ponitur, nunc ipsum locum habet. P. Confunduntur a libris etiam et enim. V. Ruhnk. ad Rut. Lup. 1, 12. p. 43. Drak. ad Liv. 36, 41, 3. — et et. Drak. ad Liv. 22, 47, 9. — et jam. Id. ad Liv. 5, 7, 2. — et et jam. Id. ad Liv. 1, 47, 9. 39, 10, 6.] ETIAM DUM, et Etiamdum, adhuc. Ter. Heaut. 2, 1, 17. Neque etiam dum scit pater. ETIAM NUM, et Etiamnum, adhuc, etiam dum. Pl. Men. 3, 1, 15. Etiam num reliquiarum spes animum oblectat meum. Adde Stich. 5, 4, 16. P. Et simpliciter pro etiam. Plin. 36, 5, 4. n. 7. Mars etiam num sedens, colosseus. Et 37, 11, 71. Est etiam num alia distinctio. Et 18, 3, 4. Cin-

cinnato viator attulit dictaturam, et quidem, ut traditur, nudo, plenoque pulveris etiam num ore. P. [\*Significat praeterea. Sen. Ben. 5, 10. Etiamnum multum interest inter dare et accipere. ib. 12. Etiamnum, ut dicitis, bonus vir omnia recte facit. V. Gron. ad Sen. Ben. 5, 6.]

ETIAM NUNC, et Etiamnunc, etiam num, adhuc. Cic. Rosc. Am. 52. Si vestra bonitas et misericordia manet, salvi etiam nunc esse possumus. Id. Att. 3, 17. Aut ad te conferam me, aut etiam nunc circum haec loca commorabor. Id. Fam. 10, 10. Non modo non praeterit tempus, sed ne maturum quidem etiam nunc fuit. P. Respicit etiam tempus praeteritum. Asin. Poll. ad Cic. Fam. 10, 32. extr. Epistolam, quam Balbo, cum etiam nunc in provincia esset, scripsi, legendam tibi misi. P. [\*Sed et nunc probi scriptores non videntur dixisse. Quam ob rem recte Bremi ap. Nep. Hann. 7. ex uno cod. scripsit etiam nunc.]

ETIAM SI, et Etiamsi, ἔτι καὶ, quamquam, licet. Cic. Amic. 27. Omnia brevia, tolerabilia esse debent, etiam si magna sint. Id. Opt. gen. or. 2. Etiam si est in genere tolerabili, certe non est in optimo. Id. Att. 3, 24. extr. Ista veritas etiam si jucunda non est, mihi tamen grata est. Cic. fl. ad Tir. Fam. 16, 26. Etiam si quod scribas, non habebis, scribito tamen. P. Aliquando dividitur interjecto verbo. Cic. Or. 1, 33. Ut etiam subito si dicat, tamen illa, etc.

ETIAM TUM, et Etiamtum, usque ad id tempus. Cic. Or. 2, 22. Omnes etiam tum retinebant illum Pericli succum. Suet. Tib. 42. In castris tiro etiam tum, propter nimiam vini aviditatem, pro Tiberio Biberius, etc. vocabatur.

ETIAM UT, etiamsi, quamvis. Cic. Att. 15, 5. Etiam ut nullum periculum sit.

\*ETINI, orum, incolae oppidi cujusdam in Sicilia. Plin. 3, 10. B. A.

\*ETOEMUS, i, m. ἑτοῖμος, promptus, paratus. Est cognomen R. Inscr. ap. Grut. 496, 7. Ti. Claudius Etoemus. At eadem ap. Jac. Grasserum, Antiquit. Nemaus. p. 44. habet. Etoemus, nempe ab ἑτοῖμα, interrogatio. Tu, lector, videris, quid amplectendum. F.]

\*ETOSCA, ae, oppidum Hispaniae Tarraconensis, in regione Hergetum, non procul ab Herda. Vellej. 2, 30. in. P. Straboni audit ἑτοσκή, alii Oscas: unde Oscae pro Etoscae nonnulli censent legendum esse apud Vellejum. Et profecto Oscae impressum in ep. Ruhnk. B. A.

\*ETOVISSA, ae, f. oppidum Hispaniae Tarraconensis, in Edetanorum regione, ad Iberum flumen. Liv. 21, 22. B. A.

ETRURĪA, ae, f. nunc la Toscana, regio Italiae mediae, Tyrrheno mari, et Apennino, Macra et Tiberi fluviis terminata. Plin. 3, 5, 8. Virg. A. 12, 232. Fatalisque manus, infensa Etruria Turno. Id. 8, 494. Ergo omnis furis surrexit Etruria justis. P. Sunt qui scribunt Hetruria (et Hetruscus) quasi sit ab ἑτρος ὄρος, alius terminus, quod olim Tiberim habuerit pro termino Latium versus, deinde alius sit assignatus. Sunt etiam qui Etruria, Etruscus, quod sit ἀπὸ τῶν ὄρεων a montibus scilicet Apenninis. Sed omnem aspirationem omittunt veteres libri, lapides, et nummi, teste Manut. in Orthogr. [\*Scripturam Etruria probat etiam Drak. ad Liv. 1, 2, 3. Cf. Schneider. Elementarl. Tom. I. p. 186.]

ETRUSCUS, a, um, adj. ad Etruriam pertinens. Virg. A. 10, 238. forti permixtus Etrusco Arcas eques. Id. ib. 8, 480. Lydia quondam Gens bello praecleara jugis consedit Etruscis. Et ib. 10, 180. Alpheae ab origine Pisae, Urbs Etrusca solo. Suet. Aug. 97. Etrusca lingua. Cic. Fam. 6, 6, et Plin. 2, 83, 85. Quod in Etruscae disciplinae voluminibus inveni, h. e. scientiae, artisve expiandorum prodigiorum, haruspicinae, et divinationis, quae in Etruria olim maxime excoltae fuere, indeque ad Romanos cum multis aliis ritibus translatae sunt. Id. 21, 3, 4, et 33, 1, 4. Etruscae coronae, h. e. quae ex auro et gemmis constabant: quod confirmat Tertull. Cor. mil. 13, ubi docet hujusmodi coronis ex gemmis, et foliis quercinis aureis usos in deducendis tensis. Liv. 9, 36. Habeo auctores, vulgo tum (an. scil. U. C. 442.) Romanos pueros, sicut nunc Graecis, ita Etruscis litteris erudiri solitos. P. Etruscum aurum appellat Juven. 5, 164. auream bullam, quam una cum praetexta nobiles pueri collo suspensam gestabant amuleti causa, more sumpto ab Etruscis. P. Etrusci, orum, sunt Etruriae populi. Plin. 8, 48, 74. etc. P. Etrusco coloratos, h. e. sole fuscatos, vocat Mart. 10, 68. P. De orthographia V. vocem praeced.

ETSI, ἔτι καὶ, etiam, quamvis, licet, etiam si. Cic. Q. Fr. 1, 1. in. Etsi non dubitabam, quin hanc epistolam, etc., tamen existimavi, etc. Id. Mil. 1. in. Etsi vereor, judices, ne, etc., tamen, etc. Liv. 38, 41. Etsi iniquo loco, proelio tamen justo dimicandum erat. Et mox. Iter etsi non infestum, suspectum tamen. Id. 25, 6. De nobis etsi non iniquum, certe triste senatusconsultum factum est. Cic. Marc. 5. Etsi aliqua culpa tenemur erroris humani, a scelere certe liberati su-

mus. *Liv.* 2, 43. Etsi non adhortatio inveni ducis, suum saltem flagitium, postmodo periculum cogere potuit gradum accelerare. P Omissio tamen. *Pl. Bacch.* 5, 2, 73. Age, id jam, ut ut est, etsi est dedecorum, patiar. Adde *Trin.* 4, 2, 106. P Servit eleganter correctioni, ut quamquam. *Cic. Att.* 9, 10. Do poenas temeritatis meae: etsi quae fuit illa temeritas? *Id. Att.* 16, 7. Etsi, quamvis non fueris suasor profectionis meae, approbator certe fuisti. Et *ib.* 12, 45. Etsi tamen ubicumque sum, illa mecum sunt. P Cum sub junctivo. *Pl. Aul.* 3, 2, 7. Pol etsi taceas, palam id quidem est. *Id. Capt.* 4, 2, 76. Ut tu cupias facere sumptum, etsi ego vetem. *Cic. Fam.* 6, 4. Etsi id ipsum nonnullis videatur secus. [\*V. *Drak.* ad *Liv.* 3, 68, 9, 5, 36, 2.] P Aliquando valet et *quamvis*, ac disjunctim scribi debet. *Cic. Amic.* 27 ad f. Et si illis plane orbatus essem, magnum tamen afferret mihi actas ipsa solatium. P [\*Confunduntur etiam *etsi* et *et si*. V. *Drak.* ad *Liv.* 3, 71, 3.]

ETYMOLOGIA, ae, f. *ἐτυμολογία*, oratio qua vera origo nominis et ratio exponitur: ab *ἐτυμος*, verus, et *λόγος*, sermo. *Quint.* 1, 6. Etymologia, quae verborum originem inquirat, a Cicerone dicta est notatio, quia nomen ejus apud Aristotelem invenitur *ὑποβολή*, quod est nota: nam verbum e verbo ductum, idest veriloquium, ipse Cicerone qui finxit, reformidat. Sunt qui vim potius intuiti, originationem vocant. Haec habet aliquando usum necessarium, quoties interpretatione res, de qua quaeritur, eget: ideoque in definitionibus assignatur etymologiae locus. Nonnunquam etiam barbara ab emendatis conatur discernere, ut cum Triquetram dici Siciliam, an Triquedram; meridiem, an medidiam oporteat, quaeritur. Continet autem in se multam eruditionem, etc. *Cic. Acad.* 4, 8. Verborum etiam explicatio probatur, idest qua de causa quaeque essent ita nominata, quam etymologiam appellabant. Adde *Varr. L. L.* 6, sub f. et *Gell.* 19, 13.

ETYMOLOGICE, es, f. *ἐτυμολογική*, ars verborum origines inveniendi. *Varr. L. L.* 6, sub in. De originibus verborum qui multa dixerit commode, potius boni consulendum, quam qui aliquid nequiverit, reprehendum: praesertim cum dicat etymologice, non omnium verborum posse dici causas. Adde *ib.* sub f.

ETYMOLOGICUS, a, um, adj. *ἐτυμολογικός*, ad etymologiam pertinens. *Gell.* 1, 18. Vocabulum Graecum resolvit in voces Latinas ratione etymologica falsa.

ETYMON, i, n. vera nominis, sive appellationis ratio, vel quae saltem pro vera affertur: ab *ἔτος*, vel *ἔτιος*, verus, unde *ἔτυμος*. *Varr. R. R.* 1, 48. Videtur vocabulum etymon habere a glubendo. *Gell.* 18, 4, extr. Etyma harum vocum, et origines scriptas esse dicebat in libris Nigidianis. Adde *Macr. Sat.* 1, 17, a med.

EU

EU, particula approbantis, seu laudantis, et significat bene, recte, optime, *iv.* *Pl. Most.* 1, 4, 26. Eu Philolaches, salve amicissime mihi hominum omnium. *Ter. Phorm.* 3, 1, 14. Eu Phormio. *Id. Eun.* 1, 2, 74. Eu noster, laudo, tandem perdidit. Ita utroque *Terentii* loco legit *Agroet. de orthogr.* p. 2272., nam alii hoc posteriore *heus*: priore *heu*. *Pl. Mil.* 4, 4, 10. Eu, probe!

EUA, ae, f. *Ἐυα*, prima omnium feminarum, uxor Adam, ex ejus costa formata. *Tertull. Virg. vel.* 5, sub f. Si enim Eua mater viventium est, etc. *Prud. Hamartig.* 743. Traxerat Eua virum primae ad consortia culpae.

\*EVACATIO, onis, f. idem ac vacatio, quam vocem vide §. 2. *Jul. Val. res gest. Alex. M.* (ed. A. Maio) 2, 30. Evacatio militiae. B. A.

EVACUATIO, onis, f. actus evacuandi. *Tert. adv. Marc.* 4, 24. Fidei evacuatio.

EVACUATUS, a, um, part. ab *evacuatio*, sublatus, ut Evacuatae obligationis vires reparare, *Imp. Gord. Cod.* 8, 43, 4. Adde *Venant. Carm.* 1, 21, 62.

EVACUO, as, avi, atum, a. 1. *ξεβώω*, exinanio. *Plin.* 20, 6, 23. Diocles hydropicis allium cum centauro, aut in fico duplici ad evacuandam alvum. Adde 32, 9, 33.

[EVADATICIAE, arum, f. plur. feriae videntur ita appellatae, seu dies, quibus vadimonium differre licebat; contra vero *vadaticiae*, quibus vadimonium sistendum erat: ut *nundinae* dicebantur feriae, seu dies, quibus rustici, operibus ruri intermissis, urbem mercandi, vendendique causa petebant. *Not. Tir.* p. 120. Vadatur, evadatur; vadaticiae, evadaticiae; vadimonium, evadimonium. F.]

[EVADIMONIUM, ii, n. videtur esse actus illius, qui vadimonium deserit. V. vocem praeced. et VADIMONIUM. F.]

EVADNE, es, f. *Ἐβάνη*, conjux Capanei, quem incredibili amore dilexit. Cum audisset, maritum apud Thebas cecidisse, fere in mortis stuporem dirigit, deinde cum celebraretur funus, se in rogum projecit. Filium Sthenelum reliquit. *Virg.*

A. 6, 447. *Hyg. fab.* 243. et 256. P Dicta est *διὰ τὸ πλεθρὸς τῶν ἰδίων*, a copia munerum, quae in nuptiis a sponso accepit. Ab *Hygino cit. fab.* 256. enumeratur inter castissimas. *Oc. Trist.* 5, 14, 38. et 3. *Pont.* 1, 111. appellat Iphiaden, hoc est Iphidias filiam. Alii tradunt, fuisse filiam Martis ex Thebe uxore Asopi.

EVADO, is, asi, asum, a. 3. *ἐξέρχομαι*, *ἐπορεύω*, extra vado, exeo, erumpo, aufugio, evolo. *Varr. R. R.* 3, 16, sub f. Si apes ex alvo minus frequentes evadunt, ac subsidit aliqua pars, suffumigandum. *Cic. Cat.* 2, 1. Abiit, excessit, evasit, erupit. *Id. Coel.* 27. Si evasissent subito ex balneis mulieris amici. *Liv.* 28, 26. Ut periculo prius evaderet. [\**Drak.* ad *Liv.* 22, 33, 5.]

*Sall. Jug.* 60. Ni Marius evadere oppido properavisset. *Phaedr.* 4, 8. puteo. *Virg. A.* 9, 99. undis. *Liv.* 22, 49. e manibus hostium. *Cic. Div.*

2, 5. E morbo evasurum aegrotum, aut e periculo navem, aut ex insidiis exercitum. *Id. N. D.* 2, 37. Ex illis abditis sedibus evadere in haec loca atque exire potuissent. *Id. Tusc.* 1, 41. Cum ab

his, qui se iudicium numero haberi volunt, evaseris, ad eos venire, qui, etc. *Paul. Nolan. Carm.* 18, 296. Non tibi celantur, nec de te evadere possunt. *Liv.* 29, 27. extr. Evadere in terram, i. e. escendere e navi. *Virg. A.* 2, 531. Ut tandem ante oculos evasit et ora parentum, h. e. fugiendo pervenit *Caes. B. G.* 3, 19. Reliquos consecrati paucos, qui ex fuga evaserant, reliquerunt. P

Cum accusativo. *Appul. Met.* 3, p. 140, 16. Vitam evasit, i. e. vita excessit. Et *Tac. A.* 12, 35. Annem haud difficulter evadit. *Colum.* 7, 4, 9. ad f. Porci si evaserit haram, miscet se. *Virg. A.*

2, 730. omnemque videbar Evasisse viam. *Oc. Met.* 3, 19. Jam vada Cephis, Panopesque evaserat arva. P Significat etiam ascendere. *Virg. A.* 1, 458. Evado ad summi fastigia culminis. *Liv.* 2, 65. Evadere in ardua. Et 4, 34. in muros. Et 27, 18, ad f. per iniquum locum. *Curt.* 7, 11. in caemen. Et 5, 3. super capita hostium. P Cum

accus. *Virg. A.* 4, 685. sic fata gradus evaserat altos. P Item penetrare, transire. *Sall. Jug.* 54. extr. Consueti Numidarum equi facile inter virgulta evadere. *Cels.* 4, 4. n. 2. Propter angustias, per quas spiritus evadit, sibilum elidit.

*Suet. Dom.* 19. In pueri praebentis pro scopo expansam manus palmam, sagittas tanta arte direxit, ut omnes per intervalla digitorum innocue evaderent. *Virg. A.* 12, 906. lapis vacuum per inane volutus, Nec spatium evasit totum, nec perit ictum. [\**Drak.* ad *Liv.* 7, 36, 4, 45, 41, 4.]

P Item effugere, cum accusativo. *Virg. A.* 9, 560. nostrasne evadere, demens, Sperasti te posse manus? *Id. ib.* 5, 689. flammam. *Tac. A.* 14, 6. gravem casum. *Suet. Caes.* 74. nocturnas insidias. *Phaedr.* 4, 5. necem. *Lucil. ap. Non.* 4, 157. aegritudinem. [\**Plin. Ep.* 10, 66. Effraetis vineulis evadere poenam.] *Plin. ep.* 2, 1. Caesares, quibus invisus virtutibus fuerat, evasit. *Plin. alter* 6, 31, 36. Hirta feminarum corpora viros pernicitate evasisse. *Id.* 9, 8, 7. Delphini celeritatem nullus piscium evaderet. *Pl. in Suppos. Amph. Sc. Tun.* me mactes? in f. Nunquam evades, quin te sacrificem. P Translate. *Ter. Ad.* 3, 5, 63. Nimia illa licentia profecto evadet in aliquod magnum malum. *Sic Id. Andr.* 1, 1, 100. et *Nep. Dion.* 8. Timeo, quorsum evadas. Et *Pl. Asin.* 1, 1, 69. Demiror, quid sit, et, quo evadat, sum in metu, h. e. quo tendat, quid sibi velit. *Cic. Att.* 14, 19. ad f. Nihil ante de profectione constituam, quam, ista quo evasura sint, videro, i. e. quem exitum habitura sint. *Sall. Jug.* 15. Huccine, Micipsa pater, beneficia tua evasere, ut, etc.? [\*Ubi vide quae collegit *Cort.*] *Liv.* 27, 23. Pestilentia magis in longos morbos, quam in perniciales evasit. *Ter. Eun.* 3, 3, 11. Ubi friget, huc evasit, quam pridem pater mihi, et mater mortui essent. [\*i. e. ad has quaestiones sermonem retulit.] *Cic. Or.* 27. E philosophorum scholis tales fere evadunt. *Id. Or.* 1, 28. Cum mercede doceret, tamen non patiebatur, eos, quos iudicabat non posse oratores evadere, operam apud se perdere. *Id. Brut.* 35. Fuerat Athenis adolescens; perfectus Epicureus evaserat. [\**Evadere* saepe est ad summum pervenire. V. *Burm.* ad *Quint. Inst.* 8, 3, p. 707.] Q. *Cic. Petit. cons.* 9. Sic homines saepe minutatim ex communibus proprii, ex fucosis firmi suffragatores evadunt. *Liv.* 1, 39. Juvenis evasit verae indolis regiae. *Id.* 35, 47. Primum inane coeptum evasit. P Pro eventum habere, contingere, evenire. *Cic. Div.* 2, 59. Totas noctes somniamus, et miramur, id quod somniamus, evadere? Et 53. Quando aliquod somnium verum evaserit. Et 71. Quomodo distinguuntur somnia vera a falsis, cum eadem et aliis aliter evadant, et iisdem non semper eodem modo? P Pro ire, procedere. *Quint.* 2, 17. ante med. Itaque potentissimis eorum breviter occurram, ne in infinitum quaestio evadat. P Partic. *Evadens* ap. *Curt.* 9, 2. a med. Quantumcumque flumen intervenit, item futurum discrimen est evadentium in terram. P *Evasti*, (absolute) syncope

pro *evasisti*, et *evasset* pro *evasisset*, illud est *Hor. Sat.* 2, 7, 68. et *Sil.* 15, 792., hoc ejusdem *Sil. ib.* 375. ubi al. melius leg. *evasset*. [\*V. *Burm.* ad *Prop.* 1, 3, 27. *Heind.* ad *Hor. Sat.* 1, 5, 80.]

[EVADOR, aris, dep. vadimonium desero. V. EVADATICIAE et VADOR. F.]

EVAGATIO, onis, f. actus evagandi. *Plin.* 2, 17, 14. Ac spatia longitudinis latitudinum evagatione pensant.

EVAGATUS, V. in EVAGOR.

EVAGINATIO, onis, f. idem ac evagatio, ab inusit. *evagino* pro *evagor*, ut a nato est *natinor*, a *domo* est *dominor*. *Arnob.* 1, 30. Illi (Apostoli) contumaciam canceris saevi ad subeundam cicatricem, circumscriptis evagationibus, compulerunt.

EVAGINATUS, a, um, partic. ab inusit. *evagino*, e vagina eductus. *Just.* 1, 9. Ipse gladio sua sponte evaginato vulneratus. *Hyg. fab.* 164. Evaginatio gladio aliquem persequi.

\*EVAGINO, as, a. 1. e vagina educo. *Vulgat. Interpr. Exod.* 15, 10. et *Judith.* 13, 8. B. A.

[EUAGOGUS, i, m. *εὐαγωγός*, qui facile duci potest, docilis: ab *εὐ*, bene, facile, et *ἀγω*, duco. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Mur.* 516, 7. Q. Haterius Euagogus. F.]

\*EVAGOR, onis m. *Ἐβάρωρ*, Pariorum legatus, ex familia Ophiogenum. *Plin.* 28, 3. Quorum e genere sunt Psylli Marsique et qui Ophiogenes vocantur in insula Cypro: ex qua familia legatus Evagon nomine, a consulibus Romanis in dolium serpentium conjectus experimenti causa, circummulentibus linguis, miraculum praebuit. V. *Salmas.* ad *Solin.* p. 348. B. A.

EVAGOR, aris, atus sum, dep. 1. *περιφέρωμαι*, idem quod *vagor*, vel extra, aut latius *vagor*, exspatior. *Colum.* 8, 5. a med. Incubantibus gallinis juxta ponendus est cibus, ne longius evagatae refrigerent ova. *Liv.* 22, 47. Frontibus adversis concurrendum erat, nullo circa ad evagandum relicto spatio. *Plin.* 19, 8, 48. Cappari evagatur per agros, et cogit solum sterilis. *Id.* 10, 33, 49. Nilo evaganti molem opponere. [\**Ulp.* in *Dig.* 8, 2, 27, 9. Debet igitur ita munire, ne evagetur. *Paul.* in *Dig.* 9, 2, 30, 3. Uterius evagatus et progressus ignis.] P Translate. *Cic. Off.* 1, 29. Nam qui appetitus longius evagantur, et tanquam exultantes, sive cupiendo, sive fugiendo non satis a ratione retinentur, hi sine dubio finem et modum transcutunt. *Liv.* 3, 7. Per ignota capita late evagata est vis morbi. *Colum.* 5, 6. post med. Vitis praevalens in luxuriam evagatur. *Quint.* 3, 11. ad f. Cupiditate laudis, vel didendi voluptate evagamur, h. e. deflectimus in alia a proposito. P Cum accusativo. *Hor. Od.* 4, 15, 9. ordinem Rectum evaganti frenae licentiae Injecit, h. e. vaganti extra rectum ordinem. P

[\*Confunduntur *Evagari* et simplex *vagari*. Vid. *Drak.* ad *Liv.* 2, 11, 10.]

EVALESCO, is, lui, n. 3. *ἐπιγιγνώσκω*, validus fio, vires sumo, convalesco. *Plin.* 16, 30, 54. Ramorum aliqui caeci, qui non germinant: quod natura fit, si non evaluere. Et 17, 15, 25. Cum evaluissent flagella pedes binos, h. e. crevisserunt. *Tac. A.* 14, 58. Multa secutura, quae ad usque bellum evalescerent. *Quint.* 2, 8. Adjuta cura, natura magis evalescit. *Tac. H.* 1, 80. Tempus in suspensionem, causa in crimen, affectu quietis in tumultum evaluit. P [\**Tac. Germ.* 2. Nomen evaluit. i. e. praevaluit, receptum est, ut Graecis *ἐπιγιγνώσκω*. V. *Passor.* ad h. l., qui laudat *Spalding.* ad *Quint. Inst.* 8, 6, 32. 9, 3, 13. *Ulp.* in *Dig.* 8, 5, 6, 2. Evaluit servii sententia. i. e. praevaluit.] P Item posse. *Hor. Ep.* 2, 1, 200. nam quae pervincere voces Evaluere sonum, referunt quem nostra theatra? *Claud. Rapt. Pros.* 3, 91. ut dubio vix tandem agnoscere visu Evaluit etc. *Stat. Silv.* 5, 2, 78. illa letales componere succos evaluit. *Quint.* 10, 2. Ut ne ipsa quidem natura in hoc ita evaluerit, ut etc. Adde *Virg. A.* 7, 757., *Stat. Silv.* 2, 1, 77. et *Lucan.* 4, 48. P Item pretium habere. *Macr. Sat.* 2, 13, ad f. Cum ipsa margarita centies sestertium sine contentione evaluerit.

EVALIDUS, a, um, adj. *Evolidam* hastam quidam leg. apud *Sil.* 1, 552., ubi alii et *validam*.

EVALLEFACIO, is, eci, a. 3. expello, et quasi extra vallum ejicio. *Varr.* ap. *Non.* 3, 158. Retrimenta cibi, quae exierant per posticum evalliferunt.

EVALLO, as, avi, atum, a. 1. *ἐξβάλλω*, expello: quasi extra vallum ejicio. *Varr.* ap. *Non.* 2, 259. Donec foras nos intus evallaverunt. Adde *Titin. ib.*

EVALLO, is, a. 3. vannendo purgo, vanno agitando excerno: est verbum diminutivum pro *evanulo*, ab *evanno*, ut *vallus* est diminut. vanni. V. VALLUS. *Plin.* 18, 10, 23. Triticum ante perfuncti aqua multa jubet, postea evalli, deinde sole siccatum pilo repeti. Et paulo post. Et ipsa autem, quae evalluntur, variam pistorum rationem habent. Acus vocatur, cum per se pisitur spica etc.

EUAN, antis, m. *Ἐβαν*, unum ex cognominibus

Bacchi: ab εὐάν, quae vox est, qua Bacchae in sacris Baccho acclamabant. Ov. Met. 4, 15. Nycteliusque, Eleusiusque pater, et Iacchus, et Euan. Lucr. 5, 742. graditur simul Euius Euan. P Hinc Euanus, antis, est bacchans, furens, exsultans. Virg. A. 6, 517. Illa chorum simulans, euantes orgia circum Ducebat Phrygias. Catull. 61, 386. Saepo vagus Liber Parnassi e vertice summo Thydas effusis euantes crinibus egit. Sil. 1, 101. Non ille euantis Massylae palluit aras, h. e. Bacchae Massylae. Appul. Met. 8. Attollentes immanes gladios ac securas, euantes exiliunt, incitante tibiae cantu lymphaticum tripudium.

EUANDER et Euandrus, i, m. Εὐάνδρος, rex, vel potius unus ex nobilibus Arcadiae. Patrem habuit Mercurium filium primi Iovis, matrem Nicostratum filium Ioni regis Arcadiae, quae a Graecis Themis, a Latinis Carmenta, a rerum futurarum praedictione, vocitata est. Aliis scriptum est, eum fuisse vel filium, vel nepotem, vel pronepotem Pallantis regis Arcadiae, dictum autem Mercurii filium, quod esset eloquentissimus, a Mercurio inventore et Deo eloquentiae. Filium genuit, quem appellavit Pallantem, et filiam nomine Pallantiam. Sed apud alios legas Pallantem Euandri nepotem fuisse, filiam vero Dynam esse appellatam. Cum patrem casu occidisset, seditione populi facta, patriam, quae Pallantium urbs fuit, una cum matre reliquit LX. fere annis ante bellum Troianum. Venit in Italiam, et humanissime a Fauno exceptus, habitavit non longe a Tiberi, in eo colle, qui postea Palatinus mons, et Palatium dictus est, ibique oppidum Pallantium, seu Pallantium condidit. Post mortem in numero Deorum habitus, et cultus fuit. Habuit aram apud Aventinum collem, non procul a porta Trigemina. Virg. A. 10, 515. Pallas, Euander in ipsis Omnia sunt oculis. Et ib. 8, 100. tum res inopes Euandrus habebat. Et ib. 11, 55. at non, Euandre, pudendis Vulneribus pulsum aspicias. P Fuit etiam hoc nomine caelator et plastes, quem M. Antonius Athenis Alexandriam secum transtulisse dicitur. Hor. Sat. 1, 3, 91., Plin. 36, 5, 4. n. 10.

EUANDRIUS, a, um, adj. Εὐάνδριος, ad Euandrum pertinens, ut Euandrius ensis, h. e. Pallantis Euandri filii, Virg. A. 10, 394. Euandria tecta, Sil. 7, 18. h. e. Romam, eo loci conditam, ubi Euander olim regnaverat. Sic Euandria curia, Prud. adv. Symmach. 2, 552. Euandrius mons, h. e. Palatinus, ubi quondam habitavit Euander, et postea Caesares, Claud. VI. Cons. Honor. 11. et Euandrius collis, Stat. Sil. 4, 1, 7. P Est etiam Euandrus in Inscr. quae trochaicis versibus constat ap. Grut. 47, 3. Cum pia solemne mente fecisset tuum, Tradidisti quod Potitis Euandreo saeculo.

EVERSUS, a, um, partic. ab *everso*, περισημέντος, ἀνάσσειν: ab *everso*. *Plin.* 16, 31, 56. Annona quercus eversa vi tempestatis. *Prop.* 4, 10, 8. Eversus equus. *Ov. Amor.* 3, 9, 7. Ecce, puer Veneris fert eversamque pharetram, Et fractos arcus, et sine luce facem. *Sen. Agam.* 1006. Eversae rates. *Ov. Met.* 12, 222. mensae. *Id. Her.* 7, 42. eversas concitat Eurus aquas, i. e. exagitat. (*Adde Sen. Agem.* 475.) *Val. Fl.* 7, 75. everso campo jacere semina, h. e. vomere subacto. *Stat. Th.* 6, 107. non sic eversa feruntur Ismara, cum fracto Boreas caput extulit antro, h. e. curvatae, et effractae arbores Ismari montis, Borea perflante. *Ter. Heaut.* 2, 3, 131. Eversae cervices, h. e. collum caputque inflexum ad aspiciendum clam aliquid. [\*Bene *Ruhnck.* ita: eversae cervices pertinent ad amatorias ineptias et tribuuntur hominibus effeminatis, qui cervices modo huc, modo illuc flectunt. Idem laudat *Gesner.* ad *Claud. in Ruf.* 2, 345. Adde *Hemsterh.* ad *Prop. Tom.* II. p. 921. ed. *Santen.*] *Cic. Sext.* 15. extr. Urbs excisa et eversa. P. Translate. *Id. Att.* 5, 16. Perdita et plane eversa provincia. [\**Cic. Sext.* 2. Eversa atque afflicta respública. Quae non recte explicuit *Manut.*, illud fortius. *V. Matth.* ad h. l. Inverso ordine *Cic. Quint.* 23. Afflictus atque eversus. Cf. s. v. *Affligo.*] *Virg. G.* 1, 500. Hunc saltem everso juvenem succurrere saeculo Ne prohibete, h. e. afflictis ac perditis rebus totius orbis ob bella civilia. [\**Saeculum eversum* hic de respública, non perdita quidem, sed ad interitum tamen ruente. Quae significatio part. *eversus* animadvertenda. Sic *Liv.* 30, 16, 6. Civitas, civium temeritate bis jam ante eversa. i. e. cujus potentia labefacta erat, et quae fractis viribus non multum ab interitu et eversione aberat. *V. Duker.* et *Drak.* ad h. l.] *Liv.* 8, 30. f. Victa et eversa disciplina militaris. *Cic. Fl.* 5. Spoliati, vexati, fortunis eversi. *Ov. Her.* 3, 76. Eversa domus. *Sen. Herc. fur.* 477. Teuthrantis eversi domus. *Sall. Orat. ad Caes.* 2. s. f. Eversam libertatem restituere. *Ov. Met.* 13, 623. Eversa spes. P. *Eversus* etiam dicitur, qui lapsu equi, vehiculi, aut hujusmodi laesus est. *Plin.* 26, 13, 85. Agaricum contusis et eversis potum duobus obolis in mulsi cyathis tribus. Adde 21, 19, 77. P. Est etiam *eversus* ab *everso*, purgatus, mundatus et translate spoliatus, expilatus. [\*Quo significatu positum ap. *Veg. A. Vet.* 3, 30, 2. Post egestis vel eversis omnibus, quae tumorem moverant, medicamentis competentibus.] *Cic. Verr.* 2, 2, 21. s. f. Quam tu domum, quam urbem adiisti, quod fanum denique, quod non eversum atque exterum reliqueris? P. [\*Confunduntur a librariis *Eversus* et *Emersus*. *Gron.* ad *Sen. N. Q.* 3, 11. Pro *Eversus* librarii substituerunt *Excisus*. *Id. ib.* Porro confunduntur *Eversus* et *Inversus*. *Heins.* ad *Ov. ad Liv.* Aug. 142.]

EVERTO et antiquo more *Exorto*, is, erti, er-sum, a. 3. ἀνατρέπω, ἀνατρέπω, in contrarium statum verito, inverto, subverto. [\**Pall. R. R.* 9, 2. Evertitur lupinum et optimum stercus praebet in vineis.] *Cic. Or.* 1, 38. Duorum scalmorum naviculam evertere. *Curt.* 4, 15. Equi crebra jactatione cervicum currus evertent. P. Item miscere, turbare, agitare. *Virg. A.* 1, 47. Disjecitque

rates, evertitque aequora ventis. [\*ubi equidem exponam: ex imo extundit fluctus. *Sen. Agam.* 475. Rapiunt pelagus infimo eversum solo. *Sen. Ep.* 4. Momento mare evertitur. Ad quem loc. v. *Gron.* Cf. quae s. v. *Everbero* diximus.] P. Item prosternere, demoliri, excindere. *Cic. ad Brut.* 1, 15. med. Nec tantum in statuenda Lepidi statua factum est mali, quantum in evertenda boni. *Virg. G.* 1, 256. silvis evertere pinum. *Hor. Ep.* 2, 2, 34. castellum. *Sil.* 17, 376. funditus arces. *Cic. Off.* 1, 24. Evertere et diripere urbes. P. Pro jacere, dejicere. *Or. Met.* 11, 554. si quis Athon, Pindumve revulsos Sede sua, totos in apertum evertit aequor. P. Translate. *Cic. Fam.* 5, 2. med. Neque illi quidquam deliberatius fuit, quam me quacumque ratione posset, non iudicio, neque disceptatione, sed vi, atque impressione evertere, h. e. de statu dejicere. *Id. Pis.* 35. Evertisti miseras funditus civitates, quae non solum bonis sunt exhaustae, sed etc. *Id. Verr.* 2, 1, 51. Per summam injuriam pupillum fortunis patriis evertere, h. e. expellere, spoliare. *Sall. Orat. ad Caes.* 2. med. Dignitate alios, alios civitate eversum ire. *Pl. Trin.* 3, 1, 15. Festinat, ut agro evertat Lesbionicum, quando evertit aedibus. *Cic. Verr.* 2, 3, 18. extr. Labefactarat vehementer aratores jam superior annus, proximus vero funditus everterat. *Id. ib.* 2, 2, 19. Evertere leges, testamenta, voluntates mortuorum, jura vivorum. Et *Fin.* 2, 25. Praecepta, quae didicisti, funditus evertunt amicitias. [\**Cic. Cat.* 1, 7. Quaestiones evertere. i. e. perfringere, vi se eripere quaestione.] *Id. Fin.* 3, 3. Honestum ipsum quasi virtutis lumen extinguere, et virtutem penitus evertere, h. e. destruere, tollere. [\**V. Gebh.* ad *Liv.* 30, 32, 4.] *Id. Acad.* 4, 6. s. f. Ut retineamus eam definitionem, quam Philo voluit evertere. *Id. Or.* 35. Sua confirmare, adversaria evertere, h. e. infirmare, solvere. *Curt.* 8, 8. Funditus evertere gentes, h. e. delere. *Sall. Or. ad Caes.* 2. med. Dissensio civilis tot illustres familias ab stirpe evertit. Et *Orat. Lepidi contra Sull. med.* Tribuniciam potestatem eversum profecti sunt per arma. *Curt.* 8, 5. Opes regum assentatio saepius, quam hostis evertit: *Cic. Acad.* 4, 5. med. Constitutam philosophiam evertere. Et 10. Qui negant quidquam posse comprehendere, haec ipsa eripiunt vel instrumenta, vel ornamenta vitae, vel potius etiam totam vitam evertunt. *Ulp. Dig.* 47, 6, 1. Ne cum plures furtum admittant, evertant domini patrimonium. (*V. EVERSOR.*) *Quint. Decl.* 388. med. Evertere testem, h. e. ei fidem abrogare. P. [Est etiam idem ac *verto*. *M. Aur. Antonin.* inter ep. *Front.* ad *M. Caes.* 1. (ed. iterum *A. Maio*) ep. 3. Quos quidem versus orator egregius quondam evertit. P. Partic. *Eversurus* ap. *Liv.* 30, 32. Multa ante parta decora aut cumulaturi eo die, aut eversuri. *F.*] P. [\*Confunduntur *Evertere* et *simplex vortere*. Porro *Evertere* et *Evertere*. *V. s. h. v.*]

EVESTIGATUS, a, um, partic. a inusit. *evestigo*. [\**Ov. Met.* 15, 146. Magna nec ingeniis evestigata priorum caenam. Est vox rarissima.] *Sen. Contr.* 9. a med. Tu Crasse, post evestigata illa fugitivorum arma ditissimus. (*V. Vell.* 2, 30. et *Flor.* 3, 20.) *V. INVESTIGATUS.*

EVESTIGIO, V. VESTIGIUM.

EVEXUS, a, um, part. ab *evexo*, simile voc. *deventus*. *Capell.* 8. p. 275. Sicque habeatur, cum *evexum*, *devevumque* mundum dixerit, h. e. rotunda forma sursum ascendentem.

[EUGALACTON, i, n. ἐγγάλακτον, herba, de qua ita *Plin.* 27, 9, 58. Gaux antiquitus eugalacton vocabatur, cytiso et lenticulae foliis similis: aversa candidiora. Rami in terram serpunt quini, senive, admodum tenues ab radice. Flosculi purpurei exeunt. Invenitur juxta mare. Coquitur in sorbitione similaginis, ad excitandam ubertatem lactis. P. Ex his *Plin.* verbis apparet, ita esse appellatam ab *ev*, bene, abunde, et *γάλα*, lactis, lac: quia nimirum lactis ubertatem excitat. *F.*]

[EUGAMUS, i, m. Ἐγγαμος, felix nuptiis: ab *ev*, bene, et *γάμος*, nuptiae. Est cogn. *R. Inscr.* ap. *Maff. Mus. Ver.* p. 297, 6. C. Avidius C. L. Eugamus. *F.*]

EUGANEI, orum, m. plur. populi Galliae transpadanae sub Alpibus, qui olim magno tractu ab Istriae finibus Brixium usque, et fortasse ultra obtinuerunt. Eorum oppida triginta quatuor *Cato* ap. *Plin.* 3, 20, 24. enumerabat. Inter eos censebantur Triumpilini, ubi nunc *Val Trompia*, et Camini, ubi nunc *Val Camonica*, teste *Plin. loc. cit.* Timavus quoque, qui fluit in Aquilejensi agro, *Euganeus* dicitur a *Mart.* 13, 89. Quod enim hic, non Medoacus, ista appellatione ab eo poeta significatur, satis intelligitur ex *ejusd.* 4, 25., quamvis *Sidon. Carm.* 9, 191. per *Euganeum* Timavum Medoacum intelligit. P. Praecipue vero *Euganeus* dicti sunt, qui circa Patavinum agrum incolunt, ubi *Euganei* colles, ap. *Lucan.* 7, 192. Ad *Euganeorum* collium radices fama est ipsorum populorum primariam urbem fuisse. Fuit etiam *Geryo-*

nis templum a Graecis conditum. Est item fons Aponi, et *Euganeae* orae, ap. *Mart.* 10, 93. et *Euganei* lacus, quae sunt in *Euganeis* oris, ubi *Venetiae*, *Id.* 4, 25. P. Ea regio laudatissimis lanis hodieque abundat. Hinc *Juven.* 8, 15. et *Euganeae* quantumvis mollior agna. *V. ALTINAS, ALTINUM.* P. Quos *Euganeos* diximus, expulsi sunt inde Antenor, et Trojanis suis, *Henetisque*, Patavio condito, locum fecisse: qui postea universi *Veneti* appellati sunt. *Liv.* 1, 1. P. Porro *Euganei* dicti sunt a nobilitate (quasi *εὐγενής*) et antiquitate generis. Crediti sunt enim eorum patres fuisse *Herculis* socii, qui in ea loca cum duce suo cum pervenissent, sedes posuerunt. Hinc *Plin. l. c.* praestantes genere *Euganeos* appellat.

EUGE, εὐγε, interjectio variis inserviens affectibus: a Graeca voce allata, quae recte, sane significat. Saepe enim est approbantis et laudantis. *Ter. Phorm.* 5, 6, 30. Euge, Geta! *Id. Ad.* 5, 7, 13. Euge! jam lepidus vocor. Adde *Mart.* 2, 27. P. Item plaudentis. *Pl. Asin.* 3, 2, 9. Eas nunc legiones, Vi pugnando perjuris nostris, euge! potiti. Et cum ironia approbantis. *Id. Amph.* 2, 2, 17. *Alc.* lavisti. *Amph.* quid, posteaquam lavi? *Alc.* accubuisti. So. euge optime! *Id. Merc.* 3, 4, 41. Dii sciunt, culpam meam istam non esse ullam. *Cha.* Euge, papae! Deos absentes testes memoras: qui ego istuc credam tibi? P. Item laetantis. *Id. Aul.* 4, 6, 11. Euge, euge, Dii me salvum et servatum volunt. P. Et metuentis. *Id. Cas.* 2, 6, 34. Euge, cave. P. Et hortantis. *Id. Most.* 3, 1, 59. Euge, strenue. P. Et animadvertentis ex improviso. *Ter. Andr.* 2, 2, 7. O Pamphile! Te ipsum quaero: euge Charine! ambo opportune. *Pl. Merc.* 2, 2, 12. P. Et gratulantis. *Id. Pers.* 1, 3, 10. Me dicit: euge! *Id. Rud.* 1, 2, 75. Euge, euge, perbene! P. Denique et insultantis, ut docet *Hieron.* in *Ezech.* 2, 6.

[EUGENES, etis, m. et *Eugenes*, is, f. εὐγενής, nobili genere natus: ab *ev*, bene, et *γενός*, genus. Est cogn. *R. Inscr.* ap. *Grut.* 676, 6. D. M. S. Ti. Claudii Eugeneti. Alia ap. *Mur.* 886, 8. Amphio Liviae ostiar. dat. (ollam) Liviae Eugeni conjugii. *F.*]

[EUGENESIS, is, f. bona generatio, nobilitas. ab *ev*, bene, et *γενέσις*, generatio. Est cogn. *R. Inscr.* ap. *Fabrett.* p. 438, 10. Alleja D. F. Eugenesis. *F.*]

EUGENIAE vel *Eugeniae*, arum, f. plur. uvarum genus, quae a nobilitate et generositate sic dictae sunt: nam *εὐγένεια* est nobilitas. *Colum.* 3, 2. ante med. Frigidum ac roscidum solum et coelum commodissime sustinent *eugeniae*, dum sunt in Albano colle: nam mutato loco, vix nomini suo respondent. P. Hinc *eugeneum vinum*, quod inde fit. *Cato R. R.* 6. et *Varr. R. R.* 1, 25. geminum *eugeneum* vocant: quare duplicis generis fuisse videtur. [\*Item vitis. *Plin.* h. n. 14, 2, 4, 3. Ita dictum hoc genus ut apud nos *Gutedel*, et similia.]

\*EUGENIUM, i, n. oppidum Illyridis Graecae. *Liv.* 29, 12. *B. A.*

[EUGENIUS, a, um, adj. εὐγένιος, nobilis: ab *ev*, bene, et *γενός*, genus. Est cogn. *R. Inscr.* ap. *Grut.* 1035, 1. Caesennius Eugenius. Alia ap. *eund.* 809, 11. Caesennia Eugenia. *F.*]

EUGÉPAE, idem quod *euge*, ironice approbantis. *Pl. Amph.* 4, 1, 10. Sed aedes occluserunt: eugepae! Pariter hoc fit, atque ut alia facta sunt. P. Exsultantis. *Id. Rud.* 1, 2, 81. At in vado est: jam facile enabit, eugepae! P. Mirantis. *Id. Epid.* 1, 1, 11. Eugepae! corpulentior videre, atque habitior. P. Sunt qui scribant *eugepoe*, ut sit ab *εὐγε*, et *ποι*.

EUGIUM, ii, n. medium foramen τοῦ αἰδοῦτος γυναικῶτος, et ipsum αἰδοῦτος: ab *εὐγε*, secundus. *Lucil.* et *Laber.* ap. *Non.* 2, 304. et 8, 56. *V. PUELLITOR.*

[\*EUGRAMMUS, i, m. Ἐγγράμμος (ab *ev*, bene, et *γραμμή*, linea, h. e. lineamentis bene distinctus) fictor quidam, de quo *Plin.* 35, 12, 43. Tradunt, Demaratum ex eadem urbe (*Corintho*) profugum, qui in Etruria Tarquinium Priscum regem populi R. genuit, comitatos fictores *Euchira*, et *Eugrammum*: ab iis Italiae traditam plasticen. P. Est etiam cogn. *R. Inscr.* ap. *Grut.* 127, 7. A. Egrius Eugrammus. *F.* et *B. A.*]

[EUGRAPTE, es, f. bene scripta: ab *ev*, bene, et *γραπτή*, scripta. Est cogn. *R. Inscr.* ap. *Donat.* 427, 16. Anicia Eugrapte. *F.*]

[EUHAGES, um, m. plur. ita appellati sunt apud Gallos viri sanctiores vitae genere insignes, qui naturae arcana scrutari solebant: *εὐαγής* enim sanctum significat. Vide *Ammiani* locum in *V. BARDI. F.*]

[EVHELPISTUS, i, m. εὐέλπιστος, qui bona est spe: ab *ev*, bene, et *ἐλπίσις*, sperabilis. Est cogn. *R. Inscr.* ap. *Grut.* 250, 2. L. Valerius L. F. Evhelistus. *F.*]

[EVHEMERIS, idis, f. εὐήμερις, et EVHEMERUS, i, m. εὐήμερος, dies agens tranquillos: ab *ev*, bene, et *ἡμέρα*, dies. Est cogn. *R. Inscr.* ap. *Grut.* 689, 1. Julia Evhemeris. Alia ap. *Maff. Mus. Ver.* 266, 9. Cn. Anneus Evhemerus. *F.*]

[EVHETHES, is, m. εὐήθης, bonis moribus praeditus, simplex, ab *ev*, bene, et *ἔθος*, mos.

Est cogn. R. Inscr. ap. Mur. 1456, 20. M. Kani-  
nius Evhethes. F.]

[EVHIPPINUS, a, um, adj. ad Evhippen perti-  
nens, Cariae urbem, a Plin. 5, 29, 31. memora-  
tam, in ejus nummis ap. Sestin. Class. gen. p. 88.  
ETIHELLEN. Plin. 5, 29, 29. Halydienses, seu  
Hippini, Xystiani. Corrige Alindienses, Evhippini,  
Xystiani. F.]

[EVHODIA, ae, f. εὐωδία, bona fragrantia, et  
EVHODUS, i, m. εὐώδης, bene fragrans. Est  
cogn. R. Inscr. ap. Grut. 791, 6. Julia Evhodia.  
Alia ap. eund. 984, 1. A. Magullius A. L. Evho-  
dus. F.]

[EVHORMUS, i, m. εὐόρμος, tutam staticam  
navium habens: ab εὐ, bene, et ὄρμος, statio na-  
valis. Est cogn. R. Inscr. ap. Grut. 377, 2. Cn.  
Cornelius Evhormus. F.]

EUHYAS et Euias, adis, Εὐύας, Baccha. De  
ratione scribendi V. EUHYUS. Hor. Od. 3, 25, 8.  
non secus in jugis Exsomnia stupet Euias Hebrum  
prospiciens, etc.

\*EUHYDRUM, i, oppidum Thessaliae. Liv. 32,  
13. B. A.

EUHYUS et Euius, ii, m. Εὐύος, h. e. bonus  
filius, ab εὐ, et υἱός, unum est ex cognominibus  
Bacchi. Nam in bello Gigantum fabulantur Bac-  
chum in leonem se vertisse, ac strenuam Jovi pa-  
tri navasse operam, uno ex Gigantibus interfecto:  
atque ab eo, macte virtute esse jubente, εὐ υἱέ,  
εὐ υἱέ fuisse blande appellatum. Usu frequenti poe-  
tarum Latinorum vox quoque ipsa Latina facta  
est, et paulatim Latino more Euius scribi coepta.  
Alii tamen deducunt ab εὐός, euoe, quae vox est  
Bacchum invocantium: qua ratione nullus est aspi-  
rationi locus. Stat. Th. 2, 72. praerupti cum te,  
tener Eui, partus Transmisere patri. Hor. Od.  
2, 11, 17. dissipat Euius Curas edaces. Ov. A.  
Am. 1, 563. Pars Hymenaeae caunt, pars clamant,  
Eui, euoe! Pers. 1, 101. lyncem Maenas flexura  
corymbis, Euium ingeminat. P. Adjective. Stat.  
Ach. 2, 153. quater Eui pulsanter terga manu, h.  
e. tympana.

\*EVIA, ae, oppidum Hispaniae Baeticae. Plin.  
3, 1. ed. Hard. ubi in quibusdam edd. deest. Ad-  
de Inscr. ap. Grut. p. 550. n. 4. B. A.

EUIAS. V. EUHYAS.

EVIBRO, as, a. 1. vibro, vel extra vibro. Trans-  
late. Gell. 1, 11. Ut excitarentur atque evibra-  
rentur animi, quod cornua et litui moliuntur, h.  
e. excitarentur, exstimularentur.

EVICTIO, onis, f. ἐξίχνιστος, actus evincendi.  
Apud Jctos est ejus rei, quam adversarius legiti-  
mo jure acquiserat, per judicem recuperatio. Ul-  
pian., Julian., Cajus, Paulus, etc. Dig. l. 21. tit. 2.  
qui est De evictione, ubi illa sunt: evictionem  
praestare, de evictione satis accipere ab aliquo,  
evictione aliquid amittere, de evictione teneri, ali-  
quem in evictione vincere, h. e. in actione de evic-  
tione. Item actio de evictione, et pro evictione,  
evictionis nomine obligari, etc. [\*Plura vide apud  
Brisson. de verb. signif. s. v.]

EVICTUS, a, um, part. ab evinco, plane victus,  
expugnatus, debellatus, ἐπιχνηθείς. [\*V. Broukh.  
ad Prop. 4, 7, 2.] Ov. Her. 19, 155. de Leandro:  
evicta per aequora lapsus. P. Translate dicitur  
fere de iis, quae aliquandiu resistunt, tandemque  
cedunt, ac succumbunt. Virg. A. 4, 474. ubi con-  
cepit Furias evicta dolore, Decrevitque mori. Et  
548. Evicta lacrimis. Id. G. 4, 63. Arbor vulne-  
ribus evicta supremum congenuit. Val. Fl. 2, 186.  
evictaque matrum Corda sacer Veneris gemitus rapit.  
Ov. Fast. 3, 688. Evictas precibus vix dedit  
illa manus. Tac. A. 11, 37. Evictus ad misera-  
tionem. Id. ib. 12, 49. donis, i. e. corruptus. Sil.  
3, 580. Blando desidia veneno evicta virtus.  
[\*Plura vide ap. Gron. ad Stat. Th. 9, 839. Heins.  
ad Ov. Fast. 3, 688. P. Apud Jctos evicta dicitur  
res, ab aliquo jure acquisita et per judicem recu-  
perata. V. EVINCERE.] P. Evicti rogi sunt,  
quos eluctando, et ex igne evolvendo umbra evasit.  
Prop. 4, 7, 2. Luridaque evictos effugit umbra  
rogos. P. Est item convictus. Cic. Verr. 2, 1, 1.  
Tam nefariis criminibus, tam multis testibus evic-  
tus. Est qui legit convictus.

EVIDENS, entis, adj. omn. gen. σαφής, qui  
aperte videtur, manifestus, perspicuus, dilucidus,  
patens. Cic. N. D. 3, 4. Neque ego in causis, si  
quid est evidens, de quo inter omnes conveniat,  
argumentari soleo: perspicuitas enim argumenta-  
tione elevatur. Id. Top. 26. Narrationes ut pla-  
nae sint, ut breves, ut evidentes, ut credibiles.  
Id. Acad. 4, 15. Perspicuae et evidentes res. Id.  
N. D. 2, 2. Quid enim est hoc evidenti? Liv.  
8, 9. Evidentissimum id fuit, quod etc. Hirt. B.  
Alex. 49. Neque ullum genus quaestus aut magni  
et evidenti, aut minimi et sordidi praetermitte-  
batur. Cels. praef. l. 7. Medicinae, quae manu  
curat, est effectus inter omnes medicinae partes  
evidentissimus. Plin. 21, 17, 64. In lappa flos  
nascitur non evidens, sed intus occultus. Id. 6,  
20, 23. Evidens demonstratio. Id. 9, 19, 25. ratio.  
Et 2, 52, 53. argumentum. Et 9, 2, 1. causa.  
Et 19, 3, 15. Id apud auctores Graeciae eviden-

tissimos invenimus, h. e. certissimos. [\*Saepissi-  
me hac voce usi sunt jurisconsulti in Dig. libris.  
Sic dicitur evidens aequitas, calumnia, mens testa-  
toris, fraus, injuria, evidens et manifestum jus  
etc. Locos vide ap. Brisson. de verb. signif. s. v.]

EVIDENTER, adv. ἐπιφανώς, perspicue, mani-  
feste. Liv. 6, 26. Cum tam evidenter poeniterit.  
Id. 42, 29. extr. Cotys evidenter Macedonum par-  
tis erat. Plin. 13, 4, 9. Evidentissime est causa  
nominis. Jabolen. Dig. 23, 3, 57. Nisi evidenti-  
sime contrarium approbetur. Julian. ib. 18, 5, 5.  
Ut evidenti appareret. [\*In Dig. etiam haec le-  
guntur: evidenter velle, exprimere, docere, dis-  
sentire, contradicere, acquirere, denotare. V.  
Brisson. de verb. signif.]

EVIDENTIA, ae, f. ἐπιφανεία, perspicuitas. Cic.  
Acad. 4, 6. Propterea, quod nihil carius ἐπιφανεία,  
ut Graeci: perspicuitatem aut evidentiam nos, si  
placet, noninemus. Quint. 4, 2. med. Sunt qui  
adjiciunt, his evidentiam, quae ἐπιφανεία Graece  
vocatur. Id. 6, 2. med. Insequatur ἐπιφανεία, quae  
a Cicerone illustratio et evidentia nominatur: quae  
non tam dicere videtur, quam ostendere. (illustrem  
explanationem habet Cic. Or. 3, 53.) Id. 9, 2. med. tradit,  
figuram hypotyposin a Celso evidentiam appellari.

EVIGESCO, is, n. vigorem amitto. Tertull.  
Anim. 38.

[EVIGILANTER, adv. idem ac vigilanter. Co-  
ripp. Johan. 6, 202. veneranda senectus Evigilan-  
ter agit populos. F.]

EVIGILATIO, onis, f. Augustin. Soliloqu. 1, 1.  
Deus, pater evigilationis atque illuminationis nostrae.

EVIGILATUS, a, um, part. ab evigilo, vigilan-  
do confectus. Cic. Att. 9, 12. At quam honesta!  
at quam expedita tua consilia! quam evigilata tuis  
cogitationibus, qua itineris, qua navigationis!  
Gell. 1, 7. Homo lectione multa exercitus, qui  
pleraque omnia veterum litterarum quaesita, me-  
ditata, evigilataque erant.

EVIGILO, as, avi, atum, n. 1. ἐπιγίνομαι, ex-  
pergiscor, vigil fio, de lecto surgo. Plin. ep. 1, 5.  
Evigilaveram: nuncius a Spuria. Et ep. 9, 36.  
Evigilo, cum libuit: plerumque circa horam pri-  
mam. Suet. Aug. 78. Evigilare maturius. Id.  
Claud. 33. Ante medium noctem plerumque evigi-  
labat. Stat. Silv. 5, 3, 127. de Palinuro: puppe  
magister Excidit, et mediis miser evigilavit in un-  
dis, h. e. dormiens cecidit, et in undis experrectus  
est. P. Item insomnis sum, vigiliam ago.  
Tibull. 1, 9, 64. Est mihi nox multis evigilanda  
modis. Translate est incumbere, elaborare, dili-  
gentem, attentumque esse. Cic. ad Brut. 1, 15.  
Tanta est industria, tantumque evigilat in studio,  
ut, etc. Id. Parad. 2. Quid enim ego laboravi?  
aut in quo evigilarunt curae et cogitationes meae?  
P. Active cum accusativo est vigilando conficere,  
elucubrare. Ov. Trist. 1, 1, 108. Quos (libros)  
studium cunctos evigilavit idem. V. v. praec.

EVIGORATUS, a, um, part. ab inusit. evigoro,  
vigore privatus. Tertull. Pall. 4. et Apol. 17.

EVILESCO, is, lui, n. 3. vilescor, φαυλιζομαι.  
[\*Tac. H. 3, 53. Cujus criminationibus evilevisent  
pericula sua.] Suet. Claud. 15. Usque eo evilit,  
ut passim ac palam contemptui esset. Val. Max.  
5, 4. n. 7. Nullis sordibus pretium carae pietatis  
evilescit.

EVINCIO, is, nxi, netum, a. 4. idem ac vincio,  
vel valde vincio, circumdo, ἀνάδω. Tac. A. 6,  
42. Insigni regio Tiridatem evinxit, h. e. diadema  
imposuit. Id. ib. 15, 2. Diadema caput Tirida-  
tis evinxit.

EVINCO, is, ici, ictum, a. 3. ἐννικάω, idem  
quod vinco, vel plane vinco, supero. [\*Tac. A.  
3, 46. Evincere Aeduos: quo significato rarissime  
apud pedestres scriptores legitur.] Sen. Herc. Oct.  
562. Cape hunc triumphum: solus evince Herculem.  
Petr. Sat. 79. Certa que liniamenta evicerunt spississi-  
mam noctem, et notabili candore ostenderunt erranti-  
bus viam. Virg. A. 2, 496. aggeribus ruptis cum  
spumeis amnis Exit, oppositasque evicit gurgite  
moles. Ov. Trist. 1, 10, 33. de navi se vehente:  
Haec (litora Byzantia) precor evincat. [\*V. Burm.  
ad Val. Fl. 3, 481. 5, 512. ad Ov. Her. 19, 155.]  
Sic Plin. 9, 31, 51. Cancris os Ponti evincere non  
valent: quamobrem regressi circumveunt. Id. 18,  
21, 50. Quoniam evincit herbas lupinum, runcatur  
tantum, h. e. affligit, ut Pallad. 2, 9. seu perimit,  
ut Colum. 2, 12. circa med. loquitur. Colum. 6, 5.  
Evincendi sunt quamvis pestiferi morbi, et exqui-  
sitis remediis propulsandi. Hor. Od. 2, 15, 4. pla-  
tanusque caelebs Evincet ulmos. Sen. Hipp. 457.  
Arbor celso vertice evincit nemus. Ov. Met. 1, 685.  
molles evincere somnos. [\*V. Heins. ad Ov. Fast.  
3, 688.] Virg. A. 4, 548. Evinci lacrimis. Sen.  
Consol. ad Polyb. 36. Perferre, et evincere dolo-  
res. [\*Evincere propositum laborem ap. Auct. arg.  
fab. 17. in Ov. Met. 4. Tom. II. p. 294. Burm.]  
P. Item pervinco, obtineo. Liv. 2, 4. Evincuntque  
instando, ut litterae sibi ad Tarquinius darentur.  
Adde 4, 25, et 3, 41. [\*V. Heins. ad Ov. Fast. 3,  
680. Graev. ad Cic. Verr. 1, 1.] P. Item convinco.  
Hor. Sat. 2, 3, 250. Si puerilius his ratio  
esse evincet amare. P. Apud Jctos evincere est

rem ab aliquo jure acquisitam per judicem recupe-  
rare. V. totum titulum secundum, qui est De evic-  
tione l. 21., Dig. et dicta in EVICTIO. Pomp.  
ib. leg. 16. Ut servum quisquam a me, aut ab eo,  
cui vendidissem, evinceret. [\*Quint. Decl. 388.  
Puer evincitur ab assertore.] P. [Part. Evincens  
ap. Quint. 8, 3. Evincens etiam vitiis oratio-  
nis edendum est. Evincendus in Inscr. in Mem.  
Rom. di. AA. e. BB. AA. T. 3. p. 71. Qui ob ho-  
nores ei habitos HS. L. M. N. dedit, ex quorum  
usuris evincendis quotannis XIII. Kal. Aug. die na-  
tali ejus decurionibus singulis X. V. dentur. F.]  
P. [\*Confunduntur a librariis Evincere et devincere.  
V. Burm. ad Quint. Inst. 7, 3. p. 617.]

EVINCTUS, a, um, partic. ab evincio, vincitus,  
circumdatus, ἀνάδεδεμένος. Virg. A. 5, 364. evin-  
ctis attollere brachia palmis, h. e. caestibus arma-  
tis. Id. ib. 8, 286. evinctus tempora ramis. Ov.  
Pont. 3, 2, 72. Evincti geminas ad sua terga ma-  
nus. Virg. Ecl. 7, 32. purpureo suras evincta co-  
thurno. Stat. Th. 1, 554. Evinctus pudica fronte  
h. e. lauro coronatus.

EVIOLO, as, a. 1. Adstruunt quidam huic verbo  
auctoritatem ex illo Prop. 1, 7, 16. Quod nolim  
nostros eviolasse Deos. Verum ibi alii aliter.  
Brouckhus. et alii quamplures praeferunt evoluisse  
ab evolvo.

EVIRATIO, onis, f. virilium exsectio. Metalep-  
tice ponitur pro depilatione, nam pili sunt virili-  
tatis indicia. Plin. 29, 1, 8. f. Eviratio pilorum.

EVIRATUS, a, um, partic. ab eviro. ἐναυχιστέ-  
ρος, castratus: et translate lascivus et effemina-  
tus. Mart. 5, 41. Evirator spadone. Arnob. 5.  
p. 187. Eviratum corpus.

EVIRESCO, is, n. 3. virorem amitto, expallesco.  
Varr. ap. Non. 2, 258. Atque exsanguibus dolore  
evirescat colos.

EVIRO, as, a. 1. ἐναυχίζω, castro, virilitatem  
adimo. [\*Vid. quae mox dicemus.] Catull. 63, 17.  
de Atty. Corpus evirastis Veneris nimio odio. P.  
Translate effeminatum reddo. Varr. ap. Non. 1,  
223. Spatiale eviravit omnes Venerivaga pueros.  
[\*Veget. 2, 8, 2. Evirat sanguis enormiter ablati.  
Adde ib. 2, 10, 12. Coel. Tard. 1, 5, 178. Corpore  
evirato animae quoque substantia turbatur. Recte  
Gesner. Credo, ait, non a viro derivari, sed a  
viribus.]

EVISCERATUS, a, um, partic. ab eviscero, cui  
viscera exempta sunt. Cic. Tusc. 1, 44. ex Ennio.  
Ipse summis saxis fixus asperis, evisceratus Latere  
pendens. P. [\*Item visceribus carens. Pacuv. ap.  
Cic. Div. 2, 64. Eviscerata, inanima cum animali  
sono.] Item qui ex visceribus alicujus rei extra-  
hitur, ut Unio et concha evisceratus, Solin. 53. f.  
P. Translate exsiccatus et sceleri formam habens.  
Appul. Apol. Macilenta vel omnino eviscerata for-  
ma diri cadaveris. P. [\*Item metaphoricè pro dis-  
sipatus. Cod. 3, 29, 7. Si mater tua patrimonium  
suum in fratrem tuum, evisceratis opibus suis, ex-  
hausit.]

EVISCERO, as, a. 1. ἐξερπύζω, exentero, visce-  
ra extraho. Virg. A. 11, 423. Accipiter columbam  
pedibus eviscerat unis.

[\*EVISCUS olim saepe legebatur apud Veget.,  
pro hibisco l. hibisco, quod vide.]

EVITABILIS, e, adj. qui evitari potest. Ov.  
Met. 6, 234. Frena tamen dantem non evitabile te-  
lum Consequitur. Sen. Q. N. 2, 50. Inevitabilia  
mala aut evitabilia.

EVITATIO, onis, f. actus evitandi, ἐπιλάτεια, ut  
Evitatio incommodorum, Auct. ad Her. 2, 2. Al.  
leg. vitatio. [\*Cfr. quae s. v. Evitare scripsimus.]  
Evitatio periculi. Sen. Q. N. 2, 39. fastidii, Vo-  
pisc. Aurel. 22. malorum, Quint. 5, 10. med.

EVITATUS, a, um, partic. ab evito. Hor. Od.  
1, 1, 5. Metaque fervidis Evitata rotis. Ov. Met.  
12, 122. nec fraxinus errat, Inque humero sonuit  
non evitata sinistro.

EVITO, as, avi, atum, a. 1. idem ac vito, effu-  
gio, caveo. Cic. Am. 24. Suspicionem et offensio-  
nes tum evitare, tum elevare, tum ferre sapien-  
tiam est. Catull. 116, 7. nos tela ista tua evitamus  
amictu. Ulp. Dig. 42, 4, 7. med. Evitare occur-  
sum creditoris. Pers. 2, 27. Triste jaces lucis, evi-  
tandumque bidental. [\*Legitur evitare etiam apud  
Cic. Fin. 5, 7. Ne vitationem quidem doloris quis-  
quam in rebus expetendis putavit, ne si etiam evi-  
tare posset, quem locum pro corrupto habent.  
Recte vero Schuetz. in Ind. ita tuetur, ut inter  
vitare et evitare hanc differentiam inesse statuatur,  
ut alterum sit fugere, alterum effugere. — Sen.  
Ep. 93. Quid autem ad rem pertinet, quamdiu vi-  
tes, quod evitare non possis: ubi evitare aperte  
positum de effectu. Sed saepius evitare positum,  
ubi simplex verbum expectabas. Id. ib. 44. Quan-  
tum possumus, evitemus incommoda quoque. V.  
Gron. ad Sen. Ep. 5. P. Observa constructionem  
sequente quo minus. Ulp. in Dig. 25, 3, 1, 16.  
Non evitabit, quominus quaeratur, quin ex eo  
praegnans sit mulier.] Evito etiam verbum anti-  
quum est, compositum a vita et significat vitam  
eripere, vita spoliare. Enn. ap. Cic. Tusc. 1, 35.  
et ib. 3, 19. Haec omnia vidi inflammari, Priamo

vi vitam evitari. [\*ubi vitam per abundantiam adjectum est, ut quum dicimus bellum bellare. Nam evitare jam per se significat vitam eripere, ut sequens Appul. locus docet. Cfr. Doederl. Synon. Fasc. 3. p. 192., qui verbum evitare etiam in illo Plaut. Cas. 3, 6. Gladium Ancilla Casinam intus habere ait, qui me atque te invitet, pro vulgato invitet evitet legendum esse censet.] Appul. Met. 3. p. 133, 3. Nec enim verisimile est hominem solitarium tres tam validos evitasse juvenes. Alii leg. *evicasse*.

EUIUS. V. EUHYUS.

\*EULAEUS, i, *Εὐλαῖος*, Mediae fluvius, in sinum Persicum influens. *Plin.* 6, 27. Adde 31, 3. *B. A.*

[EULALUS, i, m. *εὐλάλος*, bene loquens: ab *εὖ*, bene, et *λάλο*, loquor. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Grut.* 610, 4. Ti. Claudius Aug. L. Eulalus. *F.*]

[EULIMENE, es, f. *Εὐλίμηνη*, et

EULIMENUS, i, m. *εὐλίμηνος*, tutum portum habens: ab *εὖ*, bene, et *λίμην*, portus. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Grut.* 764, 7. Caecia C. L. Eulimene. Alia ap. *eund.* 241, 2. A. Decius Eulimeneus. *F.*]

[EULOGIÄ, ae, f. *εὐλογία*, benedictio: ab *εὖ*, bene, et *λόγος*, sermo. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Donat.* 424, 24. Cornelia O. L. Eulogia. *F.*]

[EULOGIÄRIUS, ii, m. qui eulogias seu munera ab episcopis ex eorum mensa ad privatos missa, conficit vel defert. *Not. Tir.* p. 192. V. *Ducangii Gloss. Lat. in V. Eulogia. F.*]

[EULOGUS, i, m. *εὐλόγος*, rationi consentaneus: ab *εὖ*, bene, et *λόγος*, ratio. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Fabr.* p. 387. n. 235. M. Vipsanius Eulogus. *F.*]

[EUMACHUS, i, m. *εὐμαχος*, bene pugnans: ab *εὖ*, bene, et *μάχη*, pugna. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Maff. Mus. Ver.* 154, 8. Q. Fictorius Q. L. Eumachus. *F.*]

\*EUMARUS, i, m. Atheniensis, pictor egregius, qui primus in pictura marem feminamque discrevit, omnesque figuras imitari ausus est. *Plin.* 35, 8. *B. A.*

EUMAEUS, i, m. *Εὐμαῖος*, subulcus Ulyssis, qui hunc redeuntem, licet non agnitus, hospitio tamen benigne excepit, ut est ap. *Homer. Odys.* 14. Hinc *Varr. R. R.* 2, 4. Meam gentem suillum cognomen non habere, nec me esse ab Eumaeo ortum.

[EUMATHIÄ, ae, f. *εὐμαθία*, docilitas: ab *εὖ*, bene, et *μαθίω*, disco. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Grut.* 838, 13. Veleia L. F. Eumathia. *F.*] [\*Voluit igitur *Eumathia*.]

EUMECES, is, n. balsami genus levi cortice, ab *εὐμήκης*, bene longus, quod ceteris sit procerius. *Plin.* 12, 25, 54. P Item gemma oblonga figura, silici similis, quae capiti supposita, visa nocturna oraculi modo reddit. *Id.* 37, 10, 58.

[EUMEDES, is, m. *Εὐμήδης*, (ab *εὖ*, bene, et *μήδος*, consilium) praeco Trojanus, pater Dolonis; ab Hectore in Graecorum castra speculatum missus et pactus praemium curram et equos Achillis, ab Ulysse et Diomede est interfectus. *Ov. Fast.* 3, 4, 27. Non foret Eumedes orbis, si filius ejus Stultus Achilles non adamasset equos. Adde *Virg. A.* 12, 345. *F.*]

[EUMELIS, idis, f. *Εὐμήλις*, ita est appellata urbs Neapolis ab Eumelo Admeti filio, ex regione Pelasgitide, cujus ductu vel auspiciis ea est condita. *Stat. Silv.* 4, 8, 48. Cujus (*Apollinis*) adhuc volucrum laeva cervice sedentem Respiciens blande felix Eumelis adorat. *F.*]

[EUMELUS, i, m. *Εὐμήλος*, (ab *εὖ*, bene, et *μήλον*, ovis, h. e. ovibus abundans) Patrarum rex, Triptolemo coaevus, a quo agricolandi artem didicit. *Ov. Met.* 7, 390. P Item Admeti regis Thesaliam ex Alceste uxore filius (*Hyg. fab.* 97.), qui ductu vel auspiciis suis Pelasgicam coloniam in Campaniam emisit, quae urbem Parthenopen, postea Neapolin, atque etiam ab ejusdem coloniae conditore Eumelin appellatam condidit. Hic deinde a Neapolitanis tanquam Deus patrius cultus fuit et in illius honorem sodalitates Eumelidarum instituta fuit, de qua consule *Ignarra de phratris* p. 96. P Et Trojanus vir, de quo *Virg. A.* 5, 664. Nuncius Anchisae ad tumulum cuneosque theatri Incensas perfert naves Eumelus. P Fuit etiam cogn. R. *Inscr.* ap. *Grut.* 805, 4. Ti. Claudius Eumelus. *F.*]

[EUMENES, is, m. *Εὐμένης*, benevolus: ab *εὖ*, bene, et *μένος*, animus. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Mur.* 1786, 4. Sex. Gellius Sexti O. (Cajae) L. Eumenes. P *Eumenes*, is, m. *Εὐμένης*, *Εὐμένης*, Cardianus, filius Vectoris, ex scriba dux nobilissimus factus, ab Alexandro M. magni habitus, sororem Barsines uxoris ejus duxit. Illo mortuo, Craterum et Antipatrum, Perdiccae auspiciis, devicit. Pulsus Asia ab Antigono in provinciis Orientalioribus haesit, Argyraspidum dux, et quia Seleucum in partes suas pertrahere non poterat, illius regionem invasit. Mox viribus auctus, contra Antigona movit, cui a militibus proditus, fame tridua obiit. V. *Nep. in vita Eumenes*, *Justin.* 13, 4. et 6. *Curt.* 10, 4. P Fuit et nomen aliquot regum Pergami: quorum Eumenes I. amicissimus Roma-

nis (*Φιλοφρόνιστος Plutarcho*), ut eum *Nepos* in *Hannibale* vocat, ubi bellum ejus cum Prusia Bithyno, qui Hannibalis consilio ipsum pugna navali devicerat, describit. V. *Liv.* 33, 16. P Eumenes II. Attalo patri successit. De eo V. *Justin.* 31, 8. et 33, 1. *F.* et *B. A.*

[EUMENETICUS, a, um, adj. ad Eumeniam pertinens, Phrygiae majoris urbem, ab Eumene conditore ita appellatam. *Plin.* 5, 29, 31. Amnis Maeades Arapenam primum pervagatur regionem, mox Eumeneticam. *F.*]

\*EUMENIA, ae, Phrygiae majoris civitas, Cludro flumini apposita. *Plin.* 5, 29. P Item oppidum Thraciae, quod Scythae *Aroteres* cognominati tenuere. *Id.* 4, 11. *B. A.*

EUMENIDES, um, f. *Εὐμενίδης*, Furiae ita dictae per antiphrasin, quasi *εὐμενείς*, benevolae, cum revera sint *δυρμενείς*, malevolae, a *μένος*, animus. Ita *Serv.* ad *A.* 6, 375., qui ad *A.* 4, 609. Diras ait vocari in coelo, Furias in terris, Eumenides apud Inferos: tametsi haec nomina poetae confundunt. Porro hoc nomen inde habere creduntur, quod Oresti, qui Palladis consilio illas placaverat, benignas se ac placabiles, postquam matrem occiderat, praebuerit, uti ex *Sophocle in Oedip.* v. 477. colligitur. *Virg. G.* 4, 483. caeruleosque implexae crinibus angues Eumenides. *Id.* A. 6, 250. Mater Eumenidum, h. e. Nox. Et 280. Ferreque Eumenidum thalami. Adde *Cic. N. D.* 3, 18. P In singulari num. *Sil.* 2, 559. disjectaque crimem Eumenis in medios irrumpit turbida coetus. Adde *Stat. Th.* 12, 423.

[EUMETRIÄ, ae, f. *εὐμετρία*, justa proportio: ab *εὖ*, bene, et *μέτρον*, mensura. *Veg. Veter.* 4, 2. Haec eumetria equi convenit staturae honestae ac mediae. *F.*]

[EUMITHRES, ae, f. gemmae species: ab *εὖ*, bene, et *Μίθρης*, Mithras, numen Persarum, quod idem ac Sol. *Plin.* 37, 10, 58. Eumithren Beli gemmam, sanctissimi Deorum sibi, Assyrii appellat, porracei coloris, superstitionibus gratam. *F.*]

EUMOLPIDAE, arum, m. *Εὐμολπίδαι*, sacerdotes Athenis, praesides quorundam sacrificiorum nocturnorum, quos Eumolpus Musaei vel Orphei vel Neptuni et Chiones filius in honorem Bacchi vel Cereris in ea urbe instituerat: cujus posterum in id sacerdotium jure quodam sanguinis initiabantur. Alii volunt eorum sacerdotum Orphea habuisse magistrum. De Eumolpi etiam patria varia traduntur, aliis Thracem, aliis Atheniensem facientibus, aliis Aegyptium. Sunt etiam, qui unum Thracem fuisse dicunt, Neptuni filium, alium Eleusinium vel Atheniensem, Musaei filium, Orphei discipulum. Meminerit Eumolpi et Eumolpidarum *Cic. Leg.* 2, 14., *Nep. Alcib.* 4. et *Ov. Pont.* 3, 3, 41. et *Met.* 11, 93. P Scribitur etiam *Eumolpus*.

[EUMOLPUS, i, m. *Εὐμόλπος*, bene cantans: ab *εὖ*, bene, et *μολπή*, cantus. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Fabr.* p. 700. n. 216. Q. Considius Eumolpus. *F.*]

\*EUNEOS, i, gemma quaedam ap. *Plin.* 37, 10. ed. *Hard.* Antea legebatur *eureos*. *B. A.*

[EUNETES, ae, m. *εὐνήτης*, concubinus: ab *εὐνή*, cubile. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Vignol. Inscr. sel.* p. 209. Ti. Claudius Eunetes. *F.*]

[EUNICÄ, ae, f. *εὐνική*, cubicularia: ab *εὐνή*, cubile. Est nom. serv. R. *Inscr.* ap. *Mur.* 933, 11. Eunica Anterotis Liviae liberti. V. *Ducangium Gloss. Lat. in V. Euniceus. F.*]

\*EUNICUS, i, *Εὐνικός*, statuarii nomen. *Plin.* 33, 12. et 34, 8. *B. A.*

\*EUNOE, es, *Εὐνόη*, uxor Bogud, Mauritaniae regis. *Suet. Caes.* 52. *B. A.*

[EUNOEA, ae, f. *εὐνοία*, benevolentia: ab *εὖ*, bene, et *νόος*, mens. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Grut.* 394, 8. Oppia Sexti et O. (Cajae) liberta Eunoeta. *F.*]

[EUNOETUS, i, m. *εὐνόητος*, facilis intellectus: ab *εὖ*, bene, et *νοητός*, intelligibilis. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Spon. Miscell. antiq.* p. 12. Q. Vetinius Eunoetus. *F.*]

[EUNOMIÄ, ae, f. *εὐνομία*, aequitas: ab *εὖ*, bene, et *νόμος*, lex. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Mur.* 1136, 6. Audas Eunomia fil. dulciss. *F.*]

\*EUNOMIANI. Sic vocantur ii, qui Eunomii de rebus sacris doctrinam sequebantur. Saepe memorantur in *Cod.* De impiis eorum erroribus scripsit *Hieron.* adv. *Vigilant.* *August. de Haeres.* c. 54.]

[\*EUNOMIUS, i. Auctor ejus partis, quae ab eo *Eunomianorum* nomen traxit. Scripsit *ἐκδοτικόν*, i. e. fidei expositionem, quem libellum post *Valesium* edidit *Fabric.* bibl. Gr. T. VIII. p. 253.]

[EUNOMUS, i, m. *εὐνομος*, bonis legibus utens: ab *εὖ*, bene, et *νόμος*, lex. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Grut.* 1116, 9. A. Cottius Eunomus. *F.*]

[EUNOSTIDAE, arum, m. *Εὐνοστίδαι*, ita sunt appellati sodales in honorem Eunosti herois, Tanagrae, Boeotiae urbis, maxime culti, in cujus templo si qua mulier ingressa fuisset, capitali poena multabatur, ut narrat *Plutarch.* *Quaest.* 40. *rer. Graec.* Huic numini sodalitas consecrata fuit etiam Neapoli, quemadmodum constat ex *Inscr.* ap.

*Fabr.* p. 456. n. 74. P. Sufenati P. F. Pal. Severo Semproniano fretiaco Neapoli Eunostidon. Hic *Eunostidon* est ab *Εὐνοστίδων* pro *Eunostidarum*. V. *Ignarra de phratris* p. 115. et seq. *F.*]

EUNUCHINUS, a, um, adj. ad eunuchum pertinens, ut *Eunuchina* facies, ap. *Hieron. ep.* 22. n. 27.

[EUNUCHION, ii, n. *εὐνούχιον*, lactucae genus. *Plin.* 19, 8, 38. Quidam vocant eunuchion, quoniam haec maxime refragetur Veneri. *F.*]

EUNUCHISMUS, i, m. eviratio, ut *Eunuchismum* facere, apud *Coel. Aurel. Tard.* 1, 4.

EUNUCHIZATUS, a, um, partic. ab inusit. *eunuchizo*, eunuchus factus. *Hieron. contra Jov.* 1, 7. ex *Matth.* 19, 12.

EUNUCHO, as, a. I. *Εὐνούχιω*, castro. *Varr.* ap. *Non.* 2, 289. Qui se eunuchat.

EUNUCHUS, i, m. *εὐνούχος*, castratus, cui nempe adempti sunt testiculi. Etymon est ab *εὐνή*, lectus, et *ἔχω*, curo, quia lecti et cubiculi mulierum custos habitus fuit: alii vero derivant ab *εὖ*, bene, *νόος*, mens, et *ἔχω*, habeo, quasi habens bonam mentem, quia res Venereae amentiam inferant et qui iis abstineant, valde sapere videantur: alii denique deducunt ab *εὐνός* *τοῦ ὄζειν*, h. e. privatus, expers concubitus. Priorem notationem confirmant *Claud.* in *Eutrop.* 1, 98. cumque omnibus unica virtus esset in eunuchis, thalamos servare pudicos etc. *Id. ib.* 419. Militia eunuchi nunquam praegressa cubile et *Ammian.*, qui 18, 4. *cubicularios* vocat, quos paulo ante *spadones* dixerat. *Gloss. Philox. Εὐνούχοι*, cubicularii. Adde *Etymol. M.* in *V. Εὐνούχος*. P Videtur Semiramis Assyriorum regina omnium prima fecisse eunuchos. *Claud. l. c.* 339. Seu prima Semiramis astu Assyriis mentita virum, ne vocis acutae Mollities, levesque genae se proderent possent. Hos sibi conjunxit similes: seu Parthica ferro Luxuries vetuit nasci lanuginis umbram, Servatoque diu puerili flore coegit Arte retardatam Veneri servire juventam. *Ammian.* 14, 6. Semiramis regina, quae teneros mares castravit omnium prima, vim injectans naturae. P Duplex porro fuit eunuchorum genus, eorum nempe qui ante pubertatem testiculis privarentur, ut virorum, qui praepostera Venere delectarentur, libidini diutius inservirent. Hi praecipue ex Delo insula Romam advehebantur. V. *DELICACUS.* *Cic. Or.* 70. Multi eunuchi ex Syria Aegyptoque. *Mart.* 3, 82. Digni crepantis signa novit eunuchus. *Lamprid. Alex. Sev.* 23. Tertium genus hominum eunuchos esse dicebat, nec videntur, nec in usu habendum a viris, sed vix a feminis nobilibus. P Alterum vero eorum, qui contra conceptionis periculum feminarum libidini explendae destinati matura jam aetate evirabantur, de quibus loquitur *Joven.* 6, 366. Sunt quas eunuchi imbelles ac mollia semper Oscula delectent et desperatio barbae, Aut quod abortivo non est opus etc. Ad hos etiam respicit *Hieron.* in *Jov.* 1, 47. cum ait, eunuchum dominae suae praesto esse in longam securamque libidinem. Adde *Mart.* 6, 67. P Videtur etiam eunuchi vocis gracilitate commendati aliquando fuisse dominis suis, ut apud nos qui *castroni* [\**Castraten*] vocantur. *Ammian.* enim 18, 4. eos memorat, qui inter ministeria vitae secretioris, gracilitate vocis semper puerilis et blandae aures principis pulsarent. *Lamprid.* vero *Alex. Sev.* 34. eosdem *vocales exoletos* appellat. P Quibusdam eunuchis non modo testes, sed ipse etiam penis amputabatur, ne scilicet ullam possent cum feminis rem habere et earumdem castimoniae custodes essent: hos Graeci sequioris aevi *καρτεμαῖος*, Latini vero *carsamatia* vocabant, ut testatur *Ducangius* in *Gloss. Graec.* et *Lat.* in his vocibus. Hujusmodi erant Galli ministri Deae Cybeles. V. GALLI et etiamnum apud Turcarum imperatorem qui gynaecio [\**Serail*] inserviant. P Translate quoque usurpatur de animalibus. *Joven.* 12, 34. imitatus castrata, qui se Eunuchum ipse facit. P *Eunuchum suam* femininum genere dixit *Ter. Eun. prol.* 32. comediam intelligens, quae *Eunuchus* inscribitur. V. CENTAURUS. [\*Plurima addidit *F.*]

[EUNUS, i, m. *εὐνούος*, *οὗς*, et *Eunöis*, idis, f. *εὐνούος*, benevolens: ab *εὖ*, bene, et *νόος*, mens. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Mur.* 684, 3. M. Caesio Euno. Alia apud *Grut.* 815, 1. Perperniae Eunoidi. *F.*]

EVOCATIO, onis, f. actus evocandi, *ἐκκλησις*, ut *inferorum evocatio*, ap. *Plin.* 30, 1, 2. et *evocatio Deorum* ex urbibus obsessis, ap. *Macr. Sat.* 3, 9., cujus ibi formulam carmenque refert, multaque de eo antiquorum more disserit. *Hirt. B. Alex.* 56. Edictum proposuerat, ut quibus pecunias impetrasset, neque contulissent, se adirent. Quae evocatio vehementer omnes turbavit. P *Evocatio* etiam dicebatur genus militis per tumultum in re subita collecti, ubi dux alloquitur cives: Qui rempubl. salvam vultis, me sequimini. *Donat.* ad *Ter. Eun.* 4, 7, 2. et *Serv.* ad *A.* 7, 614. Hinc *Auct.* ad *Her.* 3, 2. Vis decernitur per exercitus, classes, arma, tormenta, evocationes hominum et alias hujusmodi res. [\**Duker.* ad *Flor.* 3, 17.]

[EUNUS, i, m. *εὐνούος*, *οὗς*, et *Eunöis*, idis, f. *εὐνούος*, benevolens: ab *εὖ*, bene, et *νόος*, mens. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Mur.* 684, 3. M. Caesio Euno. Alia apud *Grut.* 815, 1. Perperniae Eunoidi. *F.*]

EVOCATOR, oris, m. qui evocat. Item qui tumultuarium et subitum militem cogit, ut in voce praeced. dictum est. *Cic. Cat. 1, 11.* Principem conjurationis, evocatore servorum et civium perditorum exire patieris?

\*EVOCATORIE, adv. *Theod. Prisc. 1, 23. B. A.* EVOCATORIUS, a, um, adj. qui evocat, ut Evocatoria epistola, ap. *Sidon. ep. 8, 12.* [\*Adde *Symmach. ep. 4, 5, 6, 35.* et 36.]

EVOCATUS, a, um, partic. ab *evoco*, ἔκκλητος, aliunde in aliquem locum vocatus, arcessitus. *Hirt. B. Alex. 34.* Duas legiones in Aegyptum ad Caesarem mittit, litteris ejus evocatas. *Suet. Cat. 58.* Pueri nobiles ex Asia ad edendas in scena operas evocati. *Liv. 23, 43.* Evocati ad colloquium. *Id. 39, 36.* ad causam dicendam. V. EVOCO. *Justin. 13, 4.* Evocatos de singulis manipulis seditiosus supplicio tradi jubet. *Id. 12, 14.* Se quoque a Macedonia non ad societatem militiae, sed ad poenam evocatum arbitrabatur. *Plin. ep. 6, 31.* Evocatus in consilium a Caesare nostro ad Centum Cellas, maximam cepi voluptatem. P. [\*Saepius pro excitato ponitur. *Cic. Deiot. 14.* Evocata oratione misericordia. *Fin. 2, 31.* Probitas mercedibus evocata. P. In re militari evocati proprie dicebantur ii, qui per tumultum ad arma vocati erant. V. *Evocatio* §. 2. Tum latior significato ea est quam jam affert *Fore.*] In re militari evocati, ἀνάκλητοι, erant milites veterani, qui quamvis stipendia explevisset, nihilominus in gratiam consulum aut imperatorum, ab iis largitione, litteris, precibus invitati, militiam resumebant et honoratiori loco in ipsa constituebantur: cujus rei exemplum habes ap. *Cic. Fam. 15, 4.* et *Suet. Aug. 1, 10.* Hinc *Cic. Fam. 3, 6. fin.* Antonium praefectum evocatorum misi ad te, cui si tibi videretur, cohortes traderes. *Suet. Aug. 56.* Affluit et clientibus: sicut Scutario cuidam evocato quondam suo. [*Inscr. ap. Grut. 1110, 4.* Valerius Rufinus evocatus cohortis tertiae praetoriae. Alia ap. *eund. 531, 10.* M. Aurelio M. F. Secundino veterano evocato ex cohorte III. praetoria. Alia ap. *Fea, Var. di notiz. p. 87.* C. Vedennius C. F., qui Moderatus Antio, milit. in leg. XVI. Gal. a X., transl. in coh. IX. pr., in qua milit. ann. VIII., missus honesta missione revoc. ab imp. facta evoc. Aug., architect. armament. imp. evoc. ann. XXIII. F.] P. Ad horum similitudinem, evocatos appellavit Galba equestris ordinis juvenes, qui manente anulorum aurorum usu, excubias circa cubiculum suum vice militum agerent, ut narrat *Suet. in ejus Vita 10.*

EVOCO, as, avi, atum, a. 1. ἐκκαλέω, ex aliquo loco advoco, arcesso, vocando elicio, invito, provocho, pertraho. *Cic. Or. 2, 86.* Juvenes stare ad janua duos quosdam, qui cum magnopere evocarent. *Id. Att. 2, 24.* Iis litteris sic te evocabam, ut nihil acrius, neque incitatius fieri posset. *Pl. Asin. 2, 3, 3.* Atriensem Sauream, si est intus, evocato huc. *Id. Mil. 4, 6, 33.* et *Ter. Hec. 5, 1, 7.* Abi tu: illum evocato foras. *Pl. Amph. 3, 3, 12.* Gubernatorem a navi huc evoca meis verbis. *Caes. B. C. 3, 108.* Exercitum a Pelusio clam Alexandriam evocavit. *Id. B. G. 6, 34.* Ad Germanos pervenit fama, diripi Eburones, atque ultro omnes ad praedam evocari. [\*V. *Drak. ad Liv. 4, 9, 9.*] Et *ib. 5, 58.* Magna contumelia verborum nostros ad pugnam evocant. [\**Drak. ad Liv. 4, 10, 1.*] *Suet. Aug. 16.* Evocare aliquem ex provincia in auxilium. *Or. Am. 1, 8, 17.* mortuos sepulcris. *Virg. A. 4, 242.* animas Orco. [\**Or. Met. 11, 597.* Ales evocat Auroram. *Id. Fast. 1, 456.* Qui vigili rosem provocat ore diem. V. *Burm. ad Or. Met. 4, 629.*] P. Aliquando evocare est iudicis, magistratus, et hujusmodi adesse jubentis ad testimonium, aut causam dicendam. *Caes. B. C. 3, 108.* Queri, atque indignari coepit, regem ad dicendam causam evocari. *Cic. Verr. 2, 3, 28.* Magistratus et quinque primi accitu istius evocantur. Et *Verr. 2, 2, 67.* Evocat ad se Centuripinum magistratum, et decemprimos. [\**Nep. Con. 5.* Tiribazus Cononem evocavit.] *Plin. ep. 5, 20.* Evocare testes. *Ulp. Dig. 2, 12, 1.* Ne quis messium tempore adversarium cogat ad iudicium venire etc. sed si praetor per ignorantiam evocare perseveraverit, etc. [\**Drak. ad Liv. 3, 4, 5.* P. Sed etiam qui ad aliud agendum adesse jubebantur, dicebantur evocari, veluti quos princeps evocaverat. *Plin. ep. 5, 38.* Evocatus in consilium a Caesare.] P. *Evocare Deos* quid sit, docet *Maecr. Sat. 3, 9.* ut in EVOCATIO dictum est: item *Plin. his verbis 28, 2, 4.* Verrius Flaccus auctores ponit, quibus credat, in oppugnationibus ante omnia solitum a Romanis sacerdotibus evocari Deum, cuius in tutela id oppidum esset, promittique illi eundem, aut ampliorem apud Romanos cultum. Et durat in pontificum disciplina id sacrum: constatque, ideo occultatum, in cuius Dei tutela Roma esset, ne qui hostium simili modo agerent. Haec *Plin.* Simile est illud *Ulp. Dig. 1, 8, 9.* Sacrum est locus, in quo sacrae res ponuntur: quod etiam in aedificio privato esse potest: et solent, qui liberare eum locum religione volunt, sacra inde evocare. Habes et ap. *Liv. 5, 21.* et 22.

Tom. II.

quiddam huc pertinens, in expugnatione Vejorum. P. In re militari evocare est veteranos, qui stipendia expleverint, ad militiam precibus et praemiorum spe rursus pertrahere, ut in EVOCATUS dictum est: item quoscumque milites ad subitam et tumultuariam militiam vocare. *Caes. B. C. 1, 7.* Conclamant legionis decimae tertiae, quae aderat, milites: hanc enim initio tumultus evocaverat etc. Et 23. Erant complures adolescentes, et magnus numerus equitum R. et decurionum, quos ex municipiis Domitius evocaverat. P. Translate. *Quint. 1, 1. med.* Contendat interim, et saepius vincere se putet: praemiis etiam, quae capit illa aetas, evocetur, h. e. alliciat. *Cic. fragm. ap. August. contra Julian. Pelag. 4, 14.* Quae enim deformatio coloris et corporis, quod turpe damnum, quod dedecus, quod non evocetur atque eliciatur voluptate? [\**Pall. R. R. 1, 6, 12.* Tepor evocat ea quae seruntur.] *Sen. Hipp. 11.* Prata rorifera mulcens aura, Zephyrus vernas evocat herbas. *Sil. 7, 501.* Evocat e liquidis piscem penetralibus esca. [\**Col. R. R. 9, 14, 15.* Insistentes apes quasi per siphonem succum evocant.] *Plin. 14, 1, 3.* Vites tonsura annua coercentur, et vis earum omnis evocatur in palmites. [\**Plin. H. N. 17, 22, 35, 14.* Vitis evocata ad fructum.] *Id. 17, 22, 35. n. 11.* Quidam palmitem excaecant, supina falce auferendo oculos, ut longius evocent. *Cels. 4, 14.* Fricatione ad extremas partes materiam evocare. [\**Col. R. R. 4, 31, 2.* Evocatur in latitudinem salix.] *Plin. 23, 4, 41.* Oleum cicinum capillum evocat. [\**Befördert den Wachstum.*] *Cels. 3, 25.* Sudorem labore corporis evocare. [\**Schweiss heraustreiben.*] *Plin. 31, 10, 46. n. 4.* Nitrum vomitiones evocat. *Id. 28, 19, 77.* Evocare abortus, h. e. educere, expellere. *Sen. Med. 754.* aquas nubibus siccis. *Plin. 38, 8, 27.* adipis sufflito mulierum menses. *Id. 2, 53, 54.* fulmina, h. e. elicere, impetrare. V. ELICIO. [\**Cic. Or. 2, 8.* Memoriam evocare. *Hortens. fr.* Quod damnum, quod dedecus, quod non evocetur atque eliciatur voluptate.] *Sen. Ira 3, 5.* Ira lentos quoque natura et placidos in saevitiam ac violentiam evocat. [\**Liv. 9, 17, 2.* Tanti regis mentio, quibus saepe tacitis cogitationibus volutavit animum, eas evocat in medium, sc. ex animo.] Et *Ben. 2, 28.* Boni consulere, et animum ejus, grate excipiendo, evocare, h. e. ejus, qui beneficium dedit, liberalem animum ad insuper beneficiendum allicere, pertrahere. *Id. ep. 29.* Facetiae, quae risum evocare lugentibus possunt, h. e. elicere. *Plin. 28, 4, 12.* Evocare indicium. Et *Sen. Ira 3, 8.* iram. *Id. Const. sap. 4. extr.* lacrimas. *Id. Ira 2, 21.* aliquem in laetitiam. [\*Haec vox Senecae omnino fuit in deliciis. Vide plurima exempla quae affert *Gron. ad Sen. ep. 47.*] P. [\*Part. *Evocaturus* ap. *Pl. Mil. 2, 2, 47.* Cor, credo, evocaturus est foras. *Evocandus* ap. *Sen. Oed. 394.* Ipse evocandus noctis aeternae plagis. F. P. \**Confunduntur Evocare et Convocare.* V. *Drak. ad Liv. 4, 24, 4.* — et *Provocare.* *Burm. ad Or. Met. 4, 629.*] [\*EVODES, is, n. εὐόδης, bene olens, ab εὖ, bene, et ὄζω, oleo. Ita appellatur quoddam collyrium. *Inscr. ap. Tachón, cachets des oculist. p. 65.* C. Cintusminii Blandi evodes ad aspritudinem. Alia ap. *eund. ib. p. 66.* Phronimi evodes ad asprit. F.]

EUOE et EUHOE, εὐοί, vox bacchantium, et Librum Patrem inclamantium et invocantium: quasi εὖ οί, bene sit illi. Placet *Dausquo* aspirationem interscribi, *Vossio*, et aliis non placet. Vox est disyllaba: neque ullum adhuc vidimus poetae locum, ex quo necessario conficiatur, esse trisyllabam. *Catull. 64, 61.* Saxea ut effigies bacchantis prospicit euoe. Et 255. Euoe bacchantes, euoe capita inflectentes. *Hor. Od. 2, 19, 5.* Euoe! recenti mens trepidat metu. Et 7. euoe! parce Liber. Adde *Virg. A. 7, 389.* et *Or. Met. 4, 522.* P. Qui scribunt euohe, aut heuoe, male scribunt.

\*EVOENOS (εὐοενός, i. e. fertilis vino), insula ad Athon, novem M. pass. latitudine, quae hodie Peparethus vocatur. Haec *Plin. 4, 12. B. A.*

EVOLATICUS, a, um, adj. qui volat, ut Evolatici homines, ap. *Pl. Poen. a. 2. v. 27.* Al. tamen leg. *volatici.*

EVOLITO, as, a. 1. frequentat., saepe evolo. *Colum. 8, 8.* de columbis: Patentibus fenestris, per quas ad requirendos cibos evolitant.

EVOLVO, as, avi, atum, n. 1. ἀναπτύσσω, extra, vel in altum volo. *Cic. Brut. 78.* Ut evolare, non excurrere videretur. *Id. Leg. 1, 1.* Aquila ex quercu evolavit. *Varr. R. R. 3, 9.* Evolare extra septa. [\**Gaj. in Dig. 4, 1, 5, 6.* Examen ex alveo nostro evolavit. *ib. 6.* Gallinae turbatae longius evolaverunt.] P. Translate est erumpere. *Caes. B. G. 3, 28.* Subito ex omnibus partibus silvae evolaverunt, et in nostros impetum fecerunt. *Or. A. Am. 3, 710.* Evolat, ut thyrsu concita Baccha, vias. [\**Cic. Or. 2, 78.* Quod totum repente evolet, i. e. omnes suas vires celeriter ostendat.] P. Item progredi, ad honores altius evehi, ascendere. *Cic. Fam. 1, 7. med.* Quem illi esse in principibus facile sunt passi, evolare altius certe noluerunt.

Adde *Or. 2, 52.* [\**Et Or. 12.*] P. Item eripere se, aufugere. *Cic. Somn. Scip. 3.* Qui ex corporum vinculis tanquam e carcere evolaverunt, h. e. extra vincula evolaverunt. [\**Cic. Or. 1, 35.* Evolavit oratio, i. e. celeriter praeteriit, ut vix, quae dicta sint, percipi potuerint.] P. Item vitare, effugere. *Cic. Prov. cons. 6.* Quam poenam si tum aliorum opibus, non suis evolaverunt, etc. *Id. Verr. 2, 1, 5.* Evolet ex vestra severitate. P. Item fugere. *Id. ib. 2, 5, 34.* Evolarat jam e conspectu fere fugiens quadremis. [\**V. Tzschuck. ad Eutrop. 10, 2.*] P. [\*Part. *Evolans* ap. *Plin. 7, 52, 53.* Evolans ex ore animam. *Evolaturus* ap. *Varr. R. R. 3, 16.* Cum apes jam evoluturae sunt. F.]

EVOLVO, as, a. 1. ἀναπτύσσω, est furari, rapere, quasi in volam recipere. *Pl. Cist. 4, 2, 65.* Cistellam adolescens hic mihi evolavit. Alii rectius leg. Cistella mihi hic, mi adolescens, evolavit.

EVOLVO, is, olvi, olvitum, a. 3. ἀποκρίνω, deorsum, aut extra, aut de loco volvo. *Or. Met. 12, 518.* modo se super aera frustra Tollere conatur, jactasque evolvere silvas, h. e. a se rejicere. *Lucr. 6, 140.* de vento: Arbusta evolvens radicibus haurit ab imis. *Lucan. 3, 481.* nudis evolunt saxa lacertis. *Id. 6, 170.* cadavera plenis Turribus evolvit, subeuntesque obruit hostes. *Tac. G. 39.* Evolvi per humum. [\*i. e. se volvere.] *Cels. 7, 16.* Nonnunquam venter ictu aliquo perforatur, sequiturque ut intestina evolvantur. P. Dicitur et de aquis, quia volvendo se decurrunt. *Curt. 5, 4.* Araxes multorum aquas torrentium evolvit in Medum. *Virg. A. 5, 807.* In mare se Xanthus evolvit. *Plin. 4, 12, 24.* Danubius in Pontum vastis sex fluminibus evolvit. P. Est etiam explicare, et, quod involutum erat, aperire. *Petr. Sat. 11.* Opertum me amiculo evolvit, h. e. detexit. *Or. Met. 6, 581.* Evolvit vestes saevi matrona tyranni, Germanaeque suae carmen miserabile legit. *Id. Her. 12, 24.* Evolvere fusos, volvere usque dum omni filo spolientur. *Cic. Att. 9, 10. med.* Evolvere volumen epistolarum. P. Hinc translate est digerere, explicare, narrare. *Or. Met. 1, 24.* Quae postquam evolvit, caecoque exemit acervo, etc. *Virg. A. 9, 509.* Et mecum ingentes oras evoluite belli. *Stat. Th. 1, 2.* sontesque evolvere Thebas. *Cic. Att. 9, 10. med.* Totam hanc deliberationem evolvis accuratius in litteris VIII. cal. Mart. datis. *Id. Acad. 4, 36.* Exponere disciplinam sapientiae, naturam rerum omnium evolvere. *Id. Coel. 23.* Cujus ego neque principium invenire, neque evolvere exitum possum. [\*Quo loco vide annon metaphora ducta sit a labyrintho, ex quo exire non licet, nisi ei, qui fila de glomo devolvens redit.] *Id. Off. 3, 19.* Animi sui complicationem notionem evolvere. [\**V. Heins. et Drak. ad Sil. 7, 435.*] P. Item legere, ductum a voluminibus, quae legi non possunt, nisi evolvantur. *Cic. Tusc. 1, 11. med.* Evolve diligenter ejus eum librum, qui est de animo. *Hor. Sat. 1, 3, 112.* et *Or. Fast. 1, 657.* Evolvere fastos. *Id. Trist. 2, 307.* versus. Et 238. jocos. P. Item secum meditari, versare animo, mente volvere. *Sil. 3, 216.* Promissa evolvit somni, noctemque retractat. *Virg. G. 4, 509.* et gelidus haec evolvisse sub antris. *Sen. Agam. 116.* Tecum ipsa evolve femineus dolos. P. *Evolvere se* est se expedire, exire: ductum a cursu aquarum. *Ter. Eun. 4, 4, 55.* Hac re et te omni turba evolves, et illi gratum feceris. *Id. Phorm. 5, 4, 5.* Nullo possum remedio me evolvere ex his turbis. *Lucan. 9, 876.* Imus in adversos axes: evolvimur orbe, h. e. egredimur. P. Ab eodem aquarum cursu est et illud *Sen. Oed. 252.* de Sole: Qui tarda celeri saecula evolvis rota. Et *Med. 402.* Nitidusque certas mundus evolvit vices. P. Item illud *Val. Fl. 4, 117.* Ingemit, ac tales evolvit pectore questus, h. e. effundit. P. Interdum ponitur pro eruere. *Sen. Oed. 966.* Radice ab ima funditus vulsus simul Evolvit orbes, h. e. eruit oculos. Sic *Lucan. 2, 184.* ille cavis evolvit sedibus orbes. P. Translate. *Pl. Pseud. 1, 3, 82.* Ego in hoc triduo aut terra, aut mari alicunde evolvam id argentum tibi, h. e. eruam, extricabo, et tibi conficiam. P. Est nonnunquam deturbare, expellere. Hinc *evolutus bonis*: quod V. infra. *Liv. 6, 15.* Ut istos excubantes publicis thesauris ex praeda clandestina evolvas. [\**V. Drak. ad h. l.*] P. Apud poetas diaeresin interdum patitur. *Catull. 66, 74.* Condit quin veri pectoris evolvam. *Or. Her. 12, 24.* Debuerant fusos evolvisse meos. P. [\*Partic. *Evolvendus* apud *Auct. dial. de orat. 29.* Nec in evolvida antiquitate satis operae insumitur. F.]

EVOLUTIO, onis, f. evolvendi actio, explicatio, lectio. *Cic. Fin. 1, 7.* Quid historia cognitioque rerum, quid poetarum evolutio?

EVOLUTUS, a, um, part. ab *evolvere*, ἀναπτύσσω, ut Evoluta serpens, et ex oculis elapsa, *Liv. 26, 19.* Evolutum fuffure panicum, ap. *Colum. 2, 9. extr.* est exutum, purgatum. P. Evolutus bonis, h. e. deturbatus, *Sen. ep. 74.* Evolutus sede patria, rebusque summis, *Tac. A. 13, 15.* h. e. expulsus, ejectus. Evolutus tegumentis dissimulationis, et nudatus, *Cic. Or. 2, 86.*

[EVOMITUS, a, um, part. ab *evomo*, vomendo ejectionis. *Coel. Aurel. Tard.* 4, 2. Diocles inquit, ejectionis lumbricos nihil alienum significare. *F.*]  
 EVOMO, is, ui, itum, a. 3. *ἐξέμω*, vomendo ejectionis. *Cic. N. D.* 2, 49. Easque, cum stomachi calore concoxerit, evomere. *Tac. A.* 12, 67. Ille tanquam nisus evomentis adjuvaret, pinnam rapido veneno illitam faucibus ejus demisisse creditur. *P. Translate* est emittit. *Cic. Am.* 23. Apud quem evomat virus acerbissimae suae. *Ter. Ad.* 3, 2, 14. Evomere iram in aliquem. *Cic. Phil.* 5, 7. In me absentem, orationem ore impurissimo evomit. *Id. Cat.* 2, 1. *extr.* Urbs haec laetari mihi videbitur, quod tantam pestem evomuerit, forasque projecit. [*\*Cic. Pis.* 37. In quo tu acceptam tamen et devoratum pecuniam evomere non poteris, i. e. reddere pecuniam per injuriam acceptam.] *Plin.* 5, 9, 10. Nilus multis faucibus in Aegyptium mare se evomit, i. e. se emittit. [*\*Colum. R. R.* 8, 15, 3. Evomit herbas stagnum soli.] *Sil.* 17, 594. Evomit pastos per saecula Vesuvius ignes.  
 EUONYMUS, i, f. *εὐώνυμος*, arbor insulae Lesbi, non absimilis Punicae, inter eam et laurum folii magnitudine, figura vero et mollitie Punicae, flore candidiore: siliquis fert sesamiae similes, in quibus granum quadrangula figura, spissum, letale animalibus: nec non in folio eadem vis. *Plin.* 13, 22, 38. *P. Item* insula Siciliae, minima Aeoliarum, quae nunc creditur *Lisca bianca*. *Plin.* 3, 9, 14.  
 [EVOPUS, i, m. *εὐώπος*, qui bene cernit, aut puleros oculos, seu vultum habet: ab *εὐ*, bene, et *ὄψ*, oculus, vultus. Est cogn. *R. Inscr.* ap. *Amad. Anecd. litter.* T. 1. p. 469. n. 2. C. Oclatius Evopus. *F.*]  
 \*EUPALIUM vel Eupalion, i, n. *Εὐάλιον*, oppidum Graeciae, in Locride. *Liv.* 28, 8. *P. Eupalia* audit *Plin.* 4, 3. *Εὐπαλία* Steph. *Bgz. B. A.*  
 [EUPATOR, oris, m. *Εὐάτωρ*, ab *εὐ*, bene, et *πατήρ*, pater, h. e. bono, vel nobili patre natus, cogn. fuit Mithridatis Ponti regis illius famigeratissimi a Pompejo M. devicti. *Plin.* 33, 12, 54. *F.*]  
 EUPATORIA Herba, ap. *Plin.* 25, 6, 29. eadem est, quae agrimonia, a Mithridate Eupatore appellata. V. AGRIMONIA. *P. Eupatoria* fuit etiam urbs prope flumen Amisum in Ponto, sic cognominata ab eodem Mithridate, qui eam condidit. *Plin.* 6, 2, 2.  
 [EUPATRIA. V. LUPATRIA. *F.*]  
 [EUPELASTUS, i, m. ab *εὐ*, bene, et *πέλαστος*, appropinquo, bonus propinquus. Est cognom. *R. Inscr.* ap. *Mur.* 70, 2. L. Baebius Eupelastus. *F.*]  
 [EUPELIOS, ii, f. ab *εὐ*, bene, et *πέλιος*, lividus: ita appellata herba eadem ac daphnoides, hypoglossa, et victoriola. *Appul. Herb.* 58. *F.*]  
 [EUPERILEMPTUS, i, m. bene comprehensibilis: ab *εὐ*, bene, et *περιληπτός*, comprehensibilis, quod a *περιλαμβάνω*, comprehendo. Est nom. libertinum *R. Inscr.* ap. *Fabrett.* p. 296. n. 257. Euperilemptus libertus. *F.*]  
 EUPETALOS, *εὐπέταλος*, pulchra habens folia: ab *εὐ*, bene, et *πέταλον*, folium. Dicitur de genere chamaedaphnes, quod daphnoides vocatur, frutice ramoso, crassiore ac molliore, quam laurus, folio, ejus gustatu accenditur os atque guttur, baccis e nigro rufis. *Plin.* 15, 30, 39. *P. Item* de gemma quatuor colores habente, caeruleo, igneo, minii, et mali. *Id.* 37, 10, 56.  
 EUPHEMÉ, es, f. *Εὐφήμη*, nutrix Musarum, Croti mater: qui Crotus in coelo Sagittarius esse dicitur. *Hyg. Astron.* 2, 27.  
 EUPHEMISMUS, i, m. *εὐφημισμός*, bonum omen: ab *εὐφημίζω*, bene ominor, bona verba dico: est figura rhetorica, qua res ingratas et odiosas mitioribus vocabulis exprimitur, vel ironice, ut cum Furiae Eumenides vocantur; vel extra ironiam, ut *Vell.* 2, 93. Si quid accidisset Caesari, h. e. si mortuus esset. Sed vox Graeca est, et Graece adhibenda.  
 [EUPHEMUS, i, m. *εὐφήμος*, bonam famam habens: ab *εὐ*, bene, et *φήμη*, fama. Est cogn. *R. Inscr.* ap. *Mur.* 704, 9. Q. Gallius Euphemus. *F.*]  
 [EUPHENGES, is, m. *εὐφηνγής*, bene splendens: ab *εὐ*, bene, et *φένγω*, splendor. Est nomen libertinum *R. Inscr.* Romae nuper effossa, et a *Barpt. Borghesio* per litteras missa. Theopaedi fecit Euphenges Aug. Lib. fratri bene merenti. *F.*]  
 [EUPHILETUS, i, m. *εὐφίλητος*, bene amabilis: ab *εὐ*, bene, et *φιλήτος*, amabilis. Est cogn. *R. Inscr.* ap. *Guarini*, Campagna Taurasina p. 42. C. Umbrius Euphiletus. *F.*]  
 EUPHONIA, ae, f. *εὐφώνια*, bonus sonus, suavis pronuntiatio. A grammaticis dicitur, cum singula verba dulcem ac jucundum sonum edunt: quae a *Quint.* 1, 5. *velut vocalitas vertitur, ejus in eo delectus est, ut inter duo, quae idem significant ac tantumdem valent, quod melius sonat, malis.* De hac *Donat.* 2, 1751. Meminerimus, euphoniā in dictionibus plus interdum valere, quam analogiam et regulam praecceptorum.  
 EUPHORBIA, ae, f. herba est specie thyrsi, foliis acanthinis, succum emittens lacteum, qui siccatu turis effigiem habet: inventa in monte Atlante ab Euphorbo medico Jubae regis, ut *Plin.* 5, 1, 1.

et 25, 7, 35. docet. Dicitur etiam *euphorbium*, ii, n. ab *cod.* 25, 12, 91. et 26, 8, 34. n. 10.  
 EUPHORBUS, i, m. viri Trojani nomen a Menelao occisi, ejus animam Pythagoras, qui metempsychosin commentus est, habere se jactabat. *Or. Met.* 15, 160. et *Gell.* 4, 11. Hinc *sapiens Euphorbus* pro Pythagora sumitur ab *Hor. Ep.* 2, 50, ubi alii pro *sapiens Euphorbus* rectius legunt *sapiens, et fortis*. *P. Alius* fuit hoc nomine medicus. V. r. praec.  
 EUPHORION, onis, m. *Εὐφορίων*, poeta Chalcidensis, qui varia scripsit. Elegorum ejus testis est *Diomed.* 3, 482. Poema etiam aliud, in quo multa de agricultura, affert *Suid.* Quam ob causam forte *Varro*, et *Columella* eum inter scriptores rusticos celebrant, uterque *R. R.* 1, 1. Hujus Graeca carmina Gallum Latine vertisse, auctor est *Serv.* ad illud *Virg. Ecl.* 10, 50. Ibo, et Chalcidico quae sunt mihi condita versu, etc. V. *Quint.* 10, 1. [*\*Euphorionis* fragmenta collegit et de poetarum vita ac scriptis disputavit *Meineke*.] *P. Item* argenti caelator insignis. *Plin.* 34, 8, 19. n. 25.  
 [EUPHORIUS, ii, et Euphorus, i, m. *εὐφορος*, ferax, item latu facilis: ab *εὐ*, bene, et *φορός*, porto. Est cogn. *R. Inscr.* ap. *Mur.* 1017, 3. M. Ulpius Aug. L. Euphorus. Alia ap. *Grut.* 241, 3. L. Attius Euphorus. *F.*]  
 [EUPHRANOR, oris, m. *Εὐφράνωρ* (ab *εὐφράνω*, exhilario, et *ἄνωρ*, vir) nomen statuarii pictorisque laudatissimi, Isthmii, qui de symmetria, et coloribus aliquot volumina conscripsit. *Juven.* 3, 217. Hic aliquid praeclarum Euphranoris, et Polycleti. Adde *Plin.* 34, 8, 19. n. 16. et *Quint.* 12, 10. *P. Est* etiam cogn. *R. Inscr.* ap. *Grut.* 865, 12. T. Flavius Euphranor. *F.*]  
 [EUPHRASIA, ae, f. *εὐφρασία*, honesta laetitia: ab *εὐφράνω*, exhilario. Est cogn. *R. Inscr.* apud *Mur.* 1330, 1. Clodia Euphrasia. *F.*]  
 EUPHRATES, is, m. *Εὐφράτης*, fluvius Asiae. Oritur ex Niphate monte Armeniae majoris, in Tigridem cadit, et cum ipso paulo post in sinum Persicum se exonerat. Dicitur creditur ab *εὐφράτω*, exhilario, quia aquis suis agros circumjacentes fertilissimos reddit. *Plin.* 5, 24, 20. *P. Metonymice* ponitur pro populis orientis. *Virg. G.* 1, 509. Hinc movet Euphrates, illinc Germania bellum. *P. In illo* *Lucani* 8, 358. Signaque ab Euphrate cum Crassis capta sequentem: vel caesurae beneficio die ultimam produci: vel cum *Prisc.* 7, 768. dativum esse Graecum positum pro ablativo Latino *τῷ Εὐφράτῃ*. *P. Est* etiam nomen liberti Augusti. *Inscr.* in *Mem. Rom. di AA. et BB. AA. T.* 3. p. 69. n. 17. Euphrates Aug. Lib. procurator ob effecta sibi in hac statione annua centena Genio hujus loci dat, *dedicavit*.  
 EUPHRATIS, idis, f. quae ad Euphratem posita est, ut Ripa Euphratis, ap. *Sidon. ep. in marm.* 8, 9. *f.*  
 [EUPHRON, onis, m. *εὐφρων*, hilaris: ab *εὐ*, bene, et *φρόνη*, mens. Est cogn. *R. Inscr.* apud *Grut.* 448, 7. L. Pedanio L. L. Euphroni. *F.*]  
 \*EUPHRONIDES, is, m. *Εὐφρονίδης*, statuarius. *Plin.* 34, 8. *B. A.*  
 [EUPHRONIMĀ, ae, *εὐφρονίμη*, bene sentiens: ab *εὐ*, bene, et *φρονίμη*, prudens. Est cogn. *R. Inscr.* ap. *Fabrett.* p. 315. n. 396. Lollia Euphronima. *F.*]  
 \*EUPHRONIUS, i, m. *Εὐφρόνιος*, scriptor quidam de re rustica, Atheniensis. *Plin.* 14, 19. *Colum.* 1, 1. ed. *Schneid.* In ed. *Gesn.* est *Euphron*. *Varr. R. R.* 1, 1. Euphronii duo, unus Atheniensis, alter Amphipolites. Sic ed. *Schneid.* In ed. *Gesn.* impressum *Euphranii* duo etc.  
 EUPHROSYNĒ, es, f. *Εὐφροσύνη*, una Gratiarum ab hilaritate. V. GRATIAE.  
 EUPHROSYNUM, i, n. *εὐφρόσυνον*, ita vocatur herba buglossos, cui praecipuum, quod in vino dejecta, animi voluptates auget: ab *εὐφροσύνη*, hilaritas. *Plin.* 25, 8, 40.  
 [EUPHROSYNUS, i, m. *εὐφρόσυνος*, laetitiam afferens: ita est cognominatus Mercurius, quia conviviis praeesse putabatur. V. EPULO. *P. Est* etiam cogn. *R. Inscr.* ap. *Fabrett.* p. 672. n. 8. L. Pompejus Euphrosynus. *P. Scribitur* et *Euphrosunus* in *Inscr.* ap. *Marin. Inscriz. Alb.* p. 26. M. Trebellius Euphrosunus. *F.*]  
 \*EUPULIS, lacus Italiae superioris, in Gallia Transpadana, in quem progreditur Lambrus, in Padum defluens. *Plin.* 3, 19. Hodie, ait *Hard.* dicitur *lago di Pusiano* (*Pusciano, Pussiano*). *B. A.*  
 [EUPISTUS, i, m. *εὐπίστος*, bene credulus, et credibilis: ab *εὐ*, bene, et *πίστος*, credulus, et credibilis. Est cogn. *R. Inscr.* ap. *Mur.* 997, 11. Ti. Claudius Eupistus. *F.*]  
 [EUPIUS, ii, m. pro *eupoeus*, ab *εὐποιός*, beneficus: ab *εὐ*, bene, et *ποιός*, facio. Est cogn. *R. Inscr.* ap. *Grut.* 580, 8. C. Vipstanus Eupius. *F.*]  
 [EUPLASTUS, i, m. *εὐπλαστός*, bene fictus: ab *εὐ*, bene, et *πλαστός*, fictus. Est cogn. *R. Inscr.* ap. *Fabrett.* 126, 40. Ti. Claudius Euplastus. *F.*]  
 \*EUPLEA, ae, f. herba, qua perunctos commendatioris esse famae tradunt Magi. *Plin.* 25, 10. Illa virtus (ait *Gesnerus*) potius *Euclaeam* suadet,

*Εὐκλαεω*. *P. Item* insula maris Tyrrheni, juxta Neapolim. *Stat. Silv.* 2, 2, 79. Inde vagis omen felix Euplea carinis. Adde 3, 1, 149. *B. A.*  
 [EUPLIA, ae, f. *εὐπλία*, bene plena: ab *εὐ*, bene, et *πλήρη*, plena. Est cogn. *R. Inscr.* ap. *Grut.* 723, 4. Caecilia Euplia. *F.*]  
 EUPLOCAMUS, a, um, adj. *εὐλόκαμος*, calamistratus: ab *εὐ*, bene, et *λόκαμος*, cincinnus. *Lucil.* ap. *Non.* 1, 155. Euplocamo digitos, discerniculumque capillo.  
 [EUPLOEA, ae, f. *Εὐπλοία*, parva insula Campaniae prope Neapolim, nunc *Cajola*. *Stat. Silv.* 2, 2, 79. Inde vagis omen felix Euploea carinis. Graece enim *εὐπλοία* est felix navigatio, ab *εὐ*, bene, et *πλοία*, navigio. Est etiam cognom. *R. Inscr.* ap. *Mur.* 1257, 5. Flavia Euploea. *F.*]  
 EUPOLIS, idis, m. *Εὐπόλις*, antiquus poeta comicus, in reprehendis hominum vitiis liberissimus. Scripsit comoedias decem et septem, ex quibus novem victoriam meruerunt. Perit in proelio navali inter Lacedaemonios et Athenienses commisso. Cujus mors quantum civitati luctum attulerit, illud ostendit, quod publico edicto cautum fuit, ne poetas in posterum militare liceret, uti ap. *Suid.* legitur. *Plin.* ep. 1, 20. Summum oratorem Periclem sic a comico Eupolide laudari. *Vell.* 1, 16. Una aetas priscam illam et veterem sub Cratino, Aristophane, et Eupolidē comoediam illustravit. *Hor. Sat.* 2, 3, 11. Quorsum pertinuit stipare Platona Menandro, Eupolin Archilochi? *Pers.* 1, 124. Iratum Eupoliden praegrandi cum sene palles.  
 \*EUPOMPUS, i, m. praeclari pictoris nomen, qui docuit Pamphilum Apellis praecceptorem. *Plin.* 35, 9. *B. A.*  
 [EUPORIA, ae, f. *εὐπορία*, bona copia: ab *εὐ*, bene, et *πορία*, copia. Est cogn. *R. Inscr.* ap. *Marin. Inscriz. Alb.* p. 119. Mettia Euporia. Medicamentorum epitheton. *Theod. Prisc.* sive *Oct. Horat. praef.* 1. Adde 21. *F. et B. A.*]  
 [EUPORISTUS, i, m. *εὐπόριστος*, paratu facilis: ab *εὐ*, bene, et *πόριζω*, paro. Est cogn. *R. Inscr.* ap. *Mur.* 1142, 4. P. Blesius Euporistus. *F.*]  
 [EUPORUS, i, m. *εὐπορος*, opulentus: ab *εὐ*, bene, et *πόρος*, emolumentum. Est cognom. *R. Inscr.* ap. *Grut.* 1112, 6. M. Aurelius Euporus. *P. Servus* fuit C. Gracchi, qui — dominum ex Aventino fugientem, qua potuit ratione tutatus est, ac super occisum animam, scissis proprio vulnere visceribus, effudit. *Macr. Sat.* 1, 11. *Vell.* 2, 6. *Val. Max.* 6, 8. *Aur. Vict. Epit.* 65. *F. et B. A.*]  
 [EURAXIA, ae, f. *εὐραξία*, recta actio: ab *εὐ*, bene, et *ραξία*, actio. Est cogn. *R. Inscr.* ap. *Donat.* 353, 10. Aemilia Euraxia. *F.*]  
 [EUPREPES, etis, m. et  
 EUPREPIS, ii, m. *εὐρεπίης*, bene decorus: ab *εὐ*, bene, et *ρέπω*, excello. Est cogn. *R. Inscr.* ap. *Mur.* 158, 1. L. Flavius Euprepis. Alia ap. *eund.* 1250, 6. Ti. Claudius Euprepis. *F.*]  
 [EUPROSDECTUS, i, m. *εὐπρόσδεκτος*, bene acceptus, ab *εὐ*, bene, et *πρόσδέχομαι*, excipio. Est nom. *R. Inscr.* ap. *Donat.* 361, 9. Euprosdecto alumno dulcissimo M. Pobjicij Hilarus. *F.*]  
 \*EUPROSOPON, i, n. *Εὐπρόσωπον*, promontorium Phoeniciae. *Mela* 1, 12. *Polybio* est *θεοῦ πρόσωπον*, dei vultus s. facies. *B. A.*  
 \*EUPTERON, i, n. herba alias polytrichon. *Appul. de herb.* 51. *B. A.*  
 [EURAE, arum, f. plur. *εὐραί*, ferramenta axi curruum infixa, ne a rota teratur. *Pollux Onomast.* 1, 10. *Τὰ δὲ τῷ ἄξονι ἐγκλιμένα σιδήρια, καὶ κερβόματα ὑπὸ τοῦ τροχού, εὐραί.* Nempē ita appellatae videntur ab *εὐ*, bene, et *ῥαίω*, fluo, quia ipsae curruum velocitati apprimē faciunt. Hinc ob similitudinem ita etiam vocantur ferramenta parieti infixa, quae perticas uncinis clavatas sustinent ad levantium, vel ludentium vestes in balneis publicis suspendendas. *Inscr.* Aponi effossa apud *Maff. Mus. Ver.* 127, 4. Q. Magurius Q. F. Fab. Ferox Aquis Aponi dicavit curas VIII. et perticas affensorum XII. n. CCLIX. *F.*]  
 \*EURANIUM, i, n. *Εὐράνιον*, oppidum Cariae. *Plin.* 5, 29. *B. A.*  
 [EUREMĀ, ae, f. *εὐρέμα*, inventio: ab inusit. *εὐρέω* pro *εὐρίσκω*, invenio. Est cogn. *R. Inscr.* ap. *Donat.* 393, 2. Aetia C. L. Eurema. *P. Eurema*, ae, f. pro *Heurema* est sine aspiratione, quae saepissime apud Latinos omittitur, et pro *Eurēmā*, *ātis*, n. quod item apud eosdem non raro usurenit. V. SCHEMA. *F.*]  
 [EUREMATICA. De iis singularem librum scripserat *Modestinus*, ut apparet ex Indice Florentino. Cf. *Heinecc.* in *Brisson. libr. de verb. signif.*]  
 [EURESIS, is, f. *εὐρεσις*, et *εὐρεσις*, inventio: ab inusit. *εὐρέω* pro *εὐρίσκω*, invenio. Est cogn. *R. Inscr.* ap. *Grut.* 674, 10. Anicia Euresis fecit Calpurniae Euresis (*corrige Euresis filiae*). *P. Euresis* est pro *Heuresis*. V. EUREMA. *F.*]  
 [EURETUS, i, m. *εὐρέτος*, bene dictus: ab *εὐ*, bene, et *ῥέω*, dico. Est cogn. *R. Inscr.* apud *Schiassium*, *Guida al Mus. di Bologna* p. 40. M. Aurelius Euretus. *F.*]  
 EURINUS, a, um, adj. ad Eurum pertinens.

Colum. 11, 2. Cal. Febr. Fidis incipit occidere: ventus eurinus, et interdum auster cum grandine est.

EURIPICE, es, f. εὐριπική, genus junci, ejus semine somnum allici, scribit Plin. 21, 18, 71.

EURIPIDES, is, m. Εὐριπίδης, poeta tragicus Atheniensis. Natus est eo die, quo Xerxis exercitus ab Atheniensibus fusus est. Fuit primum in rhetorica Prodici discipulus, deinde Socratis in philosophia: secutus est etiam Anaxagoram. Athenis discedens venit ad Archelaum Macedoniae regem, apud quem summo in honore fuit. Scripsit fabulas septuaginta quinque, ex quibus quinque tantum victoriam meruerunt. Castitate vitae tanta fuit, ut vulgo μωροσύνης, hoc est osor mulierum, cognominatus sit. Duxit tamen uxores duas. Excessit noctu discerptus a canibus annum agens septuagesimum quintum. Ossa ejus regis jussu Peliam translata, repulsis Atheniensium precibus, qui saepe per legatos tentaverant, ut civis sui reliquias sibi in patriam referre liceret. Haec et alia de eo Gell. 15, 20. et Suidas. P Paenultima fere corripitur. Producitur minus recte a Sidon. Carm. 23, 127. Cessissent Sophocles et Euripides. Adde Carm. 9, 235.

EURIPIDEUS vel Euripidius, a, um, adj. Εὐριπίδῃος, ad Euripidem pertinens. Cic. Tusc. 3, 25. Euripideum carmen.

EURIPUS, i, m. εὐριπός, (ab εὐ, multum, ῥίπτος, ventilo) fretum maris angustum, ubi aqua aestu vehementiore reciprocatur et vehementius agitatur: quale est Thracii Bosphori et alibi. Cic. Mur. 17. Quod enim fretum, quem euripum tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes fluctuum, quantas perturbationes et quantos aestus habet ratio comitiorum? Plin. 6, 23, 26. Inde vadosa navigatio palustri similis, per euripos tamen quodam peragitur. P Celebre est hoc nomine fretum inter Euboeam et Boeotiam, qui et Euripus per antonomasiam dicitur (a Liv. 31, 24. etc.), ubi mare rapidum (inquit Mela 2, 7. med.) et alterno cursu septies die ac septies nocte, fluctibus invicem versis, adeo immodice fluit, ut ventos etiam ac plena ventis navigia frustretur. Plin. vero 2, 97, 100. septies die ac nocte reciprocatur ait: cui adstipulatur Sen. Herc. Oct. 779. Alii sexies tantum, scripsere. Denique Liv. 28, 6. non septies die, inquit, sicut fama fert, temporibus statis reciprocatur, sed temere in modum venti, nunc huc, nunc illuc verso mari, velut monte praecipiti devolutus torrens, rapitur; ita nec nocte, nec die quies navibus datur. Ex recentioribus scriptoribus prodidere quidam, bis tantum die et nocte reciprocatur: neque tamen id constanter, sed aliquando pluribus etiam vicibus. [Lucan. 5, 235. Euripusque trahit, cursum mutantibus undis, Chalcidicas puppes ad iniquam classibus Aulim. V. Tzschuck. ad Mela l. c. multa de Euripo, ejusque causis disserentem. F.] P Ab horum similitudine euripi dicuntur alvei, fossae aut canales manu facti magno opere, qui aquas in morem fluviorum deducunt: quod sicut in marinis fretis, ita in his aquae ripis utrinque angustis inclusae decurrant. Hujusmodi sunt, qui aquas in privatas domos deferunt et qui tubis arctam in sublime efferunt, tum usus causa, tum deliciarum. Dicuntur etiam nili, sed cum discrimine, quia nili exiliores sunt et angustiores, euripi ampliores. Cic. Leg. 2, 1. Magnificas villas et pavimenta marmorea et laqueata tecta contemno: ductus vero aquarum, quos isti nilos et euripos vocant, quis non, cum haec videat, irriserit? Adde Sen. ep. 83, Front. Aqueduct. 84., Plin. 36, 15, 24. n. 10. et Id. alterum ep. 1, 3. [\*Vid. de euripi Salin. ad Sol. p. 638.] P Item quaecumque lacunae vel fossae vivam aquam aut stagnantem continent. Plin. 5, 10, 11. Mareotis lacus euripo e Canopico ostio mittitur. Id. 8, 26, 40. Primus hippopotamum et quinque crocodilos Romae aeditilitatis suae ludis M. Scaurus temporario euripo ostendit. Hujusmodi fuerunt quos aliquando in circo effodiendos curavit C. Caesar, metu ne elephantum dimicantes effugerent, ut Plin. narrat 8, 7, 7. et Suet. Caes. 39. Fertur Elagabalus in euripi vino plenis navales circenses exhibuisse. Lamprid. Elagab. 23. P [Sequiore vero tempore euripus vocata est ea circi pars, quae postea etiam spina et in Gloss. Philox. dicitur intermetium, h. e. inter metas, quaeque multa Deorum signa continebat. Tertull. Spectac. 8. Frigebat daemonum concilium sine sua Magna Matre; ea itaque illic praesidet euripo. (Hinc ap. Havercamp. Nummi contorniatii tab. 4. n. 8. videre est Cybelen prope obeliscum leoni insidentem.) Id. advers. Hermog. 31. Scena autem erat talis et talis et statuae super euripum et obeliscus super omnia ferebatur. Sidon. Carm. 23, 356. Jam vos (quadrigae) ex oculis velut volantes, Consumpto spatio patientiore (quod est a carceribus ad metam primam), Campus clauserat arctus arte factus, Per quem longam, humilem duplamque muro Euripus sibi machinam tetendit. V. E. Q. Viscont. Mus. Pio-Clem. T. 5. p. 225. Edit. Mediol. et Acta Soc. Lat. Jenensis T. 5. p. 313. et seqq. F.]

[\*EUROAFRICUS, i. Ventus inter Austrum et Africum. Isid. Orig. 13, 11. Auster habet a dextris Euroaustum, a sinistris Austroafricum.] \*Hunc Isidori l. citat. Schell., quasi scriptum Euroafricum in nonnullis: nisi humani aliquid passus fuerit Vir doctus. Austroafricum certe Gothofr. B. A. [\*EUROAQUILO, onis. Ventus inter Eurum et Aquilonem. Vulgat. Act. Apost. 27, 14.]

[EUROAUSTER, stri, m. ventus oppositus Circio, ab una parte Eurum habens, ab alia Austrum. [\*Isid. Orig. 13, 11. Euroauster dicitur, quod ex una parte habet Eurum, ex altera Africum.] Idem est ac euronotus, qua postrema appellatione praecipue Graeci, Romani vero priore usi sunt, ut constat ex Inscr. ap. Grut. 137, 1. et alia ap. Marin. Iscriz. Alb. p. 177., in quibus legitur: Εὐρόνοτος, Euroauster. F.]

[EUROMENSIS, is, adj. ad Euromum seu Euromen pertinens, Cariae urbem mediterraneam, cujus meminit Liv. 33, 30. et Plin. 5, 29, 29. in ejus nummis apud Eckhel. D. N. V. T. 2. p. 581. ΕΥΡΩΜΕΩΝ. P Euromenses, ium, sunt incolae ilius urbis. Liv. 45, 25. Mylasenses Euromensium oppida occupant. F.]

\*EUROMUS, i, f. Εὐρώμος, et Eurome, es, f. oppidum Cariae. P V. vocem praecedentem. B. A.

EURONOTUS, i, m. εὐρόνοτος, φοινικίας, ventus spirans inter ortum brumale et meridiem, qui et phoenix seu phoenicias dicitur. Plin. 2, 47, 46. et Colum. 11, 2. med. P Alii docent spirare ab oriente hiberno, eundemque esse ac Vulturum, Italis Sirocco-Levante: euronotum vero dici, quod inter notum et eurum sit (quae tamen etymologia etiam in priori significatione ei convenit). Ita Gell. 2, 22.

EUROPA, ae, et Europē, es, f. Εὐρώπη, filia Agenoris Phoenicum regis et Agriopes, soror Cadmi, quam Juppiter in bovem versus, dolose tergo exceptam per mare abduxit in Cretam atque ex ea Sarpedonem (al. Aeacum), Minoem et Rhadamantum genuit. Fabulam fuse describit Ov. Met. 2, 836. et seqq. Adde Hor. Od. 3, 27, 25. et Hyg. fab. 155. et 178. P Ex quorundam opinione scribit Fest. raptam fuisse Europam a praedonibus Cretensibus, qui nave usi sint effigiem tauri in puppi habente. Alii quae taurus appellaretur. Alii a praedone, cui nomen Taurus fuerit. P Ab ea denominata est tertia orbis pars (V. ASIA), et pulcherrima omnium: quae a septentrione et occidente oceano clauditur, a meridie mari mediterraneo, quod eam ab Africa disterminat, ab oriente aliqua ex parte Asiae jungitur. Plin. proem. 3. et ib. 1, 1. et 4, 23, 37. P Hujus appellationis rationem alii inde ducunt, quod ob pulcritudinem regionis, per simulationem raptae filiae, ea terrarum pars ab Agenore et Phoenicibus occupata sit. Fest. P Alii id nomen ductum esse a Phoenicibus, quorum lingua Europa terram λευκοσφάρον, h. e. homines habentem facie candida, significat. P Europai in genit. sing. ap. Quint. 1, 5. diaeresis est in versu usurpata, similis terrai, aquai. P Si de filia Agenoris loquaris, utraque positione uti licet: si de parte orbis, rectius Latinam usurpabis. Stat. Achill. 1, 81. miscere cruentas Europaeque Asiaeque manus. P Romae porticus amplissima in campo Martio, in qua picta erat fabula Europae abductae, frequentata multum otiosis hominibus, Europe dicitur a Mart. 2, 14. et 3, 20. V. etiam 11, 1. P Fuit et Europa Thraciae quaedam regio sic vocata. Sext. Ruf. 9. P Europa, Tityi filia, quae Euphemum Argonautam ex Euphemo genuit. Hyg. fab. 14. med. B. A.

EUROPAEUS, a, um, adj. Εὐρωπαϊός, ad Europam Agenoris filiam pertinens, ut Europaeus dux, ap. Ov. Met. 8, 23. est Minos Europae filius. P Item pertinens ad partem orbis. Nep. Eum. 3. Illum opposuerat Europaeis adversariis. Curt. 7, 7. Bactrianos Tanais ab Scythiis, quos Europaeos vocant, dividit.

EUROPENSIS, e, adj. Europaeus. Vopisc. Aurel. 31. Aureliano rebus Europensibus occupato. Al. leg. Europiensibus. Id. Prob. 13. Recipit omnes Europenses exercitus. V. HISPANIENSIS.

\*EUROPUM, i, n. Εὐρώπων, Syriae urbs, olim Thapsacum, postea Amphipolis appellata. Plin. 5, 24. P Alia ejusdem nominis, apud Parthos cognomento Nomadas. Id. 6, 25. B. A.

\*EUROPUS, i, f. Εὐρώπος, Macedoniae oppidum, ad Axium flumen. Plin. 4, 10. P Item aliud Macedoniae oppidum, in Altopia, ubi Haemus et Scardus montes se invicem contingunt. Id. ib. P Fuit et Europa, i. m. rex Macedoniae, Macedonis filius et Orithyiae Erechthei filiae. Justin. 7, 1. B. A.

EUROTAS, ae, m. Εὐρώτης, fluvius Peloponnesi, lauris abundans in ripis: oritur in Arcadia et per Laconiam in meridiem decurrit et Lacedaemonem alluens in sinum Laconicum influit. Plin. 4, 5, 8., Ov. Met. 2, 247 et Val. Fl. 1, 430. [\*Casu recto Latinis Eurota dicitur, velut in versibus apud Cic. Tusc. Disp. 2, 15. Virgines, Quae palaestra, Eurota, sol, pulvis studio est. Vid. Ramsh. Lat. Gr. §. 26. p. 38.] P Marmor Lacedaemonium, Italice il serpentino, significatur in illo Stat. Silv. 1, 5, 40. Vix locus Eurotae etc.

EUROTAS, ae, m. gemma, quae situ (inquit Plin. 37, 10, 58.) videtur opere nigris. Est ab εὐρός, situs, mucor, putredo.

EUROUS, a, um, adj. ad Eurum pertinens, orientalis. Virg. A. 3, 533. Portus ab Euro fluctu curvatur in arcum. Pier. Valer. ita se legisse testatur in omnibus paene codicibus antiquis, quos versaverit. Est autem Eurous ab Euris, ut Arctous ab Arctus, Lesbous a Lesbos. Alii tamen minus recte Eoo habent.

EURUS, i, m. εὐρός, ventus spirans ab oriente brumali, contra corum, latina appellatione Vulturum. Colum. 11, 2. a med. Eurus, quem quidam Vulturum appellant. [\*Illi quidam quinam fuerint, vide infra] Sen. Quaest. nat. 5, 16. Ab oriente hiberno Eurus exit, quem nostri appellavere Vultum. Et Livius (22, 46.) hoc nomine illum appellat etc. Sed et Eurus jam civitate donatus est et nostro sermone non tanquam alienus intervenit. Adde Plin. 2, 47, 46., Veg. Mil. 38. et Vitruv. 1, 6. med. [\*Adde Col. 5, 5, 16. Eurus, quem incolae Vulturum appellant. Intelligit autem Baeticam provinciam. Teste Livio 22, 46. et Floro 2, 6. Apuli proprie a Vulturno flumine flantem ventum Vulturum vocabant.] P Qui quatuor tantum ventos agnovere, non ab oriente brumali, sed aequinoctiali contra Zephyrum spirare affirmant et alium a Vulturno esse, eundem vero ac Apeliotem et Subsolanum. Gell. 2, 22. Qui ventus igitur ab oriente verno, id est aequinoctiali venit, nominatur Eurus, ficto vocabulo, ut isti εὐρολογικοί ajunt, ἀπὸ τῆς ἑω ἡέως, h. e. ab aurora flans. Ov. Trist. 1, 2, 27. modo purpureo vires capit Eurus ab ortu: Nunc Zephyrus sero vespere missus adest. Adde Met. 1, 61. et seqq., et Manil. 4, 589. P Atque hac ratione accipi videtur a poetis, qui interdum Eurum pro oriente ponunt. Val. Fl. 1, 538. regio, quae virginis aequor ad Helles, Et Tanaim tenuis immenso descendit ab Euro. Claud. Laud. Stilich. 2, 417. Unicus extremo Phoenix procedit ab Euro. P Per synecdochen sumitur pro quovis vento. Virg. G. 3, 382. Gens effrena virum Riphacae tunditur Euro. P In plur. num. Id. G. 2, 339. hibernis parcebant flatibus Euri. Et 441. animosi Euri. Ov. Am. 1, 9, 13. tumidi. Et Her. 15, 9. indomiti. Et ib. 9, 9. truculentior Euris. Furius ap. Gell. 18, 11. extr. Spiritus Eurorum virides cum purpurat undas.

EURYALE, es, f. Εὐρύαλη, fuit regis Minois filia, quae Neptuno Orionem peperit. Hyg. Astron. 2, 35. P Alia fuit Proeti Argivorum regis filia. Id. fab. praefat. P Tertia una ex Gorgonibus. Id. ib. P Fuit etiam hoc nomine regina Amazonum. Val. Fl. 5, 612.

\*EURYALUS, i, m. Εὐρύαλος, Joni filius, qui, quum filiam suam stuprare vellet, a serpentibus absumtus est. Vid. Interpp. ad Ov. Ib. 287. Catal. Argonautarum ante Val. Fl. s. v. Euryalus.] P \*Item Nisi amicus. Virg. A. 5, 295. et 9, 179. seq. P Item nomen histrionis. Juven. sat. 6, 81. P Et tumulus prope Syracusas. Liv. 25, 25. B. A.

\*EURYANASSA, ae. Insula Aegaei maris prope Ioniam. Plin. h. n. 5, 31.]

\*EURYBATES, is, m. Εὐρύβατης, (ab εὐρύ, late, et βάτω, ambulo) vir Ithacae, Agamemnonis minister, quem Ulysses apud se perpetuum praecorem habuit. Missus est cum Talthybio ab Agamemnone ad Achillis tentoria, ut Briseidem raperet. Ov. Her. 3, 9. F. et B. A.]

[EURYCLEA et Euriclia, ae, f. Εὐρύκλεια, (ab εὐρύς, latus, et κλεις, gloria) nutrix Ulyssis. Hyg. fab. 125. et Cic. Tusc. 5, 16. F.] [\*Ap. Cic. aut ex librariorum lapsu aut, quod probabilis est, ex ipsius Ciceronis errore legitur Anticlea.]

\*EURYDAMAS, antis, m. Εὐρύδαμος, Iri filius, Argonauta. Hyg. fab. 14. P Item unus ex proci Penelopes. Sil. 2, 178. P Et Hectoris cognomen. Ov. Ib. 331. Sil. 2, 186. B. A.

EURYDICE, es, f. Εὐρύδιχη, uxor Orphei, pro qua recuperanda ad inferos descendit. Virg. G. 4, 486. Redditaque Eurydice superas veniebat ad auras. Fabulam V. in ORPHEUS. P Latina positione est Eurydica, ae, ut habetur in versibus Ennii ap. Cic. Div. 1, 20. [\*Item nomen conjugis Gentii. Liv. 44, 30.] P \*Alia fuit Eurydice, Danae filia. Hyg. fab. 170. P Et alia, mater Archemori. Id. fab. 273. B. A.

EURYLOCHUS, i, m. Εὐρύλοχος, socius Ulyssis, qui solus Circes pocula non gustavit, neque in suis figuram est transmutatus. Ov. Met. 14, 287. Vidimus Eurylochum: solus data pocula fugit. [\*Hyg. fab. 125.]

\*EURYMACHUS, i, m. unus ex proci Penelopes, ejus meminit Ov. Her. 1, 92. B. A.

EURYMEDON, ontis, m. Εὐρυμείδων, pater Periboeae, ex qua Neptunus suscepit Nausithoum regem Phaeacum et Alcinoi patrem. Homer. Odys. l. 7. v. 58. P Item filius Fauni, de quo Stat. Th. 11, 32. P Item fluvius, qui ex Tauri jugis ortus Pamphiliam secat. Mela. 1, 14.

\*EURYMENAE, arum, f. oppidum Thessaliae. Liv. 39, 25. init. Plin. 31, 2. B. A.

EURYMIDES, ae, m. filius Euryymi, Εὐρυμίδης,

h. e. Telemus. *Ov. Met.* 13, 771. et *ib.* 272. et *Hyg. fab.* 125. et 128.

\*EURYMUS, i, augur, pater Telemachi. *Hyg. fab.* 125. in. et 128. *B. A.*

EURYNOME, es, f. *Εὐρυνόμη*, Oceani et Tethyos filia, uxor Orchami Achaemeniorum regis, mater Leucothoes. *Ov. Met.* 4, 210. P Item Apollinis filia, quae Adrastum Argivorum regem et Eriphylen Amphiarai conjugem peperit. *Hyg. fab.* 69. P Item mater Gratiarum. *Id. ib. praefat.*

\*EURYONE, es, f. Amyntae Macedonum regis filia, quae patrem a matris insidiis liberavit. *Iust.* 7, 4. *B. A.*

[EURYPYLIS, idis, f. ad Eurypylum pertinens Coi regem. V. v. seq. *Prop.* 4, 5, 23. Eurypylisque placet Coae textura Minervae, h. e. textura, quae fit a Cois mulieribus. *F.*]

[EURYPYLUS, i, m. *Εὐρύπυλος* (ab *εὐρύς*, latus, es *πύλη*, porta), filius Telephi et Astyoche filiae Priami, *Hyg. fab.* 112. et *Ov. Met.* 13, 357. P Item Evaeonis filius ex Ormenio Thessaliae urbe, qui in expeditione Trojana Agamemnonem secutus Graecorum augur peritissimus est habitus. *Hyg. fab.* 97. et *Virg. A.* 2, 114. P Item Herculis filius, qui regnavit in Coe insula: hinc urbs *Eurypylis* appellatur Cos ab *Ov. Met.* 7, 363. *F.*]

\*EURYSTHENES, i. Unus ex filiis Aegypti, qui a sponsa occisus est. *Hyg. fab.* 170. P Item filius Aristodemi, frater Proclis, Heraclidarum unus. *Nep. in Ages.* 1. *B. A.*

EURYSTHEUS, a, um, adj. ad Eurystheum pertinens, *Εὐρύσθεος*. *Stat. Th.* 6, 311. bella Eurysthea gerentem Amphitryoniaden.

EURYSTHEUS, ei, m. trisyllab. *Εὐρύσθεός*, Stheneli Mycenarum regis filius, qui Junonis instinctu imperabat Herculi, ut varia monstra superaret, quo posset perire. Quare eum *Virg.* durum appellat *G.* 3, 4. quis aut Eurysthea durum nescit? *Eurysthea* est accusat. Graecae positionis.

EURYTHMIA, ae, f. *Εὐρύθμια*, concinnitas, convenientia, apta dispositio. *Vitruv.* 1, 2. Architectura constat ex ordinatione, ex dispositione, eurythmia et symmetria. Et paulo post. Eurythmia est venusta species commodusque in compositionibus membrorum aspectus. Haec efficitur, cum membra operis convenientia sunt, altitudinis ad latitudinem, latitudinis ad longitudinem et ad summam omnia respondent suae symmetriae. Adde 6, 2. *extr.* Videtur autem, inquit *Bald.* in *Lex. Vitruv.*, ea dictione exprimi quod Italice dicitur *garbato*, *grazioso*.

\*EURYTION, onis, *Εὐρύτιον*, Centaurus, qui Pirithoi nuptiis interfuit. *Ov. Art. Amat.* 1, 593. V. *Eurytus*. P Et Argonautarum unus. *Id. Met.* 8, 311. P Et Trojanus, Lycaonis filius, Pandari frater, de quo *Virg. A.* 5, 495. P Et faber insignis, qui Pallanti, Evandri filio, arma fabricavit. *Virg. A.* 10, 499. *B. A.*

EURYTIS, idos, f. *Εὐρύτις*, patronym. filia Euryti. *Ov. Her.* 9, 133. Eurytidosque Ioles atque insani Alcidae. Adde *Met.* 9, 395.

EURYTUS, i, m. *Εὐρύτος*, Oechaliae rex, pater Ioles, ab Hercule victus et occisus, cum filiam certaminis lege promissam nollet tradere. V. IOLE. P Item Mercurii filius, comes Argonautarum. *Val. Fl.* 1, 438. et 3, 471. et 6, 569. P Item Centaurus, qui Pirithoi nuptiis interfuit, a Theseo obruncatus. *Ov. Met.* 12, 220. seq. *Eurytion* audit *Ov. Art. Am.* 1, 593. *B. A.*

EUSCHEMÉ, adv. *εὐσχημῶς*, decore, speciose: praesertim si de vestibus et habitu sermo sit. Vox Graeca, qua utitur *Pl. Mil.* 2, 2, 58. et *Trin.* 3, 1, 24.

[EUSCHEMON, onis, m. et EUSCHEMUS, i, m. *εὐσχημων*, decens: ab *εὐ*, bene, et *σχῆμα*, species externa. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Don.* 330, 7. T. Flavio Aug. L. Euschemoni. Alia ap. *Mur.* 945, 10. Ti. Claudius Euschemus. *F.*]

[EUSEBES, is, et etis, m. et Eusebus, i, m. *εὐσεβής*, pius: ab *εὐ*, bene, et *σεβω*, veneror. *Plin.* 37, 10, 58. Lapis eusebes (*dictus est*), ex quo Tyri in Herculis templo facta sedes, ex qua Dii facile surgebant. Ubi surgebant exponit *Hard.* eminebant, exstant: *Gesnero* placet vetus lectio *difficile* pro *Dii facile*, h. e. difficile surgebant religiosi homines ex ea sella, cujus materia pius lapis. P Est etiam epitheton regum praesertim, ut Romae *Pius*. *Cic. Fam.* 15, 2. Ut regem Ariobarzanem Eusebem, et Philoromaeum tuerer. P Item *Eusebes*, etis est cogn. R. *Inscr.* ap. *Mur.* 518, 6. C. Valerio C. F. Vel. Eusebeti. P Declinatur quoque *Eusebius*, ii, m. *Inscr.* ap. *eund.* 1139, 5. Aurelius Eusebius. P Hinc illustris *Eusebius* Caesareae Palaestinae episcopus, cognomento Pamphili ob amicitiam Pamphili martyris, teste *Hieron.* in *Ezechiel.* 6, 18. Vir fuit longe clarissimus, et in omni historiaram genere exercitissimus. Plura scripsit, inter quae *Chronicon*, cujus Latinam interpretationem edidit *Hieronymus*. *F.*]

\*EUSEBIA, ae, uxor Constantii Imperatoris, ingenio et eruditione excellens, sed Arianismo infecta, quem quovis modo annisa est promovere, per

maritum, in cujus animo plurimum poterat. *Amian.* 16, 10. *B. A.*

\*EUSEBIUS, ii, V. EUSEBES.

[EUSEMUS, i, m. *εὐσημος*, bene praesagiens: ab *εὐ*, bene, et *σημα*, praesagium. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Grut.* 1037, 6. Numisius Eusemus. *F.*]

[EUSTOMACHUS, a, um, adj. *εὐστόμαχος*, qui stomacho prodest: ab *εὐ*, bene, et *στόμαχος*, stomachus. *Theod. Prisc. de diaeta.* 7. Ovum molle plus est eustomachum, quam sordibile. *F.*] [\*i. e. facilius concoqui potest.

[EUSTOMUS, i, m. *εὐστόμος*, bona verba proferens, ab *εὐ*, bene, et *στόμα*, os. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Mur.* 1549, 6. C. Munatius Eustomus. *F.*]

[EUSTROPHUS, i, m. *εὐστροφος*, bene tortilis: ab *εὐ*, bene, et *στροφος*, cirrus. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Grut.* 936, 9. Claudius Eustrophus. *F.*]

EUSTYLOS. V. DIASYLOS.

[EUTACTUS, i, m. *εὐτάκτος*, bene compositus, modestus: ab *εὐ*, bene, et *τάκτος*, ordinatus, quod a *τάσσω*, ordino. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Marin.* *Inscriz.* *Ab.* p. 83. M. Licinius Eutactus. *F.*]

[EUTAXIA, ae, f. *εὐταξία*, disciplina, modestia: ab *εὐ*, bene, et *τάξις*, ordo. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Grut.* 474, 7. Titinia Eutaxia. *F.*]

\*EUTELETOS, i, f. Africae insula, circa majorem Syrtem. *Mela* 2, 7. ante *med.* *B. A.*

EUTERPE, es, f. *Εὐτέρπη*, una ex Musis, quae dulciloquis calamos flatibus urget, ut est ap. *Auson.* *Idyll.* 20, 4. ab *εὐ*, bene, et *τέρω*, delecto. *Hor. Od.* 1, 1, 32. si neque tibus Euterpe cohibet. Hujus Musae figuram habes in nummo gentis Pompeianae ap. *Morell.* *tab.* 3. n. 6. et ap. *Visc. Mus. Pio-Clem.* T. 1. p. 120. *tab.* 18. *edit. Mediol.* V. MUSA.

[EUTHALES, is, m. *εὐθαλής*, bene floridus: ab *εὐ*, bene, et *θάλλω*, floreo. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *De-Lama, Inscriz.* *Vell.* p. 69. L. Sulpicio L. F. Gal. Nepoti Euthales libertus. *F.*]

\*EUTHANE, es, f. Cariae oppidum. *Mela* 1, 16. *Eutane* dicitur a *Plin.* 5, 29. *B. A.*

[EUTHEMUS, i, m. *εὐθέμων*, bene positus, concinnus: ab *εὐ*, bene, et *τίθημι*, pono. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Fabr.* p. 179. n. 374. C. Clodius Euthemus. *F.*]

[EUTHENIA, ae, f. et EUTHENIS, idis, f. *εὐθηνία*, et *εὐθηνία*, abundantia, copia: ab *εὐθηνία*, vel *εὐθηνία*, vigeo, floreo. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Grut.* 634, 5. Julia Euthenia. Alia ap. *eund.* 783, 7. Flavia Euthenis. *F.*]

[EUTHERISTON, i, n. *εὐθέριστον*, h. e. quod facile demetitur: ab *εὐ*, bene, et *θερίζω*, meto: balsami genus. *Plin.* 12, 25, 54. Arbori (*balsami*) tria genera: tenui et capillacea coma, quod vocant eutheriston. *F.*]

[EUTHEUS, i, m. *εὐθεός*, aptus, conveniens: ab *εὐ*, bene, et *θεός*, positus, quod a *τίθημι*, pono. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Marin.* *Frat. Arv.* p. 370. L. Vitruvius Euthetus. *F.*]

\*EUTHIA, ae, *εὐθία*, sc. *γραμμῆ*, recta linea. *Martian.* *Cap.* 9. p. 216, 1. *Vulc.*

\*EUTHYCRATES, is, m. *Εὐθύκρατης*, Lysippi filius et discipulus, ante omnes aetatis suae laudatus in pictura artifices excellit. Floruit centesima vicesima Olympiade, constantiamque patris potius aemulatus quam elegantiam, austero maluit genere quam jucundo placere. Haec *Plin.* 34, 8. ubi et ejus opera recenset. *B. A.*

EUTHYGRAMMUS, i, m. *εὐθύγραμμα*, regula recta, qua utuntur architecti in operibus dirigendis: ab *εὐθύς*, rectus, et *γραμμῆ*, linea. *Vitr.* 1, 1. Geometria euthygrammi et circini tradit usum, e quo maxime facilius expediuntur normarum, et librationum, et linearum directiones.

\*EUTHYMEDES, is, m. *Εὐθυμήδης*, pictor sui temporis non ignobilis, cujus in transcurso meminit *Plin.* 35, 11. *B. A.*

[EUTHYMIÁ, ae, f. *εὐθυμία*, animi tranquillitas: ab *εὐ*, bene, et *θυμός*, animus. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Maff. Mus. Ver.* 146, 1. Julia Euthymia. *F.*]

[\*EUTHYMUS, i, m. *εὐθυμος*, animo tranquillus: ab *εὐ*, bene, et *θυμός*, animus. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Grut.* 345, 9. P. Aelius Euthymus. P *Euthymus*, i, pyctes in Locris Italiae, qui Epizephyrii cognominantur, ortus Astycleo patre, vel, ut indigenis persuasum est, Caecino amne genitus, qui Locros a Rheginis dividit. Meminit *Plin.* 7, 47. *F.* et *B. A.*

EUTHYOS, a, um, adj. *Εὐθύος*, pulcre et rite sacrificans. *Accius* ap. *Macr.* 6, 5. O Dionyse, pater optime, vitisator, Semela generatus Euthya. *Voss. leg. Eutie*, ut ad Bacchum referatur.

[EUTOCIA, ae, f. *εὐτοκία*, fecunditas: ab *εὐ*, bene, et *τόκος*, partus, quod a *τίκτω*, pario. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Mur.* 130, 7. Sempronia Eutocia. *F.*]

[EUTONUS, i, m. *εὐτόνος*, intensus, robustus: ab *εὐ*, bene, et *τόνω*, tendo. Est nomen equi in *Inscr.* ap. *Mur.* 624, 1. Eutono Afro. *F.*]

[EUTRAPELUS, i, m. *εὐτράπελος*, qui facile in omnes partes vertitur, facetus: ab *εὐ*, bene, et

*τρέπω*, verto. Est cogn. R. Ap. *Cic. Fam.* 9, 36, et ap. *Nep. Attic.* 12. mentio est P. Volumni Eutrapeli praefecti fabrum Antonii triumviri, cujus scurrile ingenium *Cic. Fam.* 7, 32. lepide exagitat. *F.*] P Mentionem facit Eutrapeli cujusdam *Hor. ep.* 1, 18, 31. V. et *Mart.* 7. *epigr.* 83. *B. A.*

[EUTROPIUS, ii, (est ab *εὐτροπος*, bene moratus) sophista Italus, cujus meminit *Suida*; scripsit *Breviarium historiae R.*, quod Flavio Valenti Aug. dicavit: militasse se ait sub Juliano Aug., atque expeditioni ejus in Persas interfuisse. P Item eunuchus, qui adeo apud Arcadium Aug. valuit, ut consul designaretur. Superbia, crudelitate, impunitate infamis fuit; episcopis male habitis, pessimae tantum vitae homines dilexit: sed tandem in Cyprum exsul abiit, mox Chalcedone capite plexus. In eum exstant libri duo *Claudiani* poetae. *F.*]

[EUTROPUS, i, m. *εὐτροπος*, bonos mores habens; ab *εὐ*, bene, et *τρέπω*, verto. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Grut.* 16, 7. P. Papinius Eutropus. *F.*]

\*EUTYCHE, es, f. *Εὐτυχία*, mulier Tralliana, triginta partus enixa, et a viginti liberis rogo illata. *Plin.* 7, 3. *B. A.*

[EUTYCHES, etis, m. et Eutycheus, i, m. *εὐτυχής*, felix: ab *εὐ*, bene, et *τύχη*, fortuna. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Grut.* 930, 6. D. M. P. Aelii Eutychetis. Alia ap. *Marin.* *Inscriz.* *Ab.* p. 38. C. Julius Eutycheus. *F.*]

[\*EUTYCHIA, ae, f. *εὐτυχία*, bona fortuna: ab *εὐ*, bene, et *τύχη*, fortuna. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Grut.* 463, 10. Pomposidia C. L. Eutychia. P *Eutychia* ae, f. *Εὐτυχία*, insula Thessaliae adjacent, ante sinum Pagasicum. *Plin.* 4, 12. *F.* et *B. A.*

\*EUTYCHIDES, is, m. *Εὐτυχίδης*, statuarii nomen, qui centesima vicesima Olympiade floruit. Lysippi discipulus fuit, Euratamque fecit, in quo artem ipso amne liquidiorum plurimi dixerunt. *Plin.* 34, 8. P Eutychidis cujusdam pictoris, forte ejusdem cum praecedente, meminit *Id.* 35, 11. *B. A.*

EVULGATUS, a, um, partic. ab *evulgo*, vulgatus, editus. *Tac. A.* 14, 14. Evulgatus pudor. *Id. H.* 1, 4. Evulgatum arcanum.

EVULGO, as, avi, atum, a. I. *εὐλγορέω*, in vulgus edo. *Liv.* 9, 46. Civile jus repositum in penetralibus pontificum evulgavit. *Tac. A.* 13, 19. Evulgare injurias.

EVULSION, onis, f. *εὐλσιων*. *Cic. N. D.* 3, 22. Qui primus purgationes alvi, dentisque evulsionem inventit.

EVULSUS, a, um, partic. ab *evello*, *εὐλσσω*. *Cic. Att.* 15, 4. Arbor excisa, non evulsa. [\*sc. radicibus manentibus.] *Crass.* ap. *eund.* *Or.* 3, 1. Evulsa lingua. *Curt.* 8, 10. *med.* Evulsum spiculum. *Plin.* 34, 15, 44. Clavi e sepulcro evulsi. *Id.* 26, 1, 4. Acus evulsus pollice. *Id.* 8, 51, 77. Seta dorso suis evulsa. *Id.* 30, 14, 46. Ricini evulsi cani.

\*EUXENIDAS, ae, f. *Εὐξενίδας*, pictor sua aetate celeberrimus, Aristidis praeclari artificis praceptor. *Plin.* 35, 12. *B. A.*

EUXINUS Pontus, mare illud, quod incipiens a Bosphoro Thracico vergit in Or. et Sept., et ad Cimmerium Maeotidi paludi jungitur. Prius *Άξενος*, Axenus dictus est, scil. inhospitalis, propter immanitatem eorum, qui ejus maris litora incolebant. Illi enim hospites immolare solebant, et carnibus peresis ex calvis eorum sibi pocula conficere. Postea cum in locis maritimis lones aliquot oppida condidissent, prohibito Scytharum assuetu latrocinio, receptoque Graecorum hominum commercio, *Εὐξείνος* lonice, Euxinus, hoc est hospitalis, appellatus est. *Ov. Trist.* 4, 4, 55. Frigida me cohibent Euxini litora Ponti: Dictus ab antiquis Axenus ille fuit. *Plin.* 4, 12, 23. Tota ab Hellesponto longitudo CCXXXIX M. pass. Dein vastum mare Pontus Euxinus, qui quondam Axenus, longe refugientes occupat terras, magnoque litorum flexu retro curvatus in cornua, ab his utrinque porrigitur, ut sit plane arcus Scythici forma. Medio flexu jungitur ostio Maeotii lacus. Cimmerius Bosphorus idos vocatur. *Ov. Trist.* 2, 197. Hactenus Euxini pars est Romana sinistra, h. e. pars sinistra Euxini maris. Et *ib.* 5, 10, 13. Euxini mendax cognomine litus. Et *ib.* 4, 8, 42. Euxinum mare. Et *Pont.* 2, 6, 2. Euxinae aquae. Et *ib.* 4, 9, 2. Euxina vada. Et *ib.* 31, 51. Euxinum litus. P Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Mur.* 960, 2. C. Julius Euxinus.

[EUZELUS, i, m. *εὐζήλος*, bonus aemulator: ab *εὐ*, bene, et *ζήλω*, aemulor. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Grut.* 394, 1. C. Coesidius Euzelus. *F.*]

EUZOMON, *εὐζωμων*, appellavere Graeci semen eruciae herbae, quia multae est suavitatis in condiendis obsoniis: ab *εὐ*, bene, et *ζωμός*, jus esculentum. *Plin.* 20, 13, 49.

[EUZOUS, i, m. *εὐζωος*, bene vivens: ab *εὐ*, bene, et *ζωή*, vita. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Mur.* 1385, 8. C. Cominius Euzous. *F.*]

## EX

EX, et E, *ἐκ*, *ἐξ*, *ἀπό*, una ex iis praepositionibus, quae ablativum regunt. *Ex* praepositur omnibus verbis, sive a vocali incipiant, sive a conso-



nante. *E* solummodo a consonante incipientibus. [\*Fuerunt qui ex ante certas tantum consonas poni posse contenderent. Sed hoc nihili videtur. Credam potius rem saepissime pendere ab aurium iudicio, ad quod quam veteres retulerint harum formarum usum, nobis optimorum codd. fides unice sequenda erit. Quamquam non omnittendum in certis quibusdam formulis alterutram formam praevaluisse; velut dixerunt veteres *ex tempore*, non: *e tempore*, *e vestigio*, non: *ex vestigio*, *ex se*, non: *e se*. Tum vero in aliis formulis aliquid etiam ad sensum interest, utrum *e* an *ex* ponas. Sic recte dici videtur: Demetrius ex republica clarus est, non: *e* republica. Contra: hoc est *e* republica (sc. rei publicae prodest), ubi non dici posse videtur: *e* republica. Porro semper dicendum *e regione*, ubi locus significatur ex adverso positum; contra recte dicas: *ex regione* aliqua proficisci. Cfr. Goerenz. ad *Cic. Fin.* 2, 5. *Jahns Jahrb. für Philol.* 1. 2. p. 311. p. 326.] *Cic. Brut.* 46. f. Cum percontaretur ex quadam ancilla. *Ter. Eun.* 3, 2, 38. *E* flamma petere cibum. *Plin.* 28, 4, 10. Si pollices pedum pungantur, exque his guttae referantur in faciem. [\*Nota etiam *exve* dictum. *Ulp.* in *Dig.* 50, 16, 56. Omnes qui sui juris sunt, sive virilis, sive feminini sexus sunt, *exve* feminini sexus descendentes. *Id.* in *Dig.* 1, 9, 10. Omnes qui geniti ex ipsis *exve* liberis eorum dicantur.] *P* Modo locum significat. *Ter. Eun.* 3, 2, 18. *Ex* Aethiopia est usque haec. [\*Atque hinc saepe adjectivi locum obtinet. *Ter. Eun.* 1, 2, 85. *Ex* Aethiopia ancillula, pro ancilla Aethiopissa. *V. Ruhnck.* ad *h. l. Drak.* ad *Liv.* 35, 32, 4.] *Id. Andr.* 1, 1, 43. *Ex* Andro commigravit. *Cic. N. D.* 1, 21. Epicurei *e* Graecia. *Id. Tusc.* 2, 25. Laborare *ex* renibus. *Virg. Ecl.* 7, 13. *eque* sacra resonant examina quercu. [\**Ex* et a quomodo differat, docet *Hand. Tursell.* p. 12.] *P* Modo tempus, et significat *post*. [\**Ex* Calendis locare, *vom ersten Tage an vermieten*. *Ex* die datur libertas, *von dem Tage an*. Et sic semper in usu forensi. Exempla vide ap. *Brisson. de verb. sign.* *Cic. Phil.* 1, 1. *Ex* eo die, quo in aedem Telluris convocati sumus. *Virg. A.* 2, 169. *Ex* illo fluere, et retro sublapsa referri *Spes Da-naum*. *Cic. Att.* 7, 26. *Diem* *ex* die expectare. *Id. Phil.* 14, 7. *Ex* cal. Jan. ad hanc horam invigilavi reipubl. *Id. Brut.* 92. *Ex* consulatu est profectus in Galliam. [\**Gron.* *Obs.* 4, 20. *Duk.* ad *Liv.* 22, 49, 11.] *Id. Sext.* 1. *Ex* hoc tempore. *Liv.* 28, 39. *Ex* quo in provinciam venerunt: *ex* quo tempore. Et 3, 24. *Ex* quo semel fuit aeger. *Tac. A.* 14, 53. et *Agric.* 33. Quartusdecimus annus est, *ex* quo etc. *Suet. Caes.* 22. *Ex* eo se insultaturum omnium capitibus. (Adde *Tac. A.* 12, 7.) *Caes. B. C.* 1, 70. *Ex* magnis rupibus nactus planitiem. [\**Liv.* 21, 5, 16. *Ex* pavore animi recipere. *V. Drak.* ad *Liv.* 44, 10, 1.] *Ter. Eun.* 4, 2, 3. *Aliam* rem *ex* alia cogitare. *Id. Heaut.* 3, 3, 37. *Ut* aliud *ex* alio incidit. [\**Nempe* *ex* recte ponas *post*, ubi indicatur res aliam continuo excepisse aut ubi praeter temporis notionem etiam causalis quidam nexus est. Hoc alterum obtinet in his. *Nep. Tim.* 3. *Ex* maximo bello otium conciliavit. *Nimirum* otium partum est bello. *Cf. Cort.* ad *Cic. Epp.* 5, 16. *Gron.* *Obs.* 4, 20. *Interpp.* ad *Vell. Pat.* 2, 33. *Drak.* ad *Liv.* 4, 47, 1.] *P* Modo materiam, *ex* qua fit aliquid. *Cic. Arch.* 9. *Ennius* in sepulcro Scipionum constitutus *e* marmore. *Id. Verr.* 2, 2, 21. *Statua* *ex* aere facta. *Id. ib.* 2, 4, 27. *Pocula* *ex* auro. *Et* *mox*. *Vas* *vinarium* *ex* una gemma praegrandi. *P* [\**Huic* generi proxime accedunt haec. *Col.* 12, 47, 9. *Ex* albo decoloratur. *Id.* 9, 3, 2. *Varius* *ex* aureolo. *Id.* 8, 2, 9. et 10. *Albicans* *ex* rutilo, *flavus* *ex* auro. *Id.* 6, 29, 3. *Ex* longo rotundum corpus. *P* *Neque* multum *ab-* *ludunt* haec. *Ex* exsule consul, *Manil.* 4, 46. *Feci* *ex* servo ut esses libertus mihi. *Ter. Andr.* 1, 1, 10. ad quem *l. v. Ruhnck.*, qui affert *Oudend.* ad *Lucan.* 4, 719. *Porro*: fit aliquis *ex* dictatore consul. *V. Oudend.* *l. c.* *Pro* quo dicitur etiam: fit aliquis *ex* dictatura consul. *Gron.* *Obs.* 4, 20. *Drak.* ad *Liv.* 10, 6, 14.] *Modo* utilitatem. [\**Haec* non commodum hic obtinet locum, melius con-jungenda cum iis, in quibus *ex* pro *secundum* positum est.] *Cic. ad Brut.* 1, 5. *Ut* tu si arbitrare utile, *eque* republ., persequerere bello Dolabellam. *Id. Fam.* 5, 8. *extr.* *Statues*, ut *ex* fide, fama, reque mea videbitur. *Ter. Phorm.* 5, 7, 76. *Non* hercle *ex* re istius me instigasti. *P* *Modo* occasionem, causam, originem, unde aliquid est: et vim habet voc. propter, aut quamobrem. *Cic. Or.* 2, 37. *Ex* quo etiam quidam, *Numam* fuisse *Pythagoreum* ferunt. *Id. Off.* 1, 10. *Ex* quo illud, *Summum* jus summa injuria, factum est jam tritum sermone proverbium. (*e quo* pro *ex quo* dixit *Vitr.* 1, 1.) *Id. Fam.* 2, 10. *Ex* quo vereor, non idem eveniat in meas litteras. *Id. Font.* 8. *Inimicum* esse alicui *ex* civilibus studiis, atque ob-trectatione domestica. *Id. Invent.* 2, 4. *Ex* lassitudine arctius dormire. [\**Cic. Or.* 2, 61. *Claudicare* *ex* vulnere. *Tac. A.* 1, 17. *Truncato* *ex* vulnere corpore. pro quo 14, 17. *trunco* per vulnera *Tom. II.*

corpore.] *Id. Rabir. Post.* 9. *Vir* *ex* doctrina nobilis, et clarus. [\**Paulo* infrequentius dictum *Marcian.* in *Dig.* 48, 6, 3, 3. *Eadem* lege tenetur, qui *ex* incendio aliquid rapuerit praeter materiam. *i. e.* propter incendium. *Neque* aliter in *Edicto* praetoris in *Dig.* 47, 9, 1. *Qui* *ex* incendio quid rapuisse etc. dicitur. *Notabilis* explicatio *Ulpiani* *ib.* 2., quam ascribam: *Ex* incendio quem-admodum accipimus? *Utrum* *ex* ipso igne, an vero *ex* eo loco, ubi incendium fit? et melius sic accipietur: propter incendium, hoc est propter tumultum incendii vel trepidationem incendii rapit. *Graev.* ad *Cic. pro Mur.* 36. *Cort.* ad *Sall. Cat.* 12. *Jug.* 7, 5. *Drak.* ad *Liv.* 4, 47, 1.] *P* *Inter-* *terdum* ponitur pro *a*, vel *ab*. *Quint.* 6, 1. *med.* *Huic* puer, quem, quid fletet, interrogabat, *ex* paedago se vellicari, respondit. *Flor.* 3, 16. *In* eo tumultu regem *ex* satellitibus suis se appellatum, laetus accepit. [\**Hoc* magis Graecorum, qui ita *ex* s. s. ponunt.] *P* *Interdum* pro *inter*, et referatur ad numerum, et copiam. *Pl. Most.* 1, 4, 24. *Illi* ego *ex* omnibus optime volo. *Cic. ad Brut.* 1, 15. *Solon* sapientissimus *ex* septem, et legum scriptor solus *ex* septem. *Id. Fam.* 13, 1. *a med.* *Is* non est *ex* istis. Et 3. *Unus* *ex* meis intimis. [\**Tac. H.* 4, 50. *Massa*, et procuratoribus Africae. *sc. unus.* *Ann.* 1, 23. *Qui* *e* servitio *Blaesi* erant.] *Tac. A.* 2, 1. *Tutissima* et praesentibus. [\**Drak.* ad *Liv.* 30, 15, 4.] *P* *Interdum* pro *cum*. *Pl. Merc.* 1, 2, 28. *Resinam* *ex* melle devorato. *P* *Et* pro *in*. [\**Nempe* hoc fit aut ad originem rei significandam aut ad motum *ex* aliquo loco denotandum; velut in his: *ex* aliquo loco verba facere. *Cic. pro leg. Man.* 17. *Lucullum* *ex* hoc loco saepe laudavi. *ib.* 8. *Insolita* *ex* hoc loco ratio dicens. *Librarii* praep. in substituerunt nonnunquam. *V. Wund. Var. Lectt. Cod. Erf.* p. LXV.] *Plin.* 33, 5, 26. *Pulvis* *ex* aceto maceratur. *Ter. Eun.* 5, 4, 17. *Ex* jure hesterni panem atrum vorare. [\**Col. R. R.* 12, 46, 1. *Ex* aceto coquere.] *Cels.* 3, 19. *Intrita* *ex* vino. [\**Sic* praepos. *ex* in primis medicos uti auctor est *Salm. Exerc. Plin.* p. 505., quem laudat *Ruhnck.* ad *Ter. Eun.* 5, 4, 15.] *P* *Et* pro *de*. *Vell.* 2, 10. *Victoria* *ex* Alvernus, et *ex* Allobrogibus. [\**Cic. Fam.* 3, 10. *Ex* urbe triumphare. *Sic* triumphum agere *ex* inimicorum dolore, alia. *V. Burn.* ad *Vell. Pat.* 2, 30. *Drak.* ad *Liv. Epit. libr.* 116.] *Id. ib.* 110. *Aliquid* *ex* negotio remittere. *P* *Et* pro *sub*. *Id.* 1, 3. *Nihil* *ex* persona poetae, sed omnia *sub* eorum, qui illo tempore vixerant, dixerunt. [\**Pro-* *xime* ab his abest *is* usus, quo ponitur apud *Ictos*. *Hi* nempe dicunt *Cajum* *ex* Titio aliquid scripsisse, ubi *Cajus* in notis ad *Titium* aliquid proposuit. *Sic* *Ulp.* in *Dig.* 18, 2, 4, 6. *Ita* *Pomponius* libro nono *ex* *Sabino* scribit, *i. e.* *Sabinum* commentatus, in expositione ad *Sabinum*. *Multa* alia hujus generis vide apud *Brisson.* *de* verb. signif. *P* *Saepe* pro *secundum*, aut pro. *Cic. Fam.* 2, 13. *extr.* *Decedere* *ex* provincia *ex* senatusconsulto. *Ter. Ad.* 2, 1, 22. *Ornatus* *esses* *ex* tuis virtutibus. *Cic. Fam.* 5, 8. *a med.* *Et*, ut spero, *statues* *ex* nostra dignitate. *Ter. Eun.* 1, 2, 95. *Utinam* *istuc* verbum *ex* animo, ac vere diceret: *secundum* animi sententiam. *Cic. Fam.* 2, 7. *med.* *Feliciter* et *ex* mea sententia rempubl. gessimus, *i. e.* ut in votis erat. *Id. Off.* 3, 29. *Quod* *ex* animi tui sententia juraris, *h. e.* *secundum* id, quod habebas in animo. [\**Et* omisso verbo *jurandi*. *V. Drak.* ad *Liv.* 22, 53, 10.] *Plin. ep.* 1, 2. *Ex* consuetudine. *Sic* *Liv.* 42, 24. *extr.* *Ex* instituto. *Tac. H.* 2, 77. *Ex* aequo, *i. e.* *secundum* aequalitatem. [\**Sed* diversis plane signif. *ex* aequo ponitur, ita ut sensus *ex* opposito eam docere debeat. *Sic* *Tac. A.* 15, 13. *Pax* *ex* aequo utilis. *i. e.* *integrus* *ab* utraque parte viribus. *Alia* vide ap. *Boetticher. Lex. Tac.* p. 167.] *Liv.* 42, 25. *med.* *Ex* aequo foedus facere, *h. e.* *secundum* aequitatem. [\**Cf.* *Liv.* 39, 36, 1.] *Cic. Inv.* 2, 45. *Ex* praescripto rem administrare. *Liv.* 5, 14. et 1, 40. *Ex* composito. *Quint.* 11, 1. *Ex* professo, *h. e.* *secundum* id, quod profitemur. *Suet. Galb.* 9. *Ex* fide, *i. e.* *secundum* fidem. *Innumera* praeterea sunt, quae huc pertinent, *ex sponso*, *ex testamento*, *ex foedere*, *ex censu*, *ex lege*, *ex mandatis*, *ex empto*, *ex pactione*, *ex voluntate*, *ex arte*, *ex re*, *ex tempore*, *ex opinione*. [\**Ex* *condicione*, *ex edicto*, *ex necessitate*, *ex officio*.] etc. *Cic. Nep.*, *Caes.*, *Vell.* et alii. *P* *Saepe* resolvit adverbium. *Just.* 11, 4. *extr.* *Ex* continentia. *i. e.* *statim*. *Quint.* 10, 3. *Ex* intergo. *Id.* 9, 2. et *Plin.* 30, 3, 8. *Ex* facili. [\**V. Interpp.* ad *Tac. Agr.* 7. *Boettich. Lex. Tac.* p. 167. *Omnino* hanc dicendi rationem licet nec priores plane sperverint, tamen recentiores maxime frequentaverunt. — *Praeter* consuetudinem tamen dictum videtur *ex com-* *modo* ap. *Nerat.* in *Dig.* 50, 5, 4. *Ex* eo tempore vacationis dies incipit *ei* *cedere*, quo iter *ex* com-modo peragere potuisset. *i. e.* *commode*.] *Liv.* 1, 56. *Ex* industria. *Cic. Or.* 2, 60. *Ex* tempore. *Liv.* 28, 39. *Ex* insperato. *Cic. N. D.* 2, 48. *Ex* inopinato. *Or. Her.* 16, 158. *Ex* toto, *i. e.* *omnino*. *P* *Inter-* *terdum* redundat. *Pl. Merc.* 1, 2, 1. *Ex* summis opibus viribusque usque experiri, *niti*. *Flor.* 1, 9.

*Ex* summo studio adnixus est. *Or. Met.* 2, 109. [\**V. Burn.* ad *Or. Trist.* 3, 12, 17.] *positaeque* *ex* ordine gemmae. [\**Pall. R. R. Oct.* 17, 1. *Ex* canna agitabis: ubi est ablativus instrumenti. *P* *Contra* in aliis locis praepositio *ex* ommissa videtur. *Tac. A.* 4, 43. *Neque* *Philippum* potentia, sed *ex* vero statuisset. 12, 38. *Ni* cito vicis et castellis proximis subventum foret. *Hist.* 3, 15. *Et* *Britannia* *Galliaque* et *Hispania* auxilia *Vitellius* acciverat. *V. Boettich. Lex. Tac.* p. 5. *Col. R. R.* 10, 310. *Plenos* sinus urbe reportet.] *P* *Jungitur* nonnunquam aliis praepositionibus, ut *exadversum*, *exinde*, *exante*. *V. ADVERSUS* etc. *P* *Interponitur* interdum adject. et substant. *Cic. Fam.* 5, 8. *med.* *Quo* *ex* tempore. *Id. Tusc.* 1. *in.* *Magna* *ex* parte. *P* *Et* suo casu postponitur. *Lucr.* 3, 852. et 879. *Haec* eadem, quibus *e* nunc nos sumus, ante fuisse. *Or. Her.* 20, 121. *Hostibus* *e* si quis etc. *P* *In* compositione *E* ponitur ante *b*, *d*, *g*, *j*, *l*, *m*, *n* (*p* raro) *r*, *v*: ut *ebibo*, *edico*, *egero*, *ejuro*, *clargior*, *emano*, *enarro*, *epotus*, *erigo*, *evado*. *Ex* vero his perraro (*n*, et *r* exceptis, quibus nunquam), semper autem *c*, *f*, *p*, *q*, *s*, *t*, et vocalibus omnibus: verum ante *f* in eam suum *x* convertit, ut *excurro*, *effero*, *expedio*, *exquiro*, *extinguo*, *extrico*, *exaudio*, *exedo*, *exinde*, *exonero*, *exuro*. [\**Accuratius* exposuit de hac re *Schneider. Elementarlehre* Tom. II. p. 552.] *Significant* autem aliquando privationem, ut *exspes*: aliquando ordinem, ut *exinde*: aliquando augmentum, ut *exclamo*: et perfectionem, ut *exaudio*: et vim habent praepos. extra, ut *ejicio*, *expono* etc. *P* [\**Saepe* *e* et *ex* in compositionibus a librariis ommissa, aut eorum loco aliae praepositiones substitutae sunt. *Exempla* vide ap. *Goer.* ad *Cic. Ac.* 1, 3. *Saepe* *ex* a praecedenti et elisum est. *Drak.* ad *Liv.* 5, 32, 4. 6, 7, 4. a praecedenti *nec* ob sonum affinem. *Id.* ad *Liv.* 8, 36, 9. a sequenti *ea*. *Id.* ad *Liv.* 35, 50, 7. a sequenti *eo*. *Id.* ad *Liv.* 34, 20, 5. *Confunduntur* *Ex* et *de*. *Id.* ad *Liv.* 21, 6, 5. — et *ea*. *Id.* ad *Liv.* 7, 3, 5. et alibi. — et *et*. *Id.* ad *Liv.* 26, 45, 1.]

[\**EXABUSUS*. *Ann. Marc.* 25, 7, 8. *Exabusus* princeps paulatim terris hostilibus excessit: ubi recte observat *Wagner.* p. 114. pro *abusus* positum esse, sed ad significationem augendam additum esse *ex* *ex* hujus aetatis scriptorum more.] *EXACEO*, es, ui, n. 2. ἀξόζωμαι, acidus fio. *Colum.* 12, 17. *Deinde* cum *ficus* *exacuit*, et *remisit* liquorem etc. *P* *Translate* est idem ac *exacerbari*. *Inscr.* optimae notae ap. *Marin. Inscriz.* *Alb.* p. 138. *Fatear* *necesse* st, adeo me *exacuisse*, ut *excesserim* mente.

*EXACERBATUS*, a, um, partic. ab *exacerbo*. *Liv.* 8, 33. *Cum* *affirmarent* *infestius* *Papirium* *exarsurum*, *agitatum* *contentione* ipsa, *exacerbatum* que. *Id.* 2, 43. *extr.* *Odi*um *irritatum* *exacerbatum* *et* *in* *ducem*. *Suet. Tib.* 62. *Auxit* *saevitiam* *exacerbatu* *indicio* *de* *morte* *fili*. *Mamert. Genethl. Max.* 5. *Exacerbatu* *injuriis*.

*EXACERBESCO*, is, n. 3. *valde* *acerbus* *fio*. *Apul. Apolog.* p. 327, 28. *Quis* *est* *tam* *mitis*, *quin* *exacerbescat*?

*EXACERBO*, as, avi, atum, a. 1. παροξύνω, irrito, ad iracundiam provoco. *Suet. Galb.* 16. *Atque* *eo* *quidem* *nomine* *omnes*, qui *ubique* *erant*, *exacerbavit*. *Liv.* 2, 35. *extr.* *Ut* *recenti* *aliqua* *ira* *exacerbarentur* *animi*. *Et* 46. *Contumelias* *exacerbare* *hostes*. *P* *De* *graviter* *dolente*, *Plin. ep.* 8, 5. *Habet* *quidem* *Macrinus* *grande* *solatium*, *quod* *tantum* *bonum* *tandiu* *tenuit*: *sed* *hoc* *magis* *exacerbatu*, *quod* *amisit*. *P* [\**De* *poenis* *quae* *gravior* *irrogantur*. *Claud. Saturnin.* in *Dig.* 48, 19, 16, 10. *Nonnunquam* *eventit*, ut *aliquorum* *ma-* *leficio*rum *supplicia* *exacerbatu*, *i. e.* *asperentur*, ut *est* *ap. Hermogen.* *ib.* 42. *De* *crimine*. *Modestin.* in *Dig.* 48, 4, 7, 4. *Crimen* *majestatis* *ma-* *xime* *exacerbatu* *in* *milites*.]

[\**EXACERVANS*, antis, partic. ab *in* *exacerbo*, sensu passivo, idem ac *exacervatus*, *acervatim* *congestus*. *Amian.* 23, 5. *Retortis* *plebs* *uni-* *versa* *cervicibus* *exacervantia* *in* *se* *tela* *declinans* *spargitur* *passim*. *F.*]

*EXACISCLO*, as, a. 1. *verbum* *conflatum* *ex* *praepos. ex*, et *acisculus* per syncopen pro *acisculus*, qui *est* *parvus* *malleus*, vel *ascia*. *Inscr.* ap. *Mur.* 1028, 2. *Si* *quis* *hanc* *arcam*, sive *hoc* *mon-* *umentum*, *vendere*, aut *emere*, aut *exacisculare* *volet*, *poenae* *nomine* etc. *Alia* *ap. Don.* *cl.* 12. *n.* 27. *Si* *quis* *hanc* *arcam* *aperuerit*, aut *exaciscleverit*, et *aliud* *corpus* *posuerit* etc. *h. e.* *dissolverit*, *fr-* *gerit*, *destruxerit*.

*EXACON* Galli vocant herbam, fel terrae Latinis dictam, quoniam omnia mala medicamenta potum e corpore exigat per alvum. *Plin.* 25, 6, 31.

*EXACTE*, adv. accurate, diligenter, ἀκριβώς. *Sidon. ep.* 7, 9. *Ut* *exacte* *perorantibus* *mos* *est*. *Gell.* 1, 3. *Theophrastus* *super* *hac* *re* *exactius*, quam *Cicero*, *disserit*. *Mela* 1. *prooem.* *Dicam* *alias* *plura*, et *exactius*. *Sid. ep.* 5, 11. *Exactis-* *sime* *pascere*.

*EXACTIO*, onis, f. ἐξαρᾶσις, acerba et imperiosa petitio, cujusmodi est vectigalium et tributio-

rum collectio. *Cic. Att. 5, 1.* Ne extrema exactio nostrorum nominum expectetur. *Asin. ad Cic. Fam. 10, 32.* Magno pondere auri coacto de publicis exactioibus. *Adde Liv. 38, 38.* P Et quaecumque petitio crediti. *Scaev. Dig. 42, 8, 24.* Si iuste exegerit, ceteri creditores neglexerint exactioem. [\*Etiam de eo quo repetitur. *Ulp. in Dig. 24, 1, 21.* Si quis pro uxore sua solvisset, an exactio fiat, an vero nulla sit donatio.] P *Exactio operis* dicitur, cum certum pensum in singulis dies exigitur. *Colum. 1, 8, med.* Nulla est autem major vel nequissimi hominis custodia, quam operis exactio. P Significat etiam ejectionem, expulsionem, ut *Exactio regum*, ap. *Cic. Or. 1, 9.* P Item operis absolutionem et perfectionem. *Vitr. 3, 1.* Ut etiam in operum perfectionibus, singulorum membrorum ad universam figurae speciem habeat commensus exactioem. *Auson. Idyll. 11, 5.* plenique exactio partus. *Vitr. 6, 11.* Cum magnificentem opus perfectum adspicietur a domini potestate, impensae laudantur; cum subtiliter, officinatoris probatur exactio: cum vero venustate, proportionibus et symmetriis habuerit auctoritatem, tunc fuerit gloria architecti. P [\*Confunduntur a librariis *Exactio* et *exactio*. V. *Interpp. ad Tac. Agr. 19.*]

EXACTOR, oris, m. qui aliquid exigit, *ἐπιμαχέτωρ*. *Caes. B. C. 3, 32.* Erat plena licitorum, et imperiorum provincia, differita praefectis et exactoribus. *Adde Liv. 28, 25.* [\*Inprimis hujus voc. usus est in re forensi. *Ulp. in Dig. 22, 1, 33.* Non acerbus exactor, sc. usurarum. *Arcad. Charis. in Dig. 50, 4, 18, 8.* Exactores pecuniae pro capitibus.] P Item expulsor. *Liv. 9, 17.* Ita deinde exactores regum Junii, Valerique. P Item qui aliquid exigit, et peragit, ut *Exactor supplicii*, qui supplicium sumi imperat, ap. *Liv. 2, 5.* [\**Tac. A. 11, 37.* de supplicio Messaliniae tribuno et centurionibus mandato: Custos et exactor e libertis Evodus datus. V. *Gron. ad Sen. Contr. 32.*] Sic *Colum. 3, 13.* Opus est autem perito et vigilante exactore. *Inscr. ap. Don. cl. 5, n. 139.* Q. Anno Januario exactori operum publ. et theatri a fundamentis. Alia ap. *Grut. 594, 1.* Caesaris exactor praediorum Lucilianorum. Et 2. Exactor operum dominicorum. Sic *Exactor studiorum*, ap. *Quint. 1, 3, f.*, qui instat, et pensum studiorum exigit. P *Exactor auri* est, qui aurum exigit ad obrussam, et probat. V. OFFICINATOR.

EXACTRIX, icis, f. quae exigit, et postulat. *August. ep. 135.* Epistola mea nova rescriptorum exactrix fuit.

EXACTUS, a, um, part. ab *exigo*, expulsus. *Cic. Or. 1, 9.* Exacti reges. *Hor. Od. 2, 13, 31.* tyranni. *Plin. Pan. 29.* Exactus hostis mari. *Tac. A. 13, 56.* ad f. Exacti terris. *Et ib. 6, 3.* curia et Italia. *Et ib. 16, 17.* in Sardiniam. *Ter. Heec. prol. 2, v. 4.* Fabulae exactae, h. e. exclusae, ut quae populo minime placuerunt. P Item exagittatus, vexatus. *Or. Trist. 4, 4, 70.* Furiis exactus Orestes. P Item adactus, trajectus. *Sen. Herc. Oet. 845.* Eat per artus ensis exactus meos. *Et Troad. 1155.* dextra ferrum penitus exacta abdidit. *Sil. 1, 307.* telum exactum per viscera. *Or. Met. 5, 171.* Non circumspicis exactum viribus ense fregit, h. e. vibratum. *Id. ib. 138.* Torquet in hunc hastam, media quae nare recepta, Cervice exacta est. P Item coactus. *Cic. N. D. 3, 34.* extr. et *Pis. 16.* Exactae pecuniae. P *Exactus pecuniam* est is, a quo pecunia exacta est. *Metellus ap. Gell. 15, 14.* Socios questum venisse, sese pecunias maximas exactos esse. *ἐπιμαχέτωρος ἀγρότων.* P Item venditus, distractus, extrusus. *Colum. 10, 317.* Exactae merces. [\*V. *Schneid. ad h. l.*] P Item praeteritus, transactus. *Virg. G. 3, 190.* At, tribus exactis, ubi quarta accesserit aestas etc. *Stat. Silv. 2, 2, 47.* Exacta lux. *Plin. 2, 47, 48.* Exacto quadriennio. *Hor. Od. 3, 22, 6.* Per exactos annos. *Plin. 16, 25, 41.* Exacto frigore. [\**Col. R. R. 12, 10, 1.* Exactis messibus.] *Cic. Tusc. 1, 39.* Exacta aetate mori. [\**Cic. Verr. 1, 18.* Temporibus exactis, sc. gravitatis.] *Virg. A. 6, 637.* His demum exactis, perfecto munere Divae etc. *Prop. 2, 11, 3.* Nec sic errore exacto laetatus Ulysses. P Item completus, perfectus, elaboratus, politus, absolutus. *Prop. 3, 1, 8.* Exactus tenui pumice versus eat. *Et ib. 7, 10.* Exactis Calamis se mihi jactat equis, h. e. affabre et perfecte elaboratis. Fuit enim Calamis statuarius. [\*ubi plura afferunt *Broukh. et Burm.*] *Plin. 17, 27, 42.* Exacta falcis acies. *Or. Pont. 4, 9, 46.* Exacta fides. *Liv. 3, 5, f.* Difficile est, quot ceciderint, exacto affirmare numero. *Front. Aquaed. 89.* Praestare exactissimam diligentiam. *Suet. Tib. 18.* Curam exactiorem. P Transfertur etiam ad homines. *Plin. ep. 8, 23.* Quod ille obsequium Serviano, exactissimo viro praestitit? h. e. accuratissimo, et exacte omnia facienti. *Mart. 4, 87.* moneoque te, libelle, Ut docto placeas Apollinari: Nil exactius eruditusque est; Sed nec candidius, benigniusque. P Et cum genit. *Or. Fast. 3, 383.* Mamurium, morum, fabraene exactor artis, Difficile est dicere. P Ex-

quisitus, examinatus, perpensus. [\**Paull. Sent. 4, 12, 7.* Exactum consilium.] *Virg. A. 1, 311.* quas vento accesserit oras, Quereret constituit, sociisque exacta referre. *Hor. Sat. 2, 4, 36.* Nec sibi coenarum quibus temere arroget artem, Non prius exacta tenui ratione saporum. P [Item examinatus, et publica auctoritate probatus. *Inscr. in aeneo congio ap. Fabr. p. 526. n. 372.* Imp. Caesare Vespasiano VI., Tito Caesare Augusti filio IIII. Consulibus, mensurae exactae in Capitolio. Pondo X. Alia in statera in *Mus. Borbon. T. 1. tav. 55.* Imp. Vespasiano Augusto IIX., Tito Imp. Augusti filio VI. Consulibus, exacta in Capitolio. V. ARTICULUS. F.] P Item deliberatus. *Or. Her. 17, 177.* Et libet, et timeo, nec adhuc exacta voluntas Est satis. *Grat. Cyneq. 259.* tamen huic (cani) exacta voluntas, h. e. promptus, paratusque, et constans animus. P *Exactum est*, constitutum est, certum est. *Or. Fast. 3, 637.* Non tamen exactum, quid agat. *Id. Amor. 3, 7, 16.* Nec satis exactum est, corpus, an umbra forem. P [\*Confunduntur *Exactus* et *Exhaustus*. *Burm. ad Or. A. Am. 1, 771.* Heins. ad *Or. Fast. 5, 387.*]

EXACTUS, us, m. sumitur pro venditione, quia merx, dum venditur, exigitur a nobis, idest emititur. *Quint. Decl. 12, 19.* Sacrosanctus mercator opportunum mercis exactum, puto, invenit, *ἐξαγοράω*.

EXACUO, is, ui, utum, a. 3. idem quod acuo, aut valde acuo, *ὄξυνω*. *Colum. 11, 2, p. in.* Ridi- cas dedolatas utraque parte exacuere. *Plin. 84, 14, 42.* In exacuendo oleares cotes, aquariaeque differunt. *Virg. G. 3, 255.* dentesque Sabellicus exacuit sus. P Tribuitur et aliis rebus. *Plin. 19, 5, 30.* Scilla nata aceto exacuendo. *Id. 24, 11, 59.* Ros marinum oculorum aciem exacuit. *Id. 29, 6, 38.* Scarabaei natura contuentium visum exacuit. P Translate. *Cic. Leg. 3, 9.* Mucronem tribunicium exacuere in aliquem. *Plin. 20, 13, 50.* Nasturtium Venerem inhibet, animum exacuit, h. e. acutum ac perspicacem reddit. *Cic. Leg. 1, 23.* Exacuere aciem ingenii ad bona deligenda, et rejicienda contraria. *Or. Pont. 1, 10, 13.* Sapor exacuit palatum. P [\*De morbis. *Col. 10, 392.* Exacuit morbos aestatis iniquae.] P Est etiam stimulare, incitare, cohortari, quasque pungeri. *Cic. Att. 12, 36.* Velim cohortere et excuvas Clu- tium. *Hor. A. P. 402.* mares animos in Martia bella Versibus exacuit. *Plin. ep. 3, 7, f.* Ἀγαθὴ δ' ἔσται, cum invicem se mutuis exhortationibus amici ad amorem immortalitatis exacuunt. *Nep. Phoc. 4.* Plurimi ira exacuebantur, propter conditionis suspicionem. P [Partic. *Exacuens* ap. *Sil. 7, 142.* exacuens varia ad conamina mentem. *Exacuendus* ap. *Cic. Or. 1, 29.* Ad vos exacuendos accommodavi orationem meam.]

EXACUATIO, onis, f. actus exacuendi. *Plin. 17, 14, 34.* Calami exacutio medullam ne nudet.

EXACUTUS, a, um, part. ab *exacuo*, acutus factus, *ὄξυνθεις*. *Plin. 28, 4, 12.* Cos, qua feramenta saepe exacta sunt. *Id. 17, 17, 27.* Exactus truncus. *Id. 11, 37, 46.* Cornua in leve fastigium exacta. *Id. 29, 6, 39.* Blatae exacta clune. *Id. 18, 18, 47.* Latior cuspis, sed exactior. *Hard. legit et acutior ex MSS.*

EXADVERSUS, etc. V. ADVERSUS, praeposit.

EXADVOCATUS, i, m. qui advocati munere functus est. *Augustin. C. D. 22, 8.*

EXAEDIFICATIO, onis, f. Idem ac aedificatio, vel aedificationis absolutio. Translate *Cic. Or. 2, 15.* Ipsa autem exaedificatio posita est in rebus ac verbis, h. e. constructio orationis.

EXAEDIFICATUS, a, um, part. ab *exaedifico*, aedificatus. *Cic. Acad. 4, 40.* extr. Ne exaedificatum quidem hunc mundum divino consilio existimo. *Sall. Cat. 12.* Domus et villae in urbium modum exaedificatae. *Liv. 30, 3, s. f.* Hibernacula, congesta tenere ex agris materia, exaedificata.

EXAEDIFICIO, as, avi, atum, a. I. *ἐξαιδομῆος*, idem quod aedifico, vel aedificium absolvo. *Caes. B. C. 1, 15.* Quod oppidum Labienus constituerat, suaque pecunia exaedificaverat. *Cic. Verr. 2, 5, 19.* Capitolium exaedificari atque effici potuit. [\**Drak. ad Liv. 35, 31, 9.* Etiam de navi. *Cic. Verr. 2, 5, 19.* Exaedificari atque effici potuit.] P Translate est quodcumque opus perficere. *Cic. Or. 1, 35.* extr. Ne gravere exaedificare id opus, quod instituiti. *Pl. Trin. 1, 2, 95.* Qui exaedificaret suam inchoatam ignaviam. P Pro domo ejicere, joculariter *Id. ib. 5, 2, 3.* Nam exaedificavisset me ex his aedibus.

\*EXAEQUALITER, adv. *Appul. Met. 2.* Caetera corporis exaequaliter ad regulam. Ita *Beroald.* sed *Elmenh. p. 115.* inexplicabiliter. B. A.

EXAEQUATIO, onis, f. actus exaequandi, *ἐξισοῦσις*. *Liv. 34, 4.* Hanc ipsam exaequationem non fero. P Item id quod exaequatum est. *Vitr. 5, 12.* Deinde insuper eam exaequationem pila struatur.

EXAEQUATUS, a, um, part. ab *exaequo*, aequatus. *Varr. R. R. 1, 40, s. f.* Cortex cum cortice exaequatus. *Lucr. 5, 1295.* exaequata certamina belli. *Sall. Jug. 105.* Uti militibus exaequatus cum imperatore labor esset.

EXAEQUO, as, avi, atum, a. I. *ἐξισώω*, aequallem facio, adaequo. *Cic. ad Quir. 9.* Propterea quod superiorem esse contra improbos minus est negotii, quam bonis exaequari. [\**Gaj. in Dig. 9, 2, 2, 2.* Lex Aquillia servis exaequat quadrupedes.] *Id. Amic. 20.* exaequare se cum inferioribus. *Id. Verr. 2, 2, 50.* Iste, qui omnia jura pretio exaequavit, omniumque rerum delectum atque discrimen pecunia sustulit. *Caes. B. C. 1, 4.* Neminem dignitate secum exaequari volebat. [\*Alia vide apud *Drak. ad Liv. 3, 39, 8.*] P [Item examino, exigo, ad exagium comparo. In grandi lapide Pompejis reperto, novemque cavis mensuris variae magnitudinis insigni haec, quam ipse vidi, et exscripsi, exstat *Inscr. A. Clodius A. F. Flaccus, N. Arcaeus N. F. Arelliani Celadus Duum Viri luri Dicundo* mensuras exaequandas ex decurionum decreto (curarunt). V. EXACTUS. F.] P Item aequalis sum. *Or. Amor. 3, 8, 61.* exaequet tetricas licet illa Sabinas. *Auct. ad Her. 4, 20.* Ut longitudo aut plenitudo harum multitudinem alterius assequatur, et exaequet. P Translate. *Sall. Cat. 3.* Arduum videtur res gestas scribere, quod facta dictis exaequanda sunt. *Sen. ep. 20.* Unam semel, ad quam vivas, regulam prende; et ad hanc omnem vitam tuam exaequa. P Quidam Lexicographi addunt *Exaequor, aris*, deponens allato exemplo *Auct. Pan. ad Pis. 25.*, sed ibi pro *exaequamur*, alii leg. *exaequamus*. P [\*Confunduntur *Exaequare* et *Exsequi*. VV. DD. ad *Sall. Cat. 3. Drak. ad Liv. 3, 39, 8.*]

[EXAESTIVO, as, n. I. idem ac aestivo. *Not. Tir. p. 113.* Exaestivat. F.]

EXAESTUATIO, onis, f. exaestuandi actus. *Solin. 5, med.* In medio flumine subita exaestuatione fervere. P Translate. *Non. 6, 91.* Exaestuatio animi.

EXAESTUO, as, avi, atum, n. I. *ἐξυψάω*, idem quod aestuo, aut valde aestuo, aestuando exundo, ebullio. *Justin. 1, 2.* Bitumen in illis locis passim e terra exaestuatur. *Curt. 4, 2, med.* Exaestuare semper fretum, quoque arctius voluteur, hoc acrius furere. *Suet. Aug. 18.* Fossae, in quas Nilus exaestuatur. *Virg. G. 3, 240.* ima exaestuatur unda Vorticibus, nigramque alte subjectat arenam. *Id. A. 3, 577.* de Aetna: fundoque exaestuatur imo. P Item aestu, seu calore laboro. *Suet. Tib. 72.* Et ut exaestuaret, afflatus aura in graviorem recidit morbum. *Justin. 2, 1.* Aegyptus torrente calore solis exaestuatur. P Translate. *Virg. A. 9, 798.* mens exaestuatur ira. *Or. Trist. 5, 63.* Strangulat inclusus dolor, atque exaestuatur intus. *Lucan. 5, 173.* de vate plena Deo: magnoque exaestuatur igne, Iratum te, Phoebe, ferens. P Cum accusat. *miseramque exaestuatur iram* quidam leg. ap. *Stat. Th. 11, 297.* h. e. effundit, egerit. Alii *miseram iram*. *Lucr. 6, 816.* Hos igitur tellus omnes exaestuatur aestus, h. e. aestuando emittit. P [Part. *Exaestuans* ap. *Curt. 6, 4.* Exaestuans mare. F.]

EXAEVIO. V. EXSAEVIO.

EXAGGERANTER, adv. exaggerando et amplificando. *Tertull. de carne Christ. 19.* Tam exaggeranter inculcavit.

EXAGGERATIO, onis, f. *ὀργήσις*, aggerum constructio. *Justin. 2, 1, s. f.* Aegyptus sive exaggerationibus regum, sive Nili trahentis limum, terrarum recentissima videtur. P Translate ponitur pro altitudine et excellentia. *Cic. Tusc. 2, 26.* Hoc tibi propono, amplitudinem, et quasi quandam exaggerationem quam altissimam animi, qui maxime eminet in contemnendis et despicendis doloribus, unam esse omnium rem pulcherrimam. P Item pro amplificatione oratoria, cum pluribus verbis una eademque res vehementer dicitur. *Gell. 13, 24.* Num onerandi, vel exprobrandi criminis causa exaggerationem aliquam speciosam facit? et paulo post. Apud Homerum ejusdem rei atque sententiae luculenta exaggeratio est.

EXAGGERATOR, oris, m. *Hieronym. ep. 22.* n. 28. Quiddam novum insonerit, aut auctor, aut exaggerator est famae, h. e. amplificans, augens.

EXAGGERATUS, a, um, part. ab *exaggero*, cumulat, auctus, *ὀργεῖσθαι*. *Plin. 36, 14, 21.* Aeronibus arena plenis mollis clivus super capita columnarum exaggeratus. *Cic. Cat. 4, 9.* Cogitate, quantis laboribus fundatum imperium, quanta Deorum benignitate auctas exaggeratasque fortunas una nox paene delerit. P Translate. *Cic. Parad. 5, f.* Si quidem animo excelso et alto, et virtutibus exaggerato sumus. *Id. Or. 57.* Neque humilem, neque abjectam orationem, nec nimis altam et exaggeratam probat. *Id. Brut. 17.* Catonis luminibus obstruxit haec quasi exaggerata altus oratio. *Gell. 13, 24, med.* Neque ornatus fit, additis manubiis; neque exaggeratus, modulatusve. *Petr. Sat. 124.* Exaggerata verborum volubilitate, unde, aut qui essemus, indicavimus. [\*mit enim grossen Wortschwall.]

EXAGGERO, as, avi, atum, a. I. *ὀργεῖν*, in aggerem extollo, coacervo, cumulo. *Plin. 19, 8, 41, n. 2.* Cauliculos a terra attolentes se, exaggerando aliam, accumulens. *Colum. 8, 11, med.*

Pluribus stramentis exaggerandum est aviarium. [\*Ulp. in Dig. 19, 3, 14. Exaggerare iter.] Curt. 6, 5. med. Aggesta humo e montibus, planitiem exaggerare. Vitr. 10, 22. Locum operibus exaggerare, h. e. aggere circumdare. Auct. B. Hisp. 5. Mortem morti exaggerare. P Item augere, amplificare. Phaedr. prol. 3. Magnas opes exaggerare. Cic. Off. 1, 26. med. Rem familiarem omnino ratione exaggerantes. P Translate. Id. Or. 3, 27. Nihil est ad exaggerandam et amplificandam orationem accommodatius. Id. ib. 1, 55. Oratione exaggerare aliquid. Id. ib. 2, 72. Exornare et exaggerare. Id. Planc. 29. Exaggerare aliquid verbis. Quint. 6, 2. med. Injurias suas, h. e. majores atrocioresque verbis facere. Id. 8, 3. s. f. indignitatem. Cic. Tusc. 5, 18. Xenocrates exaggerans tantopere virtutem, extenuans cetera et abiciens. Vell. 2, 129. Juventam alicujus exaggerare honoribus.

\*EXAGITATIO, onis, f. οὐχίτης Gloss. Lat. Gr. H. Steph. Commotio. A nonnullis Tacito tribuitur. B. A.

EXAGITATOR, oris, m. qui exagitat, et insectatur. Cic. Or. 13. Plato quidem exagitator omnium rhetorum, hunc miratur unum.

EXAGITATUS, a, um, partic. ab *exagito*, valde agitatus, vexatus, exercitus. Cic. Verr. 2, 3, 18. Sedes suas patrias, istius injuriis exagitati reliquerant. Nep. Them. 9. Ad te confugi exagitatus a cuncta Graecia. Sall. or. Philippi contra Lepid. Scelerum conscientia exagitati. Cic. Somn. Scip. f. Eorum animi, qui se corporis voluptatibus dediderunt, in hunc locum, nisi multis exagitati saeculis, non revertuntur. P Item tractatus, disputatus. Cic. Sull. 21. Colonorum dissensio delata ad patronos est, cum jam inveterasset, ac multos annos esset exagitata. Sall. Cat. 30. Res jam antea vulgi rumoribus exagitata.

EXAGITO, as, avi, atum, a. 1. διασπορέω, διαζω. [\*Proprie significat ex imo agitare, evertere. Colum. R. R. 12, 19, 4. Quicquid fecis subsederit, exagitet (sc. ex fundo vasorum, quod praecessit) et in summum reducat.] — P Valde agito, persequor, vexo, insector, divexo. Ov. Fast. 5, 141. Exagitant et Lar, et turba Diania fures. Sil. 16, 553. assueti lustra exagitate ferarum Venatu juvenes. Hor. Sat. 2, 6, 54. Omnes Dii exagitant me, si, etc. Val. Fl. 8, 103. Exagitare aliquem toto mari. Cic. Att. 1, 16. circa med. Insectari et exagitare numularios judices. Prop. 2, 7, 81. Exagitet nostros manes, sectetur et umbras, Insuletque rogis, calcet et ossa mea. Suet. Ner. 34. Confessus exagitari se materna specie, verberibus Furiarum, ac taedis ardentibus. Sall. Cat. 14. Quos flagitium, egestas, conscius animus exagitabat. P Item commovere, concitare, turbare. Stat. Th. 3, 514. Volucres planctum imitantibus alis Exagitant Zephyros. Or. A. Am. 3, 662. Et lepus hic alius exagitandus erit. [\*Quae locutio in proverbium abiisse videtur. Vid. VV. DD. ad Petr. Sat. 131. p. 623.] P Translate. Stat. Th. 5, 96. rabidis clamoribus urbem Exagitat. Lucan. 2, 688. ne litora clamor Nauticus exagitet, neu buccina dividat horas Praecepit sociis. Cic. Att. 3, 7. Non faciam, ut enumerem miseriae omnes, ne meum moerorem exagitem, h. e. commoveam, et exasperem. Sall. Cat. 49. Tanta vis hominis magis leniunda, quam exagitanda videbatur, h. e. irritanda. Lucan. 8, 43. tristes praesagia curas Exagitant, h. e. movent, excitant. Catull. 64, 94. exagitant immitti corde furores, h. e. versans, concipiens. P Est etiam explodere, improbare, rejicere. Cic. Or. 8. extr. Quoniam igitur modo audiretur Mysus, aut Phryx Athenis, cum etiam Demosthenes exagitetur ut putidus? Id. Or. 3, 16. Inventi sunt, qui hanc dicendi exercitationem exagitant atque contemnerent. Id. Or. 44. Quod apud Lucilium scite exagitat in Albucio Scaevola. P Item impellere, agere. Sall. Jug. 67. At illum jam antea consulatus ingens cupido exagitabat. P Item excutere, examinare. Cic. Cluent. 36. Exagitantur omnes ejus fraudes atque fallaciae: tota vita in ejusmodi ratione versata aperiebatur.

EXAGIUM, ii, n. ἐξάγιον, ponderatio, pondus. Edictum L. Turcii Aproniani praefecti Urbis an. Chr. n. 362. ap. Grut. 647, 6. Sub exagio pecora vendere. Sic Gloss. Philox. ἐξάγιον, pensatio: ἐξάγιον, exagium. P Exagium solidi legitur in nummo aereo Honorii Aug. ap. Eckhel. D. N. V. T. 8. p. 511. fuitque pondus explorando legitimo, solidi ponderi destinatum; solidum vero fuit sexta pars unciae Romanae sub Constantino Aug. et ejus successoribus. Impp. Theodos. et Valentin. Novell. 25. De ponderibus quoque, ut fraus penitus amputetur, a nobis aguntur exagia, quae sub interminatione superius comprehensa sine fraude debeant custodiri. V. plura huc pertinentia ap. Eckhel. l. c. P Sunt qui perperam putent scribendum hexagium, nempe ab ἕξ, sex, et ἄγω, pendo, ita ut significet sextulum, h. e. sextam unciae partem; aureus enim solidus, qui Veneto zecchino fere respondet, sextulum pendet.

EXAGOGĀ, ae, et Exagōgē, es, f. ἐξαγωγή, ex-

portatio: item ipsae merces, quae exportantur: ab ἐξαγωγή, exporto. Festus: Exagogen, evectio. Pl. Rud. 3, 2, 15. Si speras, hoc anno multum futurum laserpitium eamque eventuram exagogam Capuam salvam. Id. Truc. 4, 2, 5. Hic interim restitrix his praesidebo, iste dum sic faciat domum ad te exagogam. P Exagoga, ae, m. ἐξαγωγὴς, qui exportat. Id. ib. 2, 7, 1. Ite damni geruli, foras - gerones, bonorum exagoga. Al. leg. hamaxagogae, h. e. quasi plastro bona aliena asportantes, ab ἀμαξα, currus.

EXALBĀTUS, a, um, partic. ab *exalbo*, dealbatus. Tertull. adv. Marc. 4, 8. Nazaraei exalbati sunt super nivem.

EXALBESCO, is, ui, n. 3. albesco, ἐλευκαιομαι. Gell. 12, 1. An quia spiritu multo et calore exalbuit, non idem sanguis est in uberibus, qui in utero fuit? P Item expallesco. Cic. Acad. 4, 15. Tremere et exalbescere objecta re terribili extrinsecus. Id. Or. 1, 26. Exalbescere in principis dicendi et tota mente atque omnibus artibus contremiscere. Enn. ap. eund. ib. 3, 58. Nemo est tam firmo ingenio et tanta confidentia, quin refugiat timido sanguine atque exalbescat metu.

EXALBĪDUS, a, um, adj. albidus. Plin. 23, 1, 22. Vina admodum exalbida. Id. 24, 19, 112. Folia urticae in medio exalbida. Id. 12, 17, 39. Arbor exalbidis ramis.

EXALBO, as, a. 1. dealbo. Tertull. adv. Marc. 4, 10. Si fuerint delicta vestra tanquam roseum, velut nivem exalbo.

EXALBURNĀTUS, a, um, partic. ab inusit. *exalburno*, albino spoliatus, ut Exalburnatum robur. Plin. 16, 40, 76. n. 3.

[EXĀLE, es, f. ἐξάλη, mari exempta: ab ἐξ, et ἄλς, mare. Est cogn. R. Inscr. ap. Don. 368, 10. Memmia Exale. F.]

EXALTATIO, onis, f. Tertull. Cult. fem. 3. Exaltatio non congruit professoribus humilitatis.

EXALTĀTUS, a, um, partic. ab *exalto*, elatus, sublatus. Translate. Donat. in Vita Virg. med. Quo cognito aliquandiu Bathyllus Romae fabula fuit, Maro vero exaltator.

EXALTO, as, avi, atum, a. 1. μετεωρίζω, in altum elevo, erigo. Sen. Q. N. 3. prooem. Deus alia exaltat, alia submittit. Inscr. ap. Fabr. p. 748. n. 555. Imp. M. Aurelius Antonius et L. Aurelius Verus terminos vetustate collapsos exaltaverunt et restituerunt. P Exaltare fossam, sulcum, est profundius cavare. Colum. 3, 13. Fodiuntque (sulcos) et exaltant in tres pedes. Id. 4, 4. Dum exaltare fortius orbem ablaqueationis fossor studet, obliquam vitem plerumque sauciat.

EXALUMĪNĀTUS, a, um, partic. ab inusit. *exaluminio*, ad colorem aluminis accedens. Plin. 9, 35, 56. de unionibus: Summa laus coloris est exaluminatos vocari.

EXAMBĪO, is, ivi, itum, a. 4. per ambitum quaerere, tentare. Arnob. 3. p. 114. Nunquid rex poli libamine aliquo exambitur aut hostia? (Adde 7. p. 222.) Symmach. ep. 7, 49. Suffragium tui favoris exambio. Mamertin. Gratiar. act. ad Julian. 19. Nec viros quidem, sed mulierculas exambibant.

EXAMBĪTUS, a, um, partic. ab *exambio*, ambiendo quaesitus. Ammian. 26, 7. Araxius exambita regia praetorio praefectus accessit. [\*Observa omnino Ammian. aliosque ejus aetatis scriptores libenter his compositionibus usos esse. Vid. Wagner. ad 25, 7, 8. Brisson. de verb. signif. s. v. Ex.]

[EXAMBŪLO, as, n. 1. foras ambulo. Not. Tir. p. 146. Ambulat, exambulat. F.]

EXĀMEN, inis, n. proprie est apum soboles, quam parentes ex suis alvearibus ad novas sedes quaerendas exire cogunt: item quaecumque apum congregatio: est autem quasi *exagmen*, extrita nempe ob euphonia littera g, ab ἐξαγωγή, exigo: ita etiam Graecis ἐγμὸς, dicitur ab ἐγμῆ, mitto. V. AGMEN. Cic. Off. 1, 44. Apum examina fingunt favos. Id. Sen. 15. extr. Nec segetibus solum res rusticae lactae sunt, sed hortis etiam et apum examiniibus. [\*Col. R. R. 9, 8, 14. Examina silvestria.] P Translate dicitur de quacumque multitudine. [\*Cic. Harusp. 12. Si examen apum in scenam venisset, haruspices accendos putarem; videmus examina tanta servorum, et non commovemur? Hor. Od. 1, 35, 30. Et juvenum recens examen. [\*Just. 25, 2. Gallorum tantae fecunditatis juvenus fuit, ut Asiam omnem velut examine aliquo impleverit.] Id. Ep. 2, 65. vernerum. Lucr. 5, 1363. examina pullorum. Plin. Pan. 26. infantium. Stat. Sil. 5, 3, 284. vatum. Plin. 31, 1, 1. piscium. Et 8, 10, 10. muscarum. Liv. 42, 10. locustarum. [\*Vid. Drak. ad Liv. 38, 46, 6.] Arnob. 2. p. 46. malorum. Et 1. initio moerorum. [\*Inprimis hoc dicendi genere delectati sunt senioris aetatis scriptores, etiam ubi minus id aptum, velut Ammian. Marc. 21, 5. Examina aetatum. 30, 4. Dilatonum examina. Vid. Wagn. ad illum locum p. 401., et prae aliis Hieron. in Epist., ut 2, 8. Cuncto orientis examina. 2, 14. Examina monachorum. 3, 8. Examina pauperum ac debiliū. 3, 5. Examina coturnicū. 3, 13. Examina psalmodiorum.] P Item est ligu-

la staterae vel librae, quae per mediam aginam vertitur et, cum in neutram partem inclinatur, aequilibrium indicat: ea Graecis ξίφων dicitur, Latinis vero *examen* ab *exigo*, quia illius ope in statera quidem alicujus rei pondus cum aequipondio, in libra autem duarum rerum pondera inter se comparantur et exiguntur. Ea tamen deest in statera et libra, quae Pompejis repertae, et in Mus. Borbon. T. 1. tav. 55. vulgatae sunt, tum etiam in aliis antiquis monumentis, de quibus consule Winckelmann. Monum. ined. T. 2. p. 174. tav. 133. Virg. A. 12, 725. Juppiter ipse duas aequato examine lances sustinet. P Hinc translate ponitur pro exacto judicio et pensulata alicujus rei investigatione. Pers. 1, 6. examine improbum in illa Castiges trutina. Ubi Vet. Schol. examen est ligula vel lignum, quod mediam hastam ad pondera adaequanda tenet: trutina vero est foramen, intra quod est ligula, de qua examinatio est. Stat. Silv. 3, 3, 203. viam morum longaeque examina vitae Poscam. Ov. Met. 9, 550. Jura senes norint et quid liceatque nefasque Fasque sit, inquirant legumque examina servent. Solin. initio epist. ad Advent. Dare alicui examen opusculi, h. e. deferre censuram et judicium. Fest. Examen est iudicii investigatio. [\*Plura debentur h. l. F.]

EXĀMINĀTE, adv. cum examine et judicio. Ammian. 25, 7. Dum deliberatur examinatus, quid fieri deberet. Tertull. Praescr. 33. Examine credere. Adde ib. 20.

EXĀMINĀTIO, onis, f. actus examinandi et pensitandi. Vitruv. 10, 8. de vecte: Non poterit onus elevare, nisi examinatio vectis longius per caput, neque juxta onus fuerit facta. Et de statera paulo post. Scapi libratio et examinatio longius a centro recedens. P Translate est investigatio, censura, iudicium. Ulp. Dig. 3, 5, 7. Si post examinationem reprobatae fuerint compensationes. Id. ib. 47, 14, 1. Qui pecora abegit, ad examinationem civilem remittendus est.

EXĀMINĀTOR, oris, m. qui ponderat. Cass. Variar. 6, 18. f. Panis pondera aequus examinatio intende. P Translate qui inquirat et iudicat, Tertull. Apol. 9. et August. contra Crescon. grammat. 3, 73.

EXĀMINĀTORIUS, a, um, adj. ad examinandum pertinens. Tertull. adv. Gnost. 7. Martyria examinatio fidei.

EXĀMINĀTUS, a, um, partic. ab *examino*, ponderatus. Cic. Tusc. 1, 19. Tanquam paribus examinatus ponderibus, nullam in partem movetur. Caes. B. G. 5, 12. Utuntur taleis ferreis ad certum pondus examinatis pro nummo. P Translate est inquisitus, consideratus. Papin. Dig. 30, 58. Aedificiorum aetatibus examinatis. Ulp. ib. 33, 7, 12. sub f. Ceteris patris facultatibus examinatis. August. Confess. 7, 6. Examinatissima diligentia. P [\*Confunduntur *Examinatus* et *Examinatus*. Vid. Drak. ad Liv. 37, 3, 2.]

EXĀMINO, as, avi, atum, n. 1. (ab apum examine) dicitur de apibus, cum vernant et per novos fetus crescent atque in colonias abeunt. Colum. 9, 14. Ab exortu Vergiliarum ad solstitium fere examinant alvi: quo tempore custodiri debent, ne novae soboles diffugiant. [\*die Bienenstöcke schwärmen.] P Ab examine librae, est expendere et alicujus rei pondus inquirere, active cum accus. σιαθμίματα. Cic. Or. 2, 38. Non aurificis statera, sed quadam populari trutina examinantur. P *Examinare* dicitur statera vel libra, cum duo pondera aequae utrinque extollendo, examen rectum habet et aequilibrium facit. Vitr. 10, 8. de vecte. Caput vectis, faciundo motus circunventionis, cogit pressio-nibus examinare paucis manibus oneris maximi pondus. P Translate est inquirere, perpendere, considerare. Hor. Sat. 2, 2, 8. male verum examinat omnis Corruptus iudex. Cic. Or. 8. Diligenter animans verborum omnium pondera. Id. Planc. 32. extr. Sed ego hoc meis ponderibus examinabo, non solum quid cuique debeam, sed etiam quid cuiusque intersit. Val. Max. 2, 2. n. 7. Tribuni plebis decreta patrum attentissima cura examinabant. Gell. 16, 18. Syllabarum longarum et brevium junctura aurium mensura examinatur. Plin. 29, 1, 8. Decuriae (judicium) pro more censuris principum examinantur. Papin. Dig. 22, 1, 32. Si interpellatus opportuno loco, non solverit: quod apud iudicem examinabitur. Modest. ib. 5, 2. In testimoniis fides, dignitas, mores, gravitas examinanda est. Quint. 1, 5. Emendate loquendi regula vitia orationis examinat.

[EXĀMO, as, a. 1. amare desino. Not. Tir. p. 60. Amat, adamat, examat. F.]

\*EXAMPEUS, i, ἐξάμπεος, fons Scythiae Europaeae, amarus aquas evomens. Mela 2, 1. med., ubi V. Voss. ἐξάμπεος est Herodoto. B. A.

EXAMPLEXOR, aris, dep. 1. amplexor, complector. Auct. ad Her. 4, 52. Et tu per Deos, inquit, hunc amplexare.

EXAMURCO, as, a. 1. ἀμαμοργίω, est sublata amurca oleum defaecatum reddere. Translate. Apul. Met. 4. p. 149. 14. de corio ursae detracto:

Soli succandam tradimus: ac dum coelestis vaporis flammis examurcatur etc.

EXAMUSSIM, adv. perfecte, ad amussim. *Pl. Amph.* 2, 2, 213. Examussim est optima. *Id. Most.* 1, 2, 18. Aedes expolitae, factae probe, examussim. *Id. Men. prol.* 50. Ut hanc rem vobis examussim disputem. *Gell.* 1, 4. Iudicium examussim factum. [\*Adde *Appul. Met.* 4, p. 150. 33.]

EXANCILLATUS, a, um, partic. ab inusit. *exancillor*, qui ancillae modo alicui servit. *Tertull. Apol.* 17. ad f. Anima falsis Diis exancillata.

EXANCLATUS. V. EXANTLATUS.

EXANGUIS. V. EXSANGUIS.

EXANIMABILITER, adv. *Naev. ap. Non.* 4, 384. Ubi vidi, exanimabiliter timidus pedibus protinam me dedi.

EXANIMABILIS, e, adj. ἀνψυγος, qui est sine anima, exanimis. *Pl. Bacch.* 4, 8, 6. Neque Bellona mihi unquam, neque Mars credant, ni illum exanimalem faxo. P Item letalis. *Id. Rud.* 1, 4, 2. Ita male vivo atque ita mihi multae in pectore sunt curae exanimales.

EXANIMATIO, onis, f. ἐκλήσις, vehemens animi, perturbatio. *Cic. Tusc.* 4, 6. Declinatio a malis, cum exanimatione humili atque fracta, nominetur metus. Et 8. Exanimatio est metus subsequens et quasi comes pavoris. *Id. Off.* 1, 36. Ne in perturbationes atque exanimationes incidamus. P Exanimationes vulvarum, apud *Plin.* 32, 3, 13. sunt, quas *Id.* 20, 5, 15. et 26, 15, 90. suffocationes appellat.

EXANIMATUS, a, um, partic. ab *exanimō*, mortuus, occisus. *Liv.* 22, 7, s. f. Ferunt, alteram, moestam sedentem, ad primum conspectum filii gaudio nimio exanimatam. *Lucr.* 6, 1254. Exanimi pueri super exanimata parentum Corpora. *Caes. B. G.* 7, 27. Scorpione transjectus et exanimatus concidit. *Suet. Caes.* 39. Prae turba elisi exanimati sunt plurimi. *Tac. A.* 3, 51. Ductus in carcerem Priscus ac statim exanimatus. [\**Appul. Met.* 9, p. 234. Peremptus ac prorsus exanimatus ille juvenis terrae concidit, ubi ad gradationem attende.] P Item spiritu intercepto confectus, delasatus. *Caes. B. G.* 3, 19. Huc magno cursu contenderunt exanimatiq; pervenerunt. Et *ib.* 2, 23. Milites cursu et lassitudine exanimati. *Cic. Tusc.* 1, 23. Qui doloris speciem ferre non possunt, abijciunt se atque ita afflicti et exanimati jacent. *Hirt. B. G.* 8, 38. extr. Ut verberibus exanimatum corpus securi feriretur. P Item consternatus, exterritus. *Cic. Cat.* 4, 2. Neque meam mentem non domum saepe revocat exanimata uxor, abjecta metu filia. *Id. Ferr.* 2, 2, 77. Itaque illum in jure, metu conscientiaque peccati mutum atque exanimatum ac vix vivum relinquo. *Ter. Ph.* 3, 3, 31. et *Curt.* 7, 3. Exanimatus metu. Et 10, 3. Exanimati pavore, attonitis similes. *Stat. Th.* 4, 759. tu refugas vires et pectora bello Exanimata reple. *Cic. Or.* 1, 26. Adolescentulus sic initio accusationis exanimatus sum, ut etc. *Pl. Cas.* 3, 5, 8. Timidus atque exanimatus. P Item qui est corpore praesens, animo absens. *Id. ib.* 3, 3, 9. Rogitare oportet, adsitne animus ei, necne adsit: si neget adesse, exanimatum amittat domum. P Transferatur ad alia. *Cic. Or.* 3, 11. Nolo verba exiliter exanimata exire, nolo inflata et quasi anhelata gravius. P Quod discrimen tradit *Donat.* ad illud *Ter. Andr.* 1, 4, 7. Sed quidnam Pamphilum exanimatum video? ut *exanimatus* perturbatum, *exanimus* mortuum significet, jam satis patet aut nullum esse aut saltem a scriptoribus non servari. [\*Hoc quidem discrimen quod statuit *Donat.* ut prorsus falsum est, ita tamen alibi multum interest, utrum dicas *exanimus* an *exanimatus*. Quod intelligas ex illo *Lucret.* loco, ubi si quis ponere vellet: Exanimati pueri super exanimata parentum corpora, is ineptus esset. Cfr. *Liv.* 25, 26, 10. ubi *exanimata corpora* haud minus aptum foret. P Confunduntur *Exanimatus* et *Exanimatus*. *Drak.* ad *Liv.* 37, 3, 2.]

EXANIMIS, e, adj. ἀνψυγος, exanimatus, mortuus. *Liv.* 25, 16, s. f. Exanimem eum Mago ad Annibalem misit. [\**Id.* 25, 34, 11. Ut exanimem labentem ex equo Scipionem vidit.] *Virg. A.* 5, 481. Sternitur, exanimisque tremens procumbit humi bos. *Quint.* 4, 2. Exanime corpus. *Ov. Met.* 2, 336. Exanimis artus. *Id. Ib.* 144. Umbra exanimis. *Stat. Th.* 12, 739. Exanimis et projecta praeda. Et 418. gelidae exanimisque favillae, i. e. extinctae. Et *ib.* 7, 86. Ut si quando ruit debellatasque reliquit Euris aquas, pax ipsa tumet pontumque jacentem Exanimis jam volvit hiems, h. e. tempestas cessante vento (qui anima dicitur) adhuc volvit mare. P Translate est exterritus, perturbatus, quasique, prae timore aut dolore, anima privatus. *Virg. A.* 4, 672. Audit exanimis trepidoque exterrita cursu. *Hor. Sat.* 1, 1, 76. Exanimis metu. Et *ib.* 2, 6, 113. Pavidus magisque exanimis trepidare. P Item pallidus, exsanguis: quae sunt metus indicia. *Lucan.* 6, 657. ipsumque trementem Conspicit, exanimi defixum lumina vultu. *Ov. Amor.* 1, 7, 53. Exanimis artus et membra tremantia vidi. *Id. A. Am.* 1, 540. Nullus in

exanimi corpore sanguis erat. P [\*Saepissime confunduntur *Exanimis* et *Exanimus*. Utrumque probis scriptoribus in usu fuit, ut res unice pendeat ex Codd. auctoritate. Vid. *Cort. ad Sall. Cat.* 1, 3. *Drak.* ad *Sil.* It. 5, 584. ad *Liv.* 7, 21, 5.]

EXANIMO, as, avi, atum, a. 1. *γορευω*, anima privo, occido. *Cic. Fin.* 2, 30. Cum ipse gravi vulnere exanimari se videret. *Caes. B. G.* 6, 15. Circumventi flamma exanimantur homines. Et 30. extr. Cum laborem belli ferre non posset, taxo se exanimavit. *Curt.* 7, 3. Multos exanimavit rigor insolitus nivis. *Nep. Epam.* 9. extr. Tum ferro extracto, confestim exanimatus est. P Item animam, h. e. respirationem adimo, lassitudine conficio. *Caes. B. C.* 3, 92. Simul fore, ut duplicato cursu, Caesaris milites exanimarentur et lassitudine conficerentur. P Translate est perturbare, exterrere, dolore aut metu percellere, *ἐκλήσσω*. *Ter. Andr.* 1, 5, 16. Oratio haec me miseram exanimavit metu. *Cic. Att.* 10, 9. Adventus Philotimi exanimavit omnes, qui mecum erant: nam ipse obdurui. Et *ib.* 11, 6, a med. Tulliae meae morbus et imbecillitas corporis me exanimat. *Id. Parad.* 2, s. f. Te metus exanimat iudiciorum atque legum. *Id. Mil.* 34. Me quidem exanimant et intertunt hae voces Milonis. *Coel. ad Cic. Fam.* 8, 16. Exanimatus sum tuis litteris. *Hor. Od.* 2, 17, 1. Cur me querelis exanimas tuis? *Id. Ep.* 2, 1, 177. Quem tulit ad scenam ventoso gloria curru, Exanimat lentus spectator, sedulus inflat. [\*Vid. *Heind.* ad *Hor. Sat.* 1, 4, 127.] P Pro exspirare, diffillari, dispergi. *Plin.* 23, 2, 31. de vini faece usta: Celerrime exanimatur, loco non incluso condita, h. e. exspirat, *διαπνέεται*. P Exanimare folles apud *Sever. Actn.* 560. est comprimere, ut animam seu ventum emittant efflentque. P [\*Sensu neutro ap. *Jul. Valer. res gest. Alex. M.* (ed. A. Maio) 3, 33. extr. Adhuc tamen saucius odontotyranus, cum indidem fugiens aquae fluentia irrupisset ibique exanimavisset etc. Ita cod. nisi forte scribendum *exanimatus* esset. B. A.]

EXANIMUS, a, um, adj. ἀνψυγος, mortuus, idem est quod *exanimis*: nisi quod translate aut rarius aut fortasse nunquam adhibetur. *Virg. A.* 11, 110. Pacem me exanimis et Martis sorte premissis Oratis? *Tac. A.* 1, 32. Tum convulsos lanatosque et partim exanimos, ante vallum projiciunt. *Id. ib.* 16, 13. Domus corporibus exanimis, itinera funeribus complebantur. *Colum.* 12, 45. Mel exanimum corpus hominis per annos plurimos innoxium conservat. Adde *Sen. Hipp.* 585. et *Plin.* 10, 3, 3. P [\*Confunditur cum *Exanimis*, quod vide.]

EXANIO. V. EXSANO.

EXANTE. V. ANTE.

EXANTHEMATATA, um, n. *ἐξανθήματα*, sunt varii generis pustulae in cute nascentes, ut quae ex urticae tactu, ex morbillis, ex sole, ex natatu, ex frigore, ex varis, lividae, pallidae, nigrae, rubentes, in pueris praesertim erumpunt ac veluti efflorescunt: ab *ἐξανθίζω*, effloresco. Graece habet *Cels.* 5, 28, n. 15. Latine autem *Marc. Empir.* 19. et *Aenil. Macer Herb. c.* de camomilla.

EXANTLATUS et EXANCLATUS, a, um, part. ab *exantlo*, exhaustus. *Pl. fragm. ap. Non.* 4, 155. Saepae exantlatum merum scitissime. *Plauti* locus videtur esse *Stich.* 1, 3, 116. ubi habetur: Saepae exantlativ submerum scitissime. *Nonius* tamen affert tanquam ex fragment. *Poenuli*. P Translate *Cic. Tusc.* 2, 8. vertens carmina *Sophoclis*. Quae corpore exantlato, atque animo pertuli, h. e. exhausto. P Item toleratus. *Id. Acad.* 4, 34. Herculis quendam laborem exantlatum a Carneade. Adde *Appul. Met.* 6, 7. et 11. V. v. seq.

EXANTLO et EXANCLO, as, a. 1. exhaurire, ut *Fest.* et *Non.* 4, 155 interpretantur: a Graeco ἀνθίζω, quod idem significat. Qui malunt *Exanclō*, deducunt ab obsoleto *anclō*, et per syncop. *anclō*, ministro: unde *anclula*, et *ancilla*, et *furcula*, *furcilla*. In MSS. et edit. libb. varie scribitur, modo per c, modo per t. Sed si usus spectatur, exhauriendi significatio ei magis convenit, et per t retius scribitur. [\*De origine et scriptura hujus verbi vide *Salm.* ad *Vopisc.* c. ult. T. II. p. 774. *Lambin.* ad *Cic. Acad.* 4, 38. *Mur. Var. Lect.* 13, 17. *Davis.* ad *Tusc.* 1, 49. *Burm.* ad *Quint. Inst.* 1, 6. *Oudend.* ad *Appul. Met.* 1, p. 55.] *Pl. Stich.* 1, 3, 115. Vinum poculo pauxillulo saepe exantlavit. *Enn.* ap. *Non. l. c.* Nisi patrem materno sanguine exanclando ulciscerem. *Pacuv. ib.* Non potest, Menalippe, hic sine tua opera exantlari clavus. Est autem locutio allegorica, et proverbialis, h. e. non potest hoc negotium perfici. P Translate est tolerare, perpeti, perferre. *Cic.* vertens *Homeri* versus *Di.* 2, 30. Tot nos ad Trojam belli exanclabimus annos, h. e. transigemus, hauriemus laborem (ut *Hor.* loquitur *Sat.* 1, 2, 78.) belli decem annos. *Homer.* hoc loco (*Iliad.* l. 2. v. 328.) habet *πολεμίζομεν*. *Id. Tusc.* 1, 49. Cum exanclavisset omnes labores, tum incideret in mortis malum sempiternum. *Accius* ap. *Non. l. c.* Pertolerarem vitam, cladesque exanclarem impatibiles. *Id. ib.* Fere exantlavimus tyranni saevum ingenium, atque execrabile. *Enn. ib.* Cum ae-

rumnis illum exantlavi diem. Adde *Appul. Met.* 1. et 8. in. P Sunt qui putent, nullam esse metaphoram, cum pro perpeti ponitur, quod in ea significatione sit ab ἀνθίζω, et ἀνθίζω, perfero: ne si placeat quidem *exanclō* scribi, quia quemadmodum a *πλήρω* fit *plecto*, inquit *Budaeus*, t in e mutata, ita ab ἀνθίζω, anclō fieri posse: sed ve-reor, ut verum sit, *plecto* esse immediate a *πλήρω*, ac non potius a *πλήρης*, percussor, quod est a 3. pers. praeter. pass. *πέλεκται*. P Hoc verbum inter ea reponit *Quint.* 1, 6. extr. quae ab *ultimis*, et jam obliteratis sunt *repetita temporibus*, quamquam *Cic.* bis in prosa oratione usurpaverit, ut hic supra, et in v. praec. retulimus. Nam *Appul.* antiquitatis affectatorem nihil moror.

EXAPERIO, is, a. 4. prorsus aperio. *August. Confess.* 10. Quis exaperit istam tortuosissimam et implicatissimam nodositatem?

EXAPTO, as, a. 1. idem quod *apto*, *ἐξάπνω*. *Appul. Met.* 11. p. 271, 19. Visus est quiete proxima, dum magno Deo coronas exaptat, etc. h. e. apte imponit, vel apte necit Dei capiti imponendas.

EXAPTUS, a, um, partic. ab inusit. *exapo*, V. APO, aptus, junctus, connexus, *ἐξημμένος*, *συνημμένος*. *Lucr.* 4, 827. Brachia tum porro validis exapta lacertis Esse, manusque datas utraque a parte ministras, ut facere ad vitam possimus quae foret usus. *Lucil.* ap. *Non.* 4, 3. Pellicula extrema exaptum pendere onus ingens. *Plin.* 36, 13, 19. n. 4. Ex quo pendeant exapta catenis tintinnabula. [\*Ubi alii habent *excepta catenis*.]

EXAQUESCO, is, n. in aquam solvor, aqua fio. *Censorin. de die nat.* 18. a med. Nam his alternis temporibus (*aestatis*, et *hiemis*) mundus tum exigescere, tum exaquescere videtur.

EXARATIO, onis, f. actus exarandi, seu arando eruendi. *Capell.* 9. p. 204. Etruria Tagetis exaratione celebrata, h. e. qua in agro Tarquiniensi, inter arandum Tages ille existit, de quo *Cic. Div.* 2, 23. P Translate est scriptio, poema. *Sidon. Carm.* 9, 335. Isti qui valet exarationi Districtum bonus applicare theta.

EXARATUS, a, um, part. ab *exaro*, arando erutus. *Cic. Leg.* 2, 23. Cum multa in eo loco sepulcra fuissent, exarata sunt. *Id. Div.* 2, 23. et 38. Estne quisquam ita desipiens, qui credat, exaratum esse Deum? *Paul. Dig.* 10, 1, 4. Termini dejecti, vel exarati. *Plin.* 18, 6, 8. n. 3. Exaratae radices. P Translate est scriptus. *Suet. Ner.* 52. Versus non excepti, sed plane quasi a cogitante, atque generante exarati.

EX ARCHIATRIS, dicitur is, qui archiatri dignitate functus est. *Imp. Constant. Cod.* 10, 52, 6.

EXARCHUS, i, m. *ἑξαρχος*, qui supra ceteros eminet: ab *ἕξ*, ex, et *ἀρχος*, princeps. P [\*Praepositus, praefectus. *Justin. Novell.* 133, 4. Exarchus monasteriorum.] P Ita Graeca appellatione vocatus est in militia R. sequiori tempore, qui prius Latina praefectus dicebatur: etenim in *Inscr.* ap. *Grut.* 114, 1. P. Aulus P. F. Pal. Posthumus Acilianus, qui Antonino Pio Aug. imperante vixit, appellatur *Praef. Coh. 1. Dalmatarum* 1, cum inscriptiones mox afferenda, quae ad M. Aurelii Valerii Maximiani Aug. tempora pertinere videntur, *exarchus numeri Dalmatarum* praeseferant. *Inscr.* ap. *Grut.* 528, 7. Aurelio Januario signifero ex Numero Dalmatarum Fortensium, et Aurelio Valentiano exarcho posuit Aurelius Justus pater. [Alia ap. *Mur.* 789, 7. Aurelius Pistus exarchus fratri carissimo posuit. Et 791, 8. D. M. Aurelii Maximi exarchi Numeri Dalmatarum Divitensium etc. P *Exarchi* item appellati sunt, qui ab an. a Chr. n. 528. ad an. 752. Ravennae plerumque commorantes, Graecorum imperatorum jussu, provincias Italiae militari et civili imperio administrarunt. Horum mentio est in Graeca *Inscr.* ap. *Mur.* 1881, 4. *Ὀντι Ἰσακίος, ὄντι ἑξαρχος μέγας ἰσχυρὸς ἐπέχθη τῶν ἱταλῶν στρατευμάτων, ἔκλεισε πικρῶς etc.*, h. e. Quemque Isaacius, qui exarchus magnus fuit inclavit Italicorum exercitum, flevit amare. Alia vero Latina *Inscr.* Romae effossa an. 1813, et edita a *Guattiano Mem. Enciclop. per l'anno* 1817. p. 40. Optimo clementissimo piissimoque principi Domino N. *Focae imperatori* perpetuo, a Domino coronato, triumphatori, semper Augusto Smaragdus expraepositus sacri palatii, ac patricius, et exarchus Italiae devotus ejus clementiae, etc. Haec pertinet ad an. a Chr. n. 608. P Ex his patet, perperam omnino a quibusdam *Hexarcha*, vel *Exarcha* scriptitatum. F.]

EXARDESCO, is, arsi, arsum, n. 3. *ἐκπυρόμαι*, accendor, inflammor, conflagro. *Cic. Or.* 2, 45. extr. Nulla materies tam facilis ad exardescendum est, quae, nisi admoto igni, ignem concipere possit. *Plin.* 35, 15, 50. Sulphur exardescens. *Martial.* 3, 67. Exarsit dies, h. e. inflammatus est, sole in meridie verso. P Dicitur et de colore flammeo. *Plin.* 37, 7, 25. Fulgorem carbunculi debere caudidum esse positi, si attollatur, exardescentem. P Translate. *Cic. Har. resp.* 21. extr. Excepi flammam illorum temporum, et pro patria solus exarsi. [\*Dubitatur an satis latine construatur *exardescere pro aliqua re*. Cf. *Wolf.*

ad h. l. p. 370.] *Id. Ligar.* 1. Bellum subito exarsit. [\**Adde Nep. Ham. 2.*] *Id. Amic.* 21. Nisi quaedam admodum intolerabilis injuria exarsit, h. e. velut ignis exorta sit. *Tac. H.* 2, 27. Seditio exarsit. Et 38. Prima inter patres plebemque exarsere certamina. *Cic. Rabir. Post.* 6. Quamquam tum propter multorum delicta, etiam ad innocentium periculum tempus illud exarsit. *Id. Sull.* 27. Repente tanta ista importunitas inauditi sceleris exarsit. P Saepe transfertur ad animi affectus, amorem, iram, cupiditatem, dolorem. *Id. Amic.* 9. Admirabilis quaedam exarsit benevolentiae magnitudo. *Id. Verr.* 2, 2, 20. Exarsit iracundia et stomacho. *Virg. A.* 7, 445. Talibus Aleo dictis exarsit in iras. Et *ib.* 11, 376. exarsit violentia Turni. *Liv.* 40, 35. *med.* Milites, si quis impense retineret in provincia, in perniciosam seditionem exarsuri. *Cic. Phil.* 10, 9. *extr.* Tota Italia desiderio libertatis exarsit. Et *11. Phil.* 2. Ipsi vestra sponte exarsistis ad libertatis recuperandae cupiditatem. *Plin. prooem.* 37. Admiratio gemmarum in tantum exarsit. [\**Pertinet hic locus ad §. 6.*] Et *33, 3, 14.* Paulatim exarsit rabie quadam, non jam avaritia, sed fames auri. *Virg. A.* 8, 219. Hic vero Alcidae furis exarsit atro felle dolor. *Caes. B. G.* 5, 4. *extr.* Qui ante inimico in nos animo fuisset, multo gravius hoc dolore exarsit. *Liv.* 10, 23. Brevis altercatio in contentione animorum exarsit. *Id.* 35, 10. Ambitio magis, quam unquam alias, exarsit. *Tac. A.* 6, 25. Tiberius foedissimis criminationibus exarsit. Et 1. Indomitis libidinibus exarsit, h. e. impotenter accensus fuerat. P Absolute. *Cic. Verr.* 2, 1, 25. Homo sic exarsit ad id, quod nunquam viderat. [\**Cic. Phil.* 11, 2. Exardescere ad cupiditatem libertatis. *ib.* 4, 6. ad spem.] *Id. Or.* 3, 1. Non tulit ille, et graviter exarsit. *Id. Tusc.* 5, 29. Carneadis ingenium contra Stoicos exarsit. *Id. Or.* 29. In omni genere amplificationis exarsimus. *Tac. A.* 1, 41. Exarsere animis, unoque impetu, etc. [\**Utroque modo dici potest, exardescit animus alicujus et exardescit aliquis animo.*] *V. Drak. ad Liv.* 3, 30, 2. Val. Fl. 2, 248. Totaque jam sparsis exarsit insula monstris, h. e. caedibus et strage arserat. P Transfertur et ad alia. *Suet. Tib.* 34. Corinthiorum vasorum pretia in immensum exarsisse. Eadem ratione et incendio adhibetur. V. INCENDO. [\**Et simili modo dicitur exardescere annorum, quod cf.*] *Lucan.* 7, 139. cotibus asper Exarsit mucro. V. ARDESCO.

EXAREFIO, is, n. ἀροήριος, aridus fio, exaresco. *Plin.* 26, 10, 66. Fucus marinus omnibus articularum morbis impositus, antequam exarefiat.

EXARENO, as, a. l. ab arena purgo. *Plin.* 31, 3, 20. Aes postea exarenatur, an satis recoctum sit, splendore deprehendente.

EXARESCO, is, arui, n. ἀροήριος, aridus fio, siccor. *Varr. R. R.* 1, 32. Frumentum dicunt quidecim diebus exarescere, cum sit maturum. *Colum.* 3, 12. Raram terram sole ac vento penitus siccati atque exarescere. *Suet. Galb.* 1. Silva omnis exaruit radicitus. *Cic. Pis.* 33. Si montes resedissent, annes exaruisset. *Pl. Rud.* 2, 7, 20. Vestimenta madida exarescunt. P Translate. *Auct. ad Her.* 4, 34. Aliquando reipublicae rationes, quae malitia nocentium exaruerant, virtute optimatum revivuerunt. *Cic. Brut.* 4. Sic omnis fetus repressus exustusque flos siti veteris ubertatis exaruit. *Id. Att.* 10, 16. Miror, eas lacrimas tam diuturna miseria non exaruisse. *Id. Brut.* 21. Hujus orationes exilliores sunt et redolentes antiquitatem: itaque exaruerunt, vix jam ut appareant. *Id. Fam.* 8, 18. Illa ipsa facultas orationis, nisi me ad has exercitationes retulisset, exaruisset. *Id. Tusc.* 3, 31. Illa opinio tum non appellabatur recens, cum vetustate exaruit. *Pl. Mil.* 3, 1, 45. Amoris aliquantum habeo, humorisque meo etiam in corpore, Neque dum exarui ex amoenis rebus et voluptariis.

EXARIDUS, a, um, adj. omnino aridus. Translate. *Tertull. Resurr. carn.* 30. Statum enim Judaeorum deformari quodam modo emortuum et exaridum etc.

EXARMATUS, a, um, partic. ab *exarmo*, ἀρμωμένος, armis spoliatus. *Stat. Th.* 3, 303. palentes agar exarmatos ad umbras. Sic exarmata veneno serpens. *Calpurn. Ecl.* 5, 94. Exarmata navis. *Sen. Cons. ad Helv.* 17. [\**Col. R. R.* 7, 3, 5. Mutilus aries, cum se tanquam exarmatum intelligat, mitior est.] Exarmati leones, h. e. sine unguibus et dentibus. *Lamprid. Elagab.* 21. P Translate. [\**Vell. Pat.* 2, 17. Romani victi afflictisque ipsi exarmati, quam integris universis civitatem dare maluerunt, i. e. ipsi infirmi et debiles facti. Sic recte *Wopkens. Misc. Obs.* VIII. p. 33. et *Duk. ad Flor.* 1, 22, 3, quorum interpretationem probat *Ruhnck. Secus Burn.*, quem sequitur *Gesner.*, sumit pro exorati, placati. Cfr. *Liv.* 4, 10. Dearmatum exercitus.] *Claud. epigr.* 35. de portu Smyrnenensi: Hic exarmatum terris cingentibus aequor Clauditur et placidam discit servare quietem.

EXARMO, as, avi, atum, a. l. ἀρμωτικός, arma detraho, armis spolio. *Lucan.* 5, 355. Exarmare

dextras. *Tac. H.* 2, 76. cohortes. *Lucan.* 8, 387. nam Medos proelia prima Exarmant vacuaeque jurent remeare pharetrae. *Paul. Dig.* 14, 2, 2. Si conservatis mercibus deterior facta sit navis aut aliquid exarmaverit, h. e. aliquid ex armamentis amiserit. Hac ratione loqui videtur etiam *Sen. ep.* 30. P Translate. [\**Flor.* 1, 23. Inferentem signa filium mater Veturia lacrimis suis exarmavit.] *Petr. Sat.* 105. Giton mirabili forma exarmaverat nautas, h. e. flagella et iram deponere coegerat. *Sil.* 1, 411. serpentem diro exarmare veneno Doctus. *Val. Fl.* 7, 596. alium dehinc turbida Colchis Exarmat taurum, h. e. incantationibus debilitat. *Manil.* 4, 235. Exarmare tigres rabientem auferte leoni. Alii minus recte *exorare* legunt. *Plin. ep.* 3, 9. *med.* Exarmare accusationem, h. e. infirmare, testibus subtractis.

EXARO, as, avi, atum, a. l. ἔξαρος, arando eruo. *Cato R. R.* 61. et *Plin.* 17, 18, 30. Tenuissimas radices exarare. [\**Cic. Leg.* 2, 23. Sepulcra exarata sunt.] *Paul. Sentent.* 5, 22. Qui terminos effodiunt vel exarant. P Ponitur et pro simplici aro vel probe aro. *Varr. R. R.* 1, 10. et *Plin.* 18, 3, 3. Jugum vocabatur, quod uno jugo boum in die exarari posset. [\**Col.* 2, 18, 3. Exarare de integro locum frumenti causa.] *Paul. Dig.* 43, 10, 4. Qui viam publicam exaraverit, ad munitionem ejus solus compellitur. P *Exarare frumentum* est arando agros, colendoque serere, et colere. *Cic. Verr.* 2, 5, 38. Aratorum liberi, quorum patres tantum labore suo frumenti exarabant, ut populo R. suppeditare possent. *Adde Verr.* 2, 3, 18. Sic *Pall.* 3, 20. Exarare vites. [\**Pall.* 2, 25, 14. Exarari et effodi non desiderant mala, i. e. terram in qua stant aratro vel bipalio moveri.] P Translate. *Hor. Ep.* 8, 3. rugis vetus Frontem ductus exarat. P Saepe est scribere, facere: ducta metaph. a stilo, quo tabellae ceratae, sulcis veluti ductis, perscribuntur. [\**Sed observa exarare* apud pedestres scriptores de subita et extemporali scriptione poni, non de meditata. *Suet. locum Ner.* 52. nemo opponat.] *Cic. Att.* 12, 1. Undecimo die postquam a te discesseram, hoc litterularum exaravi. Et *ib.* 16, 6. *extr.* Itaque statim novum prooemium exaravi. Et *ib.* 13, 38. Ante lucem cum scriberem contra Epicureos, de eodem oleo et opera exaravi nescio quid ad te. *Ob. Pont.* 3, 2, 90. Ad fratrem scriptas exarat illa notas. *Plin. ep.* 7, 4. Id ipsum, quod me ad scribendum sollicitaverat, his versibus exaravi. *Phaedr. prol.* 3. Librum exarabo tertium Aesopi stilo.

[EXARSUS, a, um, part. ab *exarresco*, seu potius ab inusit. *exardeo*. *Imp. Phil. Cod.* 9, 1, 11. Data opera partis adversae res vestras incendio exarsas esse asseverantis, crimen legis Corneliae de sicariis exsequi potestis. F.]

[EXARTICULATUS, a, um, adj. parum articulatus, inarticulatus. *Tertull. ad Nat.* 1, 8. Si ergo Philomela vixit, potuit effluisse aliquid obtusum et exarticulatum sonum tinnitumque. F.]

EXARTUATUS, a, um, part. ab inusit. *exartuo*, dissectus. Quidam afferunt locum *Cic. Att.* 7, 2, ubi valde incerta est lectio. [\**Eandem vocem restituendam censet Heinecc. Novell. Jul.* 134. 13. Cf. *deartuare*, quod est Plautinum.]

[EXASCIATOR, oris, m. qui ascia dolat. *Inscr. in Giorn. Pisan.* T. 16, p. 192. Exasciatori in cupa una nummos X. Hic significatur, qui ascia crustam et cupis eradit, quam Itali dicunt *il tartaro*. F.]

EXASCIATUS, a, um, part. ab inusit. *exascio*, ascia dolatus. Translate. *Pl. Asin.* 2, 2, 93. Jam hoc opus exasciatum est. Al. leg. *exasciandum* est.

EXASPERATIO, onis, f. actus exasperandi. *Scrib. Comp.* 222. Lipara ad intertrigines, et exasperationem mirifica. *Adde Tertull.* 2. *adv. Marc.* 16. *med.* P [\**Veg. Art. Vet.* 5, 61, 1. Exasperatio faucium gravissimum commovet tussim.]

\*EXASPERATRIX, icis, f. exacerbatrix. *Vulg. Interpr. Ezech.* 2, 8. B. A.

EXASPERATUS, a, um, part. ab *exaspero*, asper factus. *Plin.* 22, 23, 48. Silphii radix prodest arteriis exasperatis. *Cels.* 5, 13. Laevant id, quod exasperatum est, spodium, ebenus etc. *Senec. Contr.* 1, 3. Stat moles abscissa in profundum, frequentibus exasperata saxis. *Liv.* 37, 12. *extr.* Exasperato fluctibus mari jactari coeperunt. P Est etiam idem ac levigatus. *Appul. Met.* 5, p. 167, 18. Novaculam praecutam appulsu etiam palmulae lenientis exasperatam latenter absconde. V. *Sili* locum in v. seq. P Translate incitatus, exagitatus. *Colum.* 9, 15. Neque convenit aestu medio exasperatas apes lacescari. *Liv.* 28, 25. Ad quorum primum adventum exasperati animi, mox ipsi placido sermone permulcentibus, leniti sunt. [\**Observa utroque modo dici apud Latinos, exasperatus est animus alicujus, et exarp. aliquis animo.*] *V. Drak. ad Liv.* 28, 25, 4.]

EXASPERO, as, avi, atum, a. l. ἀσπερώς, asperum, asperum reddo. *Cels.* 1, 3. de vomitu. Si vomitus fauces exasperavit. *Plin.* 31, 6, 34. Nervos excalefacit, et corpus non exasperat. Et 23, 4, 51.

Exasperare tussim. *Quint.* 11, 3. in. Faucium vitio vox exasperatur. *Op. Met.* 5, 6. fretum saeva quietum Ventorum rabies motis exasperat undis. *Claud. III. Cons. Honor.* 192. Brontes innumeris exasperat aegida signis, h. e. signis exstantibus exornat. *Sil.* 4, 19. saxoque exasperat ensem, [\**erschürft.*] Sic *Lucan.* 7, 139. cotibus asper Exarsit mucro. P Translate. *Quint.* 4, 2. *med.* Adjecit invidiam, rem verbis exasperavit, h. e. atrociorum fecit. *Liv.* 40, 20. *extr.* Exasperare criminibus animum alicujus, i. e. exacerbare. *Curt.* 8, 1. Cum animo videretur imperaturus, si finem procaciter orto sermoni Clytus imponeret; nihil eo remittente, magis exasperabatur. *Val. Max.* 6, 5. n. 3. Cum ob nimis severe gestam censuram, majorem civitatis partem exasperassent. *Eumen. Paneg. ad Constant.* 10. Ut mallet amicitiam colere Romanam, quam exasperare justitiam. [\**Appul. Met.* 4. p. 143, 38. Exasperare canes, i. e. immittere.] P Part. *Exasperaturus* apud *Cels.* 3, 5. Si qua sunt, quae exasperata eorum animos sunt. F.]

EXATIO. V. EXSATIO.

EXATURO. V. EXSATURO.

EXAUCTORATUS, a, um, part. ab *exauctoro*, quasi auctoramento privatus. *Exauctorati milites* dicebantur, qui a militia removebantur, data missione honesta, vel ignominiosa. V. EXAUCTORO. *Liv.* 35, 40. *extr.* Postero die concione advocata, de rebus abs se gestis cum disseruisset, milites exauctoratos dimisit. (Adde 41, 5.) *Tac. H.* 1, 20. Exauctorati per eos dies tribuni. P Translate. *Maer. Sat.* 1, 5. Verba, quae cum in ore priscae auctoritatis crebro fuerint, exauctorata tamen a sequenti aetate, repudiataque sunt. [\**i. e. omissa, neglecta.*]

EXAUCTORITAS, atis, f. *Imppp. Valens, Gratian.* Et *Valentin. Cod. Theod.* 8, 5, 35. Militans exauctoritatem subibit, h. e. exauctorabitur.

EXAUCTORO, as, avi, atum, a. l. ἀυκτορώς, est ab auctoramento, idest obligatione militari, et juramento solvere, et liberare: et saepe de ignominiosa missione intelligitur. [\**Haec significatio, qua ignominiae notio involvitur, apud antiquiores non videtur in usu fuisse.*] *Ulp. Dig.* 3, 2, 2. a. *med.* Sed et si ita exauctoraverit, ut insignia militaria detraheret, inter infames efficit. *Lampr. in Alex. Sever.* 12, narrat, eum imperatorem legiones tumultuantes exauctorasse. Et ap. *Plin. ep.* 6, 31. Trajanus centurionem adulterii reum exauctoravit, atque etiam relegavit. [\**nobis: cassin.*] *Adde Suet. Aug.* 24. P Dicitur etiam de illa missione, cum expletis stipendiis honeste milites dimittebantur. *Justin.* 12, 12. Qua modestia obtinuerunt, ut undecim millia militum veteranorum exauctoraret. [\**verabschieden.*] *Liv.* 8, 34. f. Sine commeatu vagi milites, immemores sacramenti, licentia sola se, ubi velint, exauctorent. *Adde 36, 40.* ut in EXAUCTORATUS retulimus. *Tac. A.* 1, 36. f. Missionem dari vicena stipendia meritis, exauctorari, qui senadena fecissent, ac retineri sub vexillo ceterorum immunes, nisi propulsandi hostis. Describit hic *Tac.* peculiare exauctorandi genus, militaris seditionis infringendae causa usurpatum.

EXAUDIBILIS, e, adj. qui exaudiri potest, dignus cujus preces exaudiantur. *August. Soliloqu.* 1, 1. *med.* Deus, qui nos exaudibiles facis.

EXAUDIO, is, ivi, itum, a. l. ἔξαυδω, idem quod audio, sentio, intelligo. [\**Proprie dicitur exaudire de eo, qui e longinquo audit. Sic accipe in locis qui nunc sequuntur.*] *V. Oudend. ad Caes. B. G.* 3, 87. *Drak. ad Liv.* 3, 56.] *Cic. Att.* 4, 8. Dic, oro te, clarius: vix enim mihi exaudisse videor. *Id. ib.* 13, 48. Heri nescio quid in strepitu videor exaudisse, cum diceres, te in Tusculanum venturum. *Id. Div.* 1, 33. Cum aliquantulum progressus esset, subito exaudivit hinnitum. *Id. Sull.* 11. Maxima voce, ut omnes exaudire possint, dico, semperque dicam. *Id. Ligar.* 3. Quantum potero voce contendam, ut hoc populus R. exaudiat. *Caes. B. G.* 5, 30. et *B. C.* 3, 94. Vincite, inquit, si ita vultis: et id clariore voce, ut magna pars militum exaudiret. *Nep. Dion.* 9. Fit strepitus, adeo ut exaudiri possit foris. *Plin.* 19, 1, 4. Surdis ictibus, et qui non exaudiantur, arborem caedi. *Id.* 9, 8, 9. Celeriter delphini exaudiant desideria. *Op. Met.* 4, 144. et *ib.* 9, 122. Exaudi. [\**Inprimis frequens hujus vocis usus est apud Liv.*] *V. Drak. ad Liv.* 3, 56, 8. P Item fando accipere, de fama. *Cic. Cat.* 4, 7. Quae exaudio, dissimulare non possum. *Exaudire preces* est non audire solum, sed etiam annuere. *Id. ib.* 13, 855., *Senec. Hipp.* 636., *Lucan.* 6, 706. et *Plin.* 28, 2, 3. Sic, Exaudire rogantem; *Op. Amor.* 2, 9, 51. Exaudire populi vota. *Senec. Contr.* 1, 3. *med.* Similiter *Plin. Pan.* 94. Capitoline Juppiter, audisti quae malo principi precabamur, exaudi quae pro dissimillimo optamus. [\**Exaudire sane ita dicitur nonnunquam, ut sit adnuere precibus utque nostrum erhören substituere possis. Sed nolim tamen quisquam credat, tum exaudire opponi simplici verbo audire. Nam hoc quoque in eundem sensum adhibetur.*] *Hor. Od.* 4, 13, 1. Audivere di mea vota. Nempe *exaudire* et *audire* nihil aliud significat

quam sonum l. vocem ad alicujus aures pervenire. Quod quum de deo dicitur, qui propitium habet in hominem animum, est ejus precibus locum dare. V. ne alios offeram, haud indisertam annotationem *Burm.* ad *Or. Am.* 2, 9, 51.] P Translate est sentire. *Lucan.* 6, 715. licet has exaudiat herbas, Ad manes ventura semel. P Item intelligere. *Cels.* *Dig.* 33, 10, 7. Non enim ex opinionibus singulorum, sed ex communi usu nomina exaudiri debere. *Id. ib.* 45, 1, 99. Etsi ambigua verba sunt, sic tamen exaudiuntur, si, etc. P [Part. *Exaudiens* ap. *Curt.* 7, 7. Haec, quassa adhuc voce, subdeficiens, vix proximis exaudientibus, dixerat. F.]

EXAUDITIO, onis, f. actus exaudiendi. *August.* *C. D.* 21, 24. Eorum efficacior est oratio, et exauditione Dei dignior.

EXAUDITUS, a, um, part. ab *exaudio*, auditus. *Cic. Att.* 1, 14, *med.* Tanti sonitus fuerunt, ut eos usque istinc exauditos putem. *Virg. G.* 1, 476. Vox quoque per lucos vulgo exaudita silentes. *Hor. Ep.* 1, 20, 14. Monitor non exauditus. *Virg. A.* 11, 157. et *Stat. Theb.* 11, 616. nulli exaudita Deorum Vota, precesque meae.

EXAUGEO, es, a. l. *ἐξάγω*, idem quod augeo, aut valde augeo. *Pl. Stich.* 2, 1, 9. et 32. Benefacta majorum tuorum exauge. P Est etiam idem ac diminuo. *Ter. Heaut.* 2, 2, 3. Concurrunt multae opiniones, quae mihi animum exaugeant. [Probabilis tamen est conjectura *F. H. Bothii* legitis: Concurrunt multa, opinionem quae mihi hanc nimium exaugeant. F.] [\**Bentleyi* haec est emendatio: Concurrunt multa, opinionem hanc quae mihi animo exaugeant. Vulgata lectio procul dubio vitiosa est.]

EXAUGURATIO, onis, f. actus exaugurandi. *Liv.* 1, 55. Nam cum omnium sacellorum exaugurationes admitterent aves etc.

[EXAUGURATUS, a, um, part. ab *exauguro*, ex sacro profanus factus. *Inscr.* ap. *Marin. Frat. Arv.* p. 166. M. Sosius Laelianus Pontius Falco loco L. Annii Ravi exaugurati. F.]

EXAUGURO, as, a. l. ex sacro profanum facio: nam sacrae res augurato consecrabantur. *Cato* ap. *Fest.* in *Nequitum*, et *Liv.* 1, 55. Exaugurare fana sacellaque statuit. *Gell.* 6, 7. Si quadraginta annos nata sacerdotio abire, ac nubere voluisset, jus ei potestasque exaugurandi, atque nubendi facta est. *Capitol. M. Aurel.* 4. Fuit in eo sacerdotio (*Saliorum*) et praesul, et vates, et magister, et multos inauguravit, atque exauguravit.

EXAURATUS, a, um, part. ab *inauro*, inauratus, ut Exaurati crateres apud *Auct. fr. c.* 15. quod cum *Censorino* edi solet.

EXAUSPICO, as, avi, atum, n. l. *Pl. Capt.* 3, 5, 108. Exauspicavi ex vinculis: nunc intelligo Redauspicandum esse in catenas denuo, h. e. auspicium hujus itineris ex vinculis duxi: quare ut malo auspicio huc veni, ita ad vincula mihi denuo redeundum est, quasi ad auspicia repetenda.

EXBALLISTO, as, a. l. ballistae ictu prosterno. *Festive Pl. Ps.* 2, 1, 9. Nunc inimicum ego hunc meum Ballionem exballistabo lepide. Sic *Bacch.* 4, 4, 58. De ducentis nummis primum intendam ballistam in senem.

[\*EXBELLO, as, avi, atum, a. l. Hoc verbum, nulla auctoritate munitum, *Gruter* restituere volebat *Vell. Pat.* 2, 33.]

EXBIBO, is, a. 3. idem quod ebibo. *Pl. Mil.* 3, 2, 19. Neque illic calidum exhibit in prandium.

EXBOLĀ, ae, f. fax aut telum missile: ab *ἐβολή*, ejicio. *Varr. L. L.* 6, 6. Naevius in Tunicularia: Exbolas quassant, ejiciunt: a Graeca *ἐβολή* dictum. [\**Forma Exbola* tanto magis offendit, quod etiam in latinis vocabulis *ec* pro *ex* haud infrequens erat. Cf. *Schneider.* *Elementarl.* Tom. 11. p. 563.]

EXBUERES, exinteratas: sive Exbuae, quae eberunt, quasi epotae. *Festus*, ubi *V.* Interpretes.

EXCAECATOR, oris, m. qui excaecat. *August. serm.* 43. ex *homil.* 50. Diabolus fuerat excaecator.

EXCAECATUS, a, um, part. ab *excaeco*. Translate *excaecata* dicuntur, quae obstructa sunt, et abdita: quemadmodum *caecae fossae* dixit *Colum.* quae apertae non sunt, et caecam domum vocat *Cic.* quae obscura est, et sine fenestris. *Ob. Met.* 15, 271. antiqui tam multa tremoribus orbis Flumina prosiliunt, aut excaecata residunt. *Al. leg. ersiccata Cels.* 7, 7. f. Id signum est quasi excaecatorum itinerum, per quae humor ferebatur, h. e. obstructorum. P Apud *Plin.* 33, 9, 46. *fulgor excaecatus* in argento est, cum argentum colore tingitur, suumque fulgorem obscurat.

EXCAECO, as, avi, atum, a. l. *ἐκκενέω*, idem quod caeco. *Cic. Acad.* 4, 23. Num ergo is excaecat nos, aut orbat sensibus? P Translate. *Plin.* 17, 22, 49. n. 11. Quidam tunc excaecant eum (*palmitem*) supina falce auferendo oculos, ut longius evocent. *Colum.* 11, 3. *med.* Stirpes praefractae angunt oculos spongiarum et quasi excaecant, nec patiuntur asparagum emittere. P Est

etiam obstruere, ocludere. *Ob. Pont.* 4, 2, 17. Scilicet ut limus venas excaecat in undis, Laesaque suppresso fonte resistit aqua. V. voc. praec. P Excaecare formam est, pulcritudinem velut obscurare, corrumpere. *Petr. Sat.* 128. Nunquid ab aliquo naturali vitio formam meam excaeco?

EXCALCEATUS, a, um, part. ab *excalceo*, calcis exutus, *ἀβλαυτος, ἀπέδιλος*. *Suet. Vesp.* 8. Jus sit post haec excalceatos cursitare. *Mart.* 12, 88. Excalceatus ire coepit ad coenam. *Senec. ep.* 8. Quam multa Publii non excalceatis, sed cothurnatis dicenda sunt! h. e. non mimis, et comicis, qui soccis utuntur, sed tragicis, qui cothurnis. *Excalceatos* vocat comicos, quia pro cothurnis, qui altiores erant, et adhibebantur a tragicis, habebant soccos multo humiliores, ita ut prae illis excalceati videri possent. Hinc *Id. ep.* 76. f. Illi, quibus sceptrum et chlamydem in scena fabulae assignant, cum praesente populo elati incesserunt, et cothurnati; simul exierunt, excalceantur, et ad staturam suam redeunt. P Scribitur etiam *excalceatus*.

EXCALCĒO, as, avi, atum, a. l. *ἐξάλειψον*, calcis detraho. *Vell.* 2, 41. Neque unquam aut nocte, aut die aut excalcearetur, aut discingeretur. *Suet. Vitell.* 2. Ut sibi pedes praebere excalceandos. Adde *Senec. l. c.* in v. praec. P *Excalceator* deponit formam. *Varr.* ap. *Non.* 7, 86. Qui ibi ad Herculis introeat, nemo se excalceat. P Scribitur etiam *excalcio* in *Not. Tir.* p. 129.

[\*EXCALCĒUS, a, um, adj., idem ac excalceatus. *Paul. Nol. Carm.* 21, 321. Qui maluisse confiteri excalceus, quam calcari frigidus. Adde *Salcian. de gub.* 1, 39. F. et B. A.]

EXCALDATIO, onis, f. *ἐξκαλοῦν*, lavatio in aqua calida. *Anton. Phil.* in *epist.* ap. *Vulcat. Gallic. Avid. Cass.* 5. Ille sane omnes excaldationes, omnes flores de capite, collo, et sinu militi excutiet, h. e. calida balnea. *Capitol. Albin.* 5. Testudinem infantulo ad excaldationes pueriles dicari jussit.

EXCALDATUS, a, um, part. ab *excaldo*, calida lotus, et calefactus. *Apic.* 4, 2. Excaldatus caseus. *Marc. Empir.* 26. Amygdalae excaldatae.

EXCALDO, as, a. l. calida perfundo, et calefacio. *Vulcat. Gallic. l. c. Avid. Cass.* 5. Legionnes totae excaldantes se.

EXCALFACIO, is, eci, actum, a. 3. idem ac calefacio. *Plin.* 21, 20, 82. Magis excalefacit, quam crocum ipsum. *Id. ib.* 21, 89. Modice his tamen utendum est, quoniam exalfaciunt. Adde *ib.* 22, 93. etc.

EXCALFACTIO, onis, f. *Plin.* 31, 9, 45. Sal additur ad exalfactiones.

EXCALFACTORIUS, a, um, adj. *θερμαντικός*, exalfaciendi vim habens. *Plin.* 25, 13, 95. Natura vini exalfactoria. *Id.* 24, 11, 64. Exalfactorias vires habet. Et 21, 18, 72. Resina exalfactoria.

EXCALFACTUS, a, um, part. ab *exalfacio*. *Plin.* 37, 10, 55. Calorem tenet exalfacta igni. *Id. ib.* 2, 11. Lacus sole exalfactus.

EXCALFIO et EXCALEFIO, is, *θερμαίνωμαι*, calefio. *Plin.* 24, 7, 28. Cum quid siccare, exalfierive opus sit. *Scrib. Comp.* 158. Priusquam exalfeliam.

EXCALPO. V. EXSCALPO.

EXCANDEFACIO, is, eci, actum, a. 3. incendio. *Varr. R. R.* 3, 2, f. Triumphus, et collegiorum coenae, quae tunc innumerabiles, excandefaciebant annonam macelli, h. e. pretium annonae augdebant, incandebant. V. INCENDO. [\*Cf. etiam *Exardescere*.] P Dividitur per tmesim. *Id. ib.* 4. Excande me fecerunt cupiditate, h. e. inflammaverunt.

\*EXCANDENS, entis, adj. *Jul. Val. res gest. Alex. M.* (ed. *A. Majo*) 3, 59. Excandentes lapides; ni legendum excandescetes. B. A.

[EXCANDEO, es, n. 2. idem ac excandescere, quod vide. F.]

EXCANDESCENTĪA, ae, f. ira. *Cic. Tusc.* 4, 9. Ira sit libido puniendi: excandescencia sit ira nascens, et modo existens: quae *θύμωσις* Graece dicitur. P Item [\*ea animi pars qua commotiones existunt.] *Appul. Dogm. Plat.* 1. f. p. 11, 28. Tripartitam animam idem dicit: primam ejus rationabilem esse partem: aliam excandescenciam, vel irritabilitatem: tertiam appetitum.

EXCANDESCO, is, ui, n. 3. *ἐκπυρόμαι*, incendior, inflammor. *Cato R. R.* 95. Nam si in tecto coquas, excandescet. *Plin.* 36, 26, 67. Vitreae pilae sole adverso in tantum excandescunt, ut vestes exurant. P [\*Translate de sacro igni, quam pusulam vocant pastores. *Col. R. R.* 7, 5, 16. Pene ad omnem tactum excandescit.] P Translate accipitur pro irasci, quod ira, velut igne quodam, animus solet incendi. *Coel. ad Cic. Fam.* 8, 12. Id postquam rescivit, excanduit. *Al. leg. incanduit. Colum.* 7, 12. de canib. villaticis. Ut etiam conservos iratus intueantur, semper excandescant in externos. *Cic. Tusc.* 4, 19. Haec nullam vim habent, nisi ira excanduit fortitudo. *Quint.* 5, 10. *med.* Excandescere verbis. *Petr. Sat.* 85.

Tam vehementer excandui, ut etc. *Suet. Vesp.* 14. In hunc deprecantem haud ultra verba excanduit. *Flor.* 2, 18. Etiam in ultionem excanduit. *Suet. Rhet.* 6. Cum ita excanduisset, ut, deplorato Italiae statu etc. P In *Not. Tir.* p. 166. habetur *excandet*, nempe ab *excandeo*, es, ex quo etiam est praeteritum *excandui*, non ex *excandescere*, quod est anomalum, et Ionice inflexum, quodque ideo ultra praeteritum imperfectum non declinatur. V. IONICE.

EXCANTATUS, a, um, part. ab *excanto*, venificiis, et magicis artibus elicitus, evocatus, arcesitus, obstructus: nam incantamenta plerumque carminibus, et cantionibus fiunt. *Hor. Ep.* 5, 45. Quae sidera excantata voce Thessala, Lunamque coelo deripit. *Lucan.* 6, 457. Excantata meos, h. e. de statu dejecta. *Id.* 9, 930. Pestis excantata fugit.

EXCANTO, as, avi, atum, a. l. *ἐξάγω*, incantationibus elicio, evoco, exire facio, traduco, transfero. *Prop.* 3, 2, 49. Ut per te clausas sciat excantare puellas. *Lucan.* 6, 685. Tum vox Letheos cunctis pollentior herbis excantare Deos. *Plin.* 28, 2, 4. et *Senec. Q. N.* 4, 7. Legum in duodecim tabulis verba sunt: Qui fruges excantasset, h. e. ex agro vicini in suum incantationibus transtulisset; id enim carminibus posse fieri, vulgo credebant, ut est ap. *Virg. Ecl.* 8, 99., *Tibull.* 1, 9, 19., *Ob. R. A.* 255. et *Capell.* 9, 314. Quo pertinet illud *Varr.* ap. *Non.* 2, 260. Ubi vident, se cantando ex ara excantare non posse, deripere incipiunt. P *Senec. l. c.* alio sensu videtur intelligere *excantare fruges*, nempe venificiis corrumpere, imbres avertendo, grandines, aliasque noxias tempestates attrahendo [\*nobis *verhexen*.] Nam et haec carminibus fieri, credula putavit antiquitas. P Translate. *Pl. fr.* ap. *Non. l. c.* Nam tu quidem cuivis excantare cor facile potes. Non. exponit *excludere*, sed *elicere* vult *Broukh.* ad *Prop.* 3, 2, 49. unde haec desumpsimus. [\*Adde *Burm.* ad *Quint. Decl.* 10. p. 220.] P Luxum excantare in *lemmate* ap. *Caton. R. R.* 160. est cantione sanare.

EXCAPERĒ, pro excipere, est *Ennii* ap. *Non.* 2, 769.

EXCARNIFICATUS, a, um, part. ab *excarnifico*, dilaniatus. *Cic. N. D.* 3, 33. Anaxarchum Democriteum a Cyprio tyranno excarnificatum accepimus. *Senec. Ira* 3, 4. Age, si exaudire voces ac minas vacet, qualia excarnificati animi verba sunt! h. e. ira cruciati.

EXCARNIFICO, as, avi, atum, a. l. *κατακρεουργέω*, dilanio, carnem dissecio, in partes divido. *Senec. ep.* 24. Mille instrumenta excarnificandi particulatim hominis. *Suet. Vit.* 17. Minutissimis ictibus excarnificatus atque confectus est. P Translate pro cruciare ponitur. *Ter. Heaut.* 4, 6, 9. Hujusmodi mihi res semper comminiscere, ubi me excarnifices.

[EXCASTRATIO, onis, f. idem ac castratio. *Gloss. Philox.* Castratio, *ἐκτόρη*. F.]

EXCASTRATUS, a, um, part. ab *excastro*, castratus, exsectus. *Gell.* 9, 9. Auctore M. Varro, ne, is demum Latine caper dicitur, qui excastratus est. *Scrib. Comp.* 9. Sinapi ex aceto tritum, et non excastratum, h. e. cui cortex non est ademptus, ita ut vim amitteret aliqua ex parte.

[EXCASTRO, as, a. l. idem ac castro. *Gloss. Philox.* Excastro, *ἐκέρνω*. *Not. Tir.* p. 75. Excastrat. F.]

EXCAVATIO, onis, f. actus excavandi, *κοιλώσις*. *Senec. Q. N.* 4, 3. Stillicidii casus lapidem cavat, et haec ipsa excavatio rotunda fit.

EXCAVATUS, a, um, part. ab *excavo*, cavatus. *Cic. Verr.* 2, 4, 27. Trulla excavata cum manubrio aureo. *Plin.* 33. in. Vivimus super excavatam terram, mirantes dehiscere aliquando.

EXCAUDICO. V. EXCODICO.

EXCAVO, as, avi, atum, a. l. *κοιλώω*. *Plin.* 10, 33, 49. de hirundinib. Tertium est earum genus, quae ripas excavant. *Id.* 9, 27, 43. Cavernam sibi rostro excavat. P Obscena metaphora est idem ac paedico. *Auct. Priap.* 52, 4. Cum quisquis in nos incidit, luat poenas, Et usque curvos excavetur ad lumbos. P [\*Confunduntur *Excavare* et *Exsecare*. *Col. Arb.* 8, 4.]

[EXCAUSATUS. V. EXCUSATUS. F.]

EXCEDO, is, essi, essum, n. 3. *ἐκχωρέω, ἀπέχωμαι*, exeo, egredior, ut et *Fest.* exponit, secedo, abeo. *Cic. Cat.* 2, 1. Abiit, excessit, evasit, erupit. [\**Liv.* 9, 16, 7. Praesidium Sannitium excessurum proxima nocte erat, ubi vid. *Drak.*] *Id. ad Brut.* 1, 15. *med.* Excedere urbe. *Id. Phil.* 8, 8. Priusquam ex illa circumscriptione excederet. *Caes. B. G.* 2, 25. Excedere proelio. Et *ib.* 4, 33. e proelio. Et *ib.* 3, 4. et *Nep. Epam.* 9. pugna. Et *Annib.* 6. ex acie. *Liv.* 30, 42. finibus. *Caes. B. G.* 7, 33. ex finibus. Et 66. Gallia. Et *B. C.* 1, 44. Pedem referre, et loco excedere. *Ter. Andr.* 4, 4, 21. ex loco. *Caes. B. C.* 1, 79. extr. ex itinere. Et *B. G.* 5, 19. ex via. *Liv.* 24, 20. via. [\**V. Drak.* ad *Liv.* 34, 47, 5.] *Cic. Tusc.* 1, 13. et *Brut.* 75. extr. vita. Et *ib.* 20. et *Off.* 1, 53. e vita. [\**Cic. Div.* 1, 25. Quum ani-

mus Eudemi ex corpore excesserit.] *Liv.* 32, 10. possessione. *Cic. Arch.* 3. ex pueris. *Ter. Andr.* 1, 1, 24. ex ephebis. *Id. Hecyr.* 4, 3, 14. e medio, e turba, e publico excedere. *Id. Phorm.* 5, 7, 74. e medio. (*Donat.* de medio). [\*i. e. mori. Similiter e medio abire. *Ter. Phorm.* 5, 8, 30.] *Id. Hecyr.* 3, 2, 12. Cura excessit ex corde. *Liv.* 26, 13. Excessit e memoria, quo tempore a populo R. defecerimus? [\*Et excedere memoria. *Drak.* ad *Liv.* 2, 33, 9.] *Or. Met.* 6, 669. de pectore caedis Excessere notae. *Al. leg. effluxere.* [\**Curt.* 8, 8. Ubi vero reverentia excessit animis.] *Vell.* 2, 68. extr. Excedere natura sua, contra insitam clementiam agere. [\**Hirt. B. Afr.* 73. Ex pristina bellandi consuetudine celeritateque excesserat, i. e. a pristina consuetudine discesserat.] *Pl. Bacch.* 1, 2, 40. Jam excessit mihi aetas ex magisterio. *Triphonin. Dig.* 1, 5, 15. Excedere de utero, h. e. nasci. P Cum adverbis et casibus motus ad locum. *Ter. Andr.* 4, 4, 21. Cave, quomam ex istoc excessis loco (pro excesseris syncope). *Liv.* 31, 26. extr. Agro hostium in Bœotiam excessit. *Mart. Dig.* 48, 19, 4. Excedere in exsilium. [\*Etiam absolute ita ponitur. *Ulp.* in *Dig.* 48, 22, 7, 17. His qui relegantur dies excedendi dari solet. — Moris est ita pronunciari: Illum provincia illa relego, excedereque debet intra illum diem. *Cfr. Suet. Vit.* 13. *Tac. A.* 2, 83.] *Cic. Tusc.* 1, 30. f. Nae ille laetus ex his tenebris in illam lucem excesserit. *Curt.* 4, 7. med. Invictum fore, donec excederet ad Deos, h. e. moreretur, et inter Deos referretur. Adde *Vell.* 1, 2. P Cum accusativo. *Senec. Oedip.* 23. Non ego penates profugus excessi meos. *Lucan.* 2, 271. nubes excedit Olympus. Adde 8, 236. Addunt alii *Cic. Cat.* 1, 6., *Sil.* 14, 439. et *Liv.* multis in loc., sed ubique dubia est lectio. P Passive impersonaliter. *Liv.* 24, 20. Neque usquam via excessum est. P Excedere absolute est excedere vita. *Tac. A.* 1, 5. Excessisse Augustum, et rerum potiri Neronem, fama eadem tulit. *Plin.* 7, 13, 11. Augustus neptis suae nepotem vidit genitum, quo excessit anno. Adde *Suet. Aug.* 5. et *Val. Flacc.* 1, 826. P [\*Etiam effluere e memoria. *Sil.* 11, 34. Cannae tibi — excessere Padusque: pro excedere e memoria. *Drak.* ad *Liv.* 7, 32, 15.] P Significat etiam progredi, procedere. *Cic. Univ.* 5. Sic omnes partes collocatae sunt, ut nulla excederet extra. *Cels.* 8, 25. Si nudum os eminet, impedimento semper futurum est: ideo quod excedit, abscondendum est, h. e. prominet, protuberat. *Id. ib.* 9. f. Si id, quod ex vertebra excedit, aliquo modo factum est, h. e. si vertebrae processus. Al. perperam leg. *excidit.* *Plin.* 27, 1, 1. Excedentia in nubes juga. *Just.* 1, 1. Quorum alter in Pontum, alter usque Aegyptum excessit. *Liv.* 34, 1. Intercessit res parva dictu, sed quae studis in magnum certamen excesserit. [\**V. Drak.* ad *Liv.* 33, 35, 12.] Et 25, 1. Primo secretae bonorum indignationes exaudiebantur, deinde ad patres etiam, et ad publicam querimoniam excessit res. [\**Val. Max.* 5, 6, 4. Respublica procedente tempore ad summum imperii fastigium excessit.] *Vell.* 2, 68. In hoc laessiti principis ira excessit, ut censoria contentus nota etc. [\**Tac. Agr.* 42. Obsequium ac modestia eo laudis excedunt. *Cfr. Ruhnck.* ad *Rut. Lup.* 1, 13. p. 48.] *Liv.* 30, 26. Haec eo anno in Africa gesta. Insequentia excedunt in eum annum, quo etc. P [\*Et absolute praestare, eminerere. *Tac. A.* 2, 24. Quanto violentior cetero mari Oceanus, tantum illa clades novitate excessit. *V. Boettich. Lex. Tac.* p. 180. P Porro superare, ultra esse. *Javolen.* in *Dig.* 10, 3, 18. Ultra id quod in iudicium adductum est excedere potestas iudicis non potest. *Paul.* in *Dig.* 17, 1, 3. Quod si pretium statui tuque pluris emisti, — etiamsi paratus esses, id quod excedit remittere. P Item de gredi, exire a proposito, quasi de via decedere. *Senec. ep.* 77. circa med. Excedere in fabellam. *Liv.* 29, 29. Operae pretium videtur, excedere paululum ad enarrandum, quam varia fortuna usus sit. *Plin. ep.* 5, 6. f. Ne reprehendar, si longior fuero in hoc, quod excessi. P Active est superare, vincere. *Tac. A.* 1, 14. Excedere numerum. Et *ib.* 4, 40. equestre fastigium. *Plin.* 7, 2, 2. Multos ibi quina cubita constat longitudine excedere. *Id.* 31, 7, 39. Stagnum altitudine genua non excedens. *Id.* 8, 42. Triennium vitae non excedunt. *Colun.* 6, 21. Cum excesserint annos decem, fetibus inutilis sunt. *Plin.* 13, 3, 4. Excedunt quadragenos denarios librae etc. *Id.* 18, 7, 11. Hordeum raro excedit quindecim libras. *Id.* 7, 21, 21., *Vell.* 2, 51. et *Or. Met.* 7, 166. Excedere fidem, i. e. incredibile esse. *Liv.* 26, 19. et 28, 25., *Lucan.* 2, 142., *Curt.* 4, 11. et *Vell.* 2, 122. modum. *Justin.* 13, 2. Nemine tantum ceteros excedente, ut ei aliquis se submitteret, h. e. cum nemo tantum ceteros antecelleret, ceteris praestaret dignitate, virtute, fama. P [Part. *Excessurus* ap. *Liv.* 8, 33. Quo ultra iram violentiamque ejus excessuram fuisse. P *Excessis* pro *excesseris* legitur ap. *Ter. Andr.* 4, 4, 21. F.] P [\*Confunduntur a librariis *Excedere* et

*Escendere.* V. *Ruhnck.* ad *Rut. Lup.* 1, 13. p. 48. — et *Exire.* *Drak.* ad *Liv.* 36, 21, 2.]

EXCELLENS, entis, part. ab *excello*, praestans, insignis, ἀσέβητος. *Cic. Acad.* 1, 3. Excellens omni genere laudis. *Id. Fin.* 3, 2. a med. Vir cum omnibus excellens, tum mecum amicitia conjunctus. *Nep. Alcib.* in. Nihil Alcibiade fuit excellentius vel in vitiis, vel in virtutibus. *Cic. N. D.* 1, 2. Una excellentissima virtus, justitia. *Id. Brut.* 97. Inter tot aequales unus excellens. *Id. N. D.* 1, 20. Natura excellens atque praestans. *Id. Fam.* 4, 3. f. Tua scientia excellens ac singularis. *Vell.* 2, 41. Forma omnium civium excellentissimus. [\**Drak.* ad *Liv.* 3, 44, 4.] *Suet. Ner.* 20. Insignes excellentissimo cultu. *Liv.* 2, 43. f. Excellens ingenium. *Caes. B. C.* 3, 34. extr. Profiteri excellens studium. *Plin.* 14, 9, 11. Excellens vinum. Et 29, 3, 11. Excellentiora ova. Et 32, 7, 25. Excellens garum. Et 37, 4, 15. Excellentissimum aurum. *Prud. in Symmach.* 1, 572. Excellentior ordo, h. e. senatorius. P Est etiam altus, eminens. *Vell.* 2, 107. Homo corpore excellens. *Auct. B. Hisp.* 8. Oppida excellentibus locis constituta. *Plin.* 18, 18, 47. Excellentius frumentum. [\**Fest.* s. v. Lingua. Promontorii quoque gentis, non excellentis, sed mollior in planum devexi. V. egregium *Gron.* animadv. ad *Sen. de Vit. beat.* 14.] P [\**Excellenti* in casu sexto *Cic. de re publ.* 2, 5. ed *A. Maio.* Sic *vaganti* pro *vagante* habet *Id. ib.* 11. et *referenti* 1, 32. Sed mendum forte exceptoris: cave usurpes. *B. A.* P [\*Confunduntur a librariis *Excellentissimus* et *Excelsissimus*, quod saepe illi substitutum. *Gron.* ad *Sen. de Vit. beat.* 14.]

EXCELLENTER, adv. singulari, ac praestanti ratione, ἐξόχως. *Cic. Off.* 1, 18. Quae magno animo, et fortiter excellenterque gesta sunt. *Id. Sext.* 45. In republ. excellentius se gerere. *Nep. Attic.* 1. Non solum celeriter arripere, sed etiam excellenter pronunciare.

EXCELLENTIA, ae, f. ἐξοχή, praestantia, magnitudo, nobilitas. *Cic. Off.* 1, 28. Nobis autem personam imposuit ipsa natura magna cum excellentia, praestantiaque animantium reliquorum. Et 5. Animi excellentia et magnitudo. *Id. Amic.* 19. Saepae excellentiae quaedam sunt, qualis erat Scipionis in nostro, ut ita dicam, grege. *Plin.* 35, 14, 49. Excellentia picturae. *Id.* 34, 8, 19. n. 21. crurum. Et *Prud. περὶ οὐρεῶν.* 10, 52. Romanus, acris heros excellentiae, h. e. magnitudinis animi. [\**EXCELLEO*, es, ui, ere 2. *Cic. fragm. ep.* ap. *Prisc.* Effice et elabora ut excolleas. V. verb. seq. §. 5.]

EXCELLO, is, ui, elsum, n. 3. proprie in altum moveri, seu tolli: ab obsoleto *cello*, moveo. Translate *Cato* ap. *Gell.* 7, 3. et 13, 24. Scio, solere plerisque hominibus, rebus secundis, atque prolixis, atque prosperis, animum excellere, superbiam atque ferociam augescere, atque crescere. P Active pro in altum tollere. *Festus* in *Recellere*. Recellere, reclinare: et excellere, in altum extollere. P Plerumque usurpat pro praestare, eminerere, excellentem esse, ἵκερῶ. *Cic. Tusc.* 2, 18. f. Ab ea virtute, quae una ceteris excollebat, omnes nominatae sunt. *Id. Or.* 2, 54. In jocis tu longe alii, Caesar, excellis. *Id. Or.* 2. In oratoribus autem admirabile est, quantum inter omnes unus excellat. *Id. Manil.* 14. Ut is, qui dignitate principibus excellit, facilitate par infimis esse videatur. *Liv.* 28, 43. Excellere super ceteros. *Appul. Flor.* n. 16. ante ceteros. *Cic. Acad.* 4, 2. Ingenio scientiaeque excellere. *Nep. Arist.* 1. abstinencia. *Curt.* 9, 1. sapientia. *Lucr.* 6, 13. bona fama. *Plin.* 37, 6, 23. candore. Et 16, 6, 8. altitudine. *Auct. Dial. de or.* 32. Eminere atque excellere. P In malam partem. [\**Cic. Pis.* 38. Quam haec (mala facinora), quae excellunt, me nosse videas, i. e. quae propter celebritatem notiora sunt.] *Cic. Leg.* 1, 19. Eos, qui singulis vitiis excellunt, aut etiam pluribus. P Reperitur etiam *excolleo*, es, 2. conjugat. *Cic. fragm.* apud *Prisc.* 8, 838. et 10, 896. Quare effice et elabora, ut excolleas. *Macer Aemilius* ap. *Dion.* 1, 371. Cum laude excellit omnes. Hinc *excellere aliquem* re *quapiam*, accusativo addito pro dativo, recte dici potest: quod quidam confirmant auctoritate *Lactant.* 7, 8. f., ubi tamen in opt. lib. aliter se res habet. *Plinius* potius attulissent, qui 19, 8, 41. n. 3. de *brassicae generib.* Est etiam sua gratia nunquam plantae habitum excellentibus, h. e. excedentibus. P Ab *excolleo* est praeter. *excellui*, quod agnoscit praeter alios *Prisc. l. c.*, et usurpat *Gell.* 14, 3. f. In quibus illi duo omnium iudicio excelluerunt.

EXCELSĒ, adv. ὑψηλῶς, alte, in sublime. *Colun.* 4, 1. Si vitis scandit excelsius, plus adjuvanti desiderat. P Translate est excellenter, sublimiter, magnifice. *Cic. Or.* 34. Omnia profecto excelsius magnificentiusque et dicit et sentiet. *Plin. ep.* 2, 3. Pugnacriter, colligit fortiter, ornat excelsae. *Vell.* 1, 6. Sparta excelsissime floruit.

EXCELSITAS, atis, f. ὑψηλότης, altitudo, su-

blimitas. *Plin.* 2, 64, 64. Montium excelsitas. *Id.* 21, 5, 11. de lilio. Nec ulli florum excelsitas major. *Id.* 16, 36, 66. Arundo ad excelsitatem nas seens. P Translate. *Cic. Off.* 3, 5. Excelsitas animi, et magnitudo. Est qui legit *celstas*: verum *Non.* quoque 8, 22. *excelsitatem* agnoscit, hoc ipso loco allato: et paulo post, his verbis respondet: magni animi et excelsi.

EXCELSUS, a, um, part. ab *excello*, ὑψηλός, altus, sublimis, editus. *Caes. B. C.* 1, 80. Mon-excelsus. *Id. B. G.* 6, 25. Cornu excelsius. *Plin.* 10, 6, 7. Excelsissimae rupes. *Id.* 11, 37, 49. Cerebrum, excelsissimum viscerum. *Id.* 8, 33, 51. Chamaeleoni excelsiora crura. *Id.* 10, 59, 79. Pavones in excelso cubantes. *Cic. Att.* 4, 16. f. Excelsa porticus. *Id. Verr.* 2, 4, 34. Statua posita excelsa in basi. Et *ib.* Amplum et excelsum signum. *Id. N. D.* 1, 36. Ibes, aves excelsae, cruribus rigidis. *Senec. Phoen.* 546. Excelsos rotis volitare proceres, h. e. sublimes in curribus. *Plin.* 6, 16, 38. Excelsa urbis. *Id.* 17, 22, 30. n. 15. Vitis in excelsum emicat. *Cic. Cat.* 3, 8. Simulacrum Jovis in excelso collocare. [\**Cic. Somm.* 1. Ostendebat Carthaginem de excelso loco.] *Or. Her.* 15, 165. Aspicere ab excelso, i. e. ex editiore loco. *Val. Fl.* 1, 405. Hasta excelsa. P Translate. *Cic. Or.* 34. Quem etiam (oratore) quo grandior sit, et quodammodo excelsior, ut de Pericle dixi supra (4. et 9.) ne physicorum quidem esse ignarum volo. *Id. Tusc.* 2, 4. Te natura excelsum quendam, et altum, et humana despicientem genuit. *Id. Off.* 1, 23. Animus excelsus et magnificus. Et 5. Animi excelsi atque invicti magnitudo ac robor. *Id. Mur.* 29. Magnus homo et excelsus, *Cato.* *Id. Opt. gen. orat.* 4. Neque eos quidquam excelsum magnificumque delectat. *Id. Fam.* 2, 5. Excelso et illustri loco sita est laus tua. *Sall. Cat.* 50. Qui magno imperio praediti, in excelso aetatem agunt. *Id. initio Or.* ad *Caes.* 2. Rex, aut imperator, cuius opes in excelsis sunt. *Vell.* 2, 96. Excelsissimae victoriae. Et 114. Excelsissimi duces. *Senec. Thyest.* 911. O me caelium excelsissimum! P [\*Est titulus, quo insignes viri ornantur. Sic Trebonianus in *Instit. Praef.* §. 4. Quod per virum excelsum Trebonianum confecimus. — In *Cod. Theod.* saepe excelsa sedes pro praefectura praetoriana dicitur, ut praefectis frequenter sublimitatis ac celsitudinis elogia tribuntur. P Nonnunquam librarii voci *Excellentissimus* substituerunt *Excelsissimus*. *Gron.* ad *Sen. de vit. beat.* 14.]

EXCENTURIATUS, a, um, part. ab inusit. *excenturio*, exauctoratus. Verbum fictum a *Pl. Curc.* 4, 4, 29., ubi tamen plerique melius leg. *centuriatus*, quam voc. V.

EXCEPTACULUM, i, n. id quo aliquid excipitur. *Tert. Spectac.* 2. med. Non sumpsimus aures ad exceptaculum maliloquii.

[EXCEPTICIUS, a, um, adj. qui excipitur, et excluditur. *Plin.* 18, 11, 29. n. 3. Alica, quae in cribro remansit, excepticia appellatur. F.]

EXCEPTIO, onis, f. actus excipiendi, exclusio, pactum, conditio, lex, ἐξαιρέσις, παραγραφή. *Cic. Amic.* 17. Sit inter eos omnium rerum, consiliorum, voluntatum, sine ulla exceptione communitas. *Id. Q. Fr.* 1, 1, 13. Neque te patiar cum exceptione laudari. Omnes enim, qui istinc veniunt, ita de tua virtute commemorant, ut in tuis summis laudibus unam excipiant iracundiam. *Id. Fam.* 6, 5. Polliceor ei studium meum et operam, sine ulla exceptione laboris, aut occupationis, aut temporis; gratiam autem atque auctoritatem cum hac exceptione, quantum valeam, quantumque possim. *Senec. Ben.* 4, 39. Subest tacita exceptio, si potero, si debebo, si haec ita erunt. *Plin. ep.* 1, 2. Nec est quod putes, me sub hac exceptione veniam postulare. *Id. Pan.* 38. f. Tu quidem, Caesar, illam exceptionem removisti, Si modo filius etc. *Tac. Germ.* 44. Unus imperitat, sine ullis jam exceptionibus. *Quint.* 2, 15. f. Albuicis, scientiam bene dicendi esse, consentit; sed exceptionibus peccat, adjiciendo, circa civiles quaestiones, et credibiliter. *Flor.* 2, 18. Cum Scipio veram vellet, et sine exceptione victoriam. P In jure *exceptio* est quasi quaedam exclusio, quae interponi actioni cujusque rei solet, ad excludendum id, quod in intentionem, condemnationemve deductum est, ut *Ulp. Dig.* 44. t. 1. qui est De exceptionibus etc. l. 2. definit. *Cic. Or.* 1, 37. Ut illi, unde peteretur, vetus atque usitata exceptio daretur, Cujus pecuniae etc. Et *moz.* Petitor rursus cum peteret, exceptione excluderetur. *Id. Inv.* 2, 47. f. Non ergo omnia scriptis, sed quaedam quae perspicua sunt, tacitis exceptionibus caveri. *Id. ib.* 1, 33. Si addat exceptionem hanc: extra quam si quis etc. P Pro pacto, conditione. *Petr. Sat.* 86. Pueru asturconem donabo, cum hac tamen exceptione, si ille non senserit. *Senec. ep.* 30. Vita cum exceptione mortis data est. *Id. ep.* 6. Si cum hac exceptione detur sapientia, ut illam inclusam teneam, rejiciam. *Plin.* 21, 31. 105. Exceptionem addidere, ne diutius id fieret, [\**V. plura ap. Gron.* ad *Sen. Ep.* 30.]

EXCEPTIUNCULĀ, ae, f. dimin. parva exceptio. Sen. ep. 20. Licet illam exceptiunculam non adjicias, ut rectum sit, quod velis.

EXCEPTO, as, avi, atum, a. I. frequentat. ab exceptio, accepto, recepto, capto, advenientem admitto et accipio. Cic. Parad. 5, 2. Barbatulos mullos exceptans de piscina, et pertractans. Caes. B. G. 7, 47. extr. Eos ipse singulos exceptans, in murum extulit. Virg. G. 2, 273. Ore omnes versae in Zephyrum stant rupibus altis, Exceptantque leves auras. Sil. 9, 368. per pectora saevas Exceptat mortes, et leto dedecus arcet. P. Idem significat etiam ac simplex exceptio in illo Senec. Ben. 6, 38. Agricolam annonae caritas erigit, eloquentiae exceptat pretium litium numerus. Alii male leg. exoptat.

EXCEPTOR, oris, m. qui excipit, et speciatim qui dictata excipit, notarius, scriba, *καταγράφορ*. Ulp. Dig. 19, 2, 19. August. ep. 152. et Firm. Math. 3, 6. med. et 12, ubi dicitur exceptor eorum sententiarum, quae de hominum capitibus profertur. P. Fuit nomen officii inservientium in scrinio sacri Palatii, ut videre est in Cod. 12, 19, 5. et 12. et alibi, et in Cod. Theod. saepe, et in Not. dignit. Imperii, ubi postremo loco fere ponitur, et infimi gradus officium fuisse videtur. Munus horum erat acta iudiciorum, sententias iudicum, eorum nomina, qui deferebantur, quaestiones reorum, et responsa etc. describere. Utebantur autem notis, cum celeritate opus erat, ne dictantes morarentur. Inscr. ap. Grut. 372. n. 4. L. Aurelio Marciano Aug. Lib. exceptori etc. P. In Inscr. sub Decio Imp. ap. Fabr. p. 683. n. 76. memorantur *argentiarii*, et *exceptores*, itemque *negotiantes vini*. Hos Fabr. putat fuisse publicorum vectigalium conductores, suamque sententiam recte defendit contra Reines. qui cl. 3. n. 88. legendum putat *excoctores*.

EXCEPTORIUS, a, um, adj. ad excipiendum, seu recipiendum pertinens. Ulp. Dig. 33, 7, 8. Quali vindemiarii, exceptoriique, in quibus uvae comportantur. P. *Exceptorium*, ii, n. Gloss. Philox. *Exceptorium*, excipulum conceptaculum. *εξδοχείον*. [\*Interpr. Iren. 4, 24. Homo exceptorium bonitatis Dei. Id. ib. Homo ingratus exceptorium justi iudicii Dei. B. A.]

EXCEPTUS, a, um, partic. ab *excipio*, captus, circumventus. Virg. A. 6, 173. Aemulus exceptum Triton etc. Inter saxa virum spumosa immerserat unda. Et ib. 11, 684. Hunc illa exceptum trajecit. P. Item sumtus in manus. Tac. A. 4, 10. Exceptum poculum Druso tradidisse. Mart. 12, 83. Imputet exceptas ut tibi saepe pilas. P. Item sublatum. Virg. A. 10, 867. exceptus tergo (*equi*) consueta locavit Membra. P. Item scriptus. Suet. Ner. 52. Versus non translatis, aut dictante aliquo excepti. P. Item bene aut male acceptus. Tac. A. 13, 54. Quod comiter a visentibus exceptum. Adde Suet. Caes. 14. P. Item levatus. Curt. 9, 5. Exceptum poplitibus corpus. P. Item transfusus. Sen. Thyest. 144. Exceptus gladio parvulus. P. Item receptus. Curt. 8, 10. Rex benigne exceptos sequi jussit. P. Item missus, omissus. Cic. Or. 1, 9. Omnium mihi videor, exceptis, Crasse, vobis duobus, eloquentissimos audisse Ti. et C. Semprios. P. Hinc ablat. *excepto*, quasi adverbialiter usurpatur. Hor. Ep. 1, 10, 50. Excepto, quod non simul esses, cetera laetus. Pers. 5, 90. Excepto, si quid Masuri rubrica vetavit. P. Item substracti. Liv. 33, 23. Servitute excepti.

EXCEREBRATUS, a, um, partic. ab *excerebro*, cui cerebrum excussum est. Translate. Tertull. adv. Marc. 4, 11. a. med. Excerebratus es novo vino. [\*EXCEREBRO, as, a. I. cerebrum excutio. Not. Tir. p. 128. Excerebrat. F.]

EXCERNO, is, crevi, cretum, a. 3. cernendo separo, purgo, secerno, *εξαρῶ*. Vitruv. 7, 6. Caementa marmorea pilis ferreis contunduntur, cribrisque excernuntur. Colum. 2, 21. In area detrita frumenta sic sunt aggerenda, ut omni flatu possint excerni. [\*Gratius Cynege. 289. Jamque inde excernere parvos. Curt. 10, 2. Priusquam excerneret, quos erat retenturus, edixit, ut omnes milites aes alienum profiterentur. Quam lectionem tuetur Gron. ad Liv. 28, 39, 10.] P. Item onus ventris dejicere, excrementa emittere: sic enim separantur ab utili alimento corporis supervacua et noxia. Cels. 2, 8. med. Si venter per se excernit mollia et figurata. Et paulo post. Ea quae per dejectiones excernuntur. Et 7. med. Sanguis cum urina excernitur. Id. 4, 1. *Πυλωρός* in inferiores partes ea, quae excreturi sumus, emittit. [\*Confunduntur *Excernere* et *Excerptere*. V. Drak. ad Liv. 9, 46, 14.]

EXCERPO, is, erpsi, erptum, a. 3. *ἀπολέγω*, ex multis pauca secerno, et colligo, decerpo, deligo. Cic. Off. 3, 1. Non solum ex malis minima eligere oportere, sed etiam excerptere ex his ipsis, si quid inesset boni. Id. Inv. 2, 2. Omnibus in unum locum coactis scriptoribus, quod quisque commodissime praecipere videbatur, excerptimus. August. ap. Suet. in *ejus Vita* 86. Verba, quae Sallustius excerptit ex originibus Catonis.

Plin. ep. 3, 5. de avunculo suo. Liber legebatur: adnotabat, excerptebatque, nihil enim legit, quod non excerpteret. Adde Gell. 17, 21. P. Item secernere, eximere, separare. Ter. Phorm. 4, 4, 18. Tu id, quod boni est, excerptis: dicis quod mali est, h. e. seligis, et abjicis. Cic. Or. 2, 11. Excerptere de numero. Hor. Sat. 1, 4, 39. Primum ego me illorum; dederim quibus esse poetis, Excerptam numero. Sen. ep. 5. Excerptere se consuetudini hominum. Et ep. 18. Non excerptere se, nec insigniri, nec misceri omnibus. [\**sich auszeichnen u. den Sonderling machen.*] Et Brev. vit. 18. Excerpte te vulgo, et in tranquilliore portum tandem recede. P. [Partic. *Excerptens* ap. Hor. Sat. 2, 3, 272. excerptens semina pomis. *Excerptendus* ap. Cic. Or. 2, 11. Non enim eo de numero quoque est excerptendum. F.] P. [\*Confunduntur *Excerptere* et *Excernere*. V. s. h. v.]

EXCERPTIO, onis, f. *σύνθεσις*, actus excerptendi. Gell. 17, 21. Nunc excerptiones variis diversisque in locis factas cursim digessimus.

EXCERPTOR, oris, m. Elogium dedicatoris in simulacro Fortunae barbatae, ap. Spon. Miscell. p. 104. L. Aurelius Marcellianus Aug. libertus Excerptor V. S. L. M. Muratorius p. 81. n. 2. hanc eandem referens legit Marcellianus pro Marcellianus, et *exceptor* pro *excerptor*, quam postremam vocem defendit: et quidem recte; nam idem L. Aurelius Marcellianus *exceptor* appellatur in alia Inscr., quam vide in V. EXCEPTOR.

EXCERPTUS, a, um, partic. ab *excerpo*, delectus, selectus, collectus. Sen. ep. 33. Non est, quod exigas excerpta, et repetita: continuum est apud nostros quidquid apud alios excerptur. Apul. Apol. p. 325, 40. Verba sola excerpta, et ab ordine suo sejungata. P. [Excerpta, orum, n. plur. absolute sunt flosculi, Anthologiae, h. e. ea, quae, cum meliora probatoraque videantur, ex operibus alicujus excerptuntur. M. Aurel. ad Front. ad M. Caes. 2. (ed. iterum A. Maio) ep. 13. Feci tamen mihi per hos dies excerpta ex libris sexaginta in quinque tomis. F.] P. [\*Confunduntur *Excerptus* et *Excretus*. Drak. ad Liv. 28, 39, 10.]

EXCERVICATIO, onis, f. *εξανχερωσις*, contumacia pervicax. Hieron. in Naum. 3.

EXCESSUS, a, um, partic. ab *excedo*, Tertull. adv. Marc. 1, 5. Duo enim multitudo, unione jam excessa.

EXCESSUS, us, m. *εξχώρησις*, egressio, discessio: ab *excedo*. Speciatim ponitur pro morte. Cic. Leg. 1, 1. Certe non longe a tuis aedibus inambulans post excessum suum Romulus Julio Proculo dixerit, se Deum esse. [\*Vox *excessus* quum hoc significatione magis poetica ideoque sublimior sit, de imperatorum morte usurpari coepta est, ut ante de regibus posita est. Cf. Cic. de republ. 2, 30. Post obitum vel potius excessum Romuli. Tac. A. 1, 7, 14. et saepius. Suet. Tib. 22, 70. Itaque non assentior Boettich. Lex. Tac., qui hujus vocis usum argenteae aetatis scriptoribus tribuit.] Id. Fin. 3, 18. In his excessum e vita, et in vita mansionem. Id. Tusc. 1, 12. Neque excessu vitae sic deleri hominem. Al. leg. e vita. P. Item pro osium processu, apud anatomicos. Cels. 8, 1. s. f. Os calcis quadam parte sinuatur, quadam excessus habet. P. Accipitur etiam pro digressionem in oratione. Plin. ep. 9, 26. de Demosthenis orat. Quid audientius illo pulcherrimo et longissimo excessu? Quint. 3, 9. Egressio vero, vel quod usitatus esse coepit, excessus, sive est extra causam etc. Plin. praef. l. 1. Hi libelli non admittunt excessus, aut orationes sermones. P. Item pro peccato. Val. Max. 8, 2. f. Verecundiam illius saeculi laudemus, in quo tam minuti a pudore excessus puniebantur. Prud. in Symm. 2, 990. Excessus moderaminis.

EXCETRA, ae, f. hydra Lernaea, quam Hercules occidit. Servio placet ad A. 6, 287. dictam esse ab *exresco*, quod uno ejus caeso capite, tria exerescebant. Cic. vertens locum Sophoclis, Tusc. 2, 9. Haec dextra Lernam tetram, mactata excetra, Placavit: haec bicorporum affixit manum. Adde Pl. Pers. 1, 1, 3. P. Est convicium in feminam nefariam, maleficam. Liv. 39, 11. Illius excetrae delinimentis et venenis imbutum, nec vitrici, nec parentis, nec Deorum verecundiam habere. Plaut. Cas. 3, 5, 18. Jam tibi istuc cerebrum dispercitiam, excetra tu. Adde Pseud. 1, 2, 82.

[\*EXCHALCĒO, as, avi, a. I. aere spolio, ac nummos aufero. Porphy. ad Hor. Sat. 1, 8, 39. Voranus Q. Luctatius Catuli libertus, omni loco, omni tempore furacissimus fuisse dicitur. De quo etiam illud traditur: cum deprehensus a nummulario esset, de cujus mensa nummos subtractos in calceos sibi infarcierat; quidam jocans, Belle, inquit, te nummularius ille exchalcavit, cum aspiratione scilicet secundae syllabae; simul ut *χαλκός*, id est aes ablatum ex calceamento objiceret. Ultima haec contractus ex Vett. Scholl. Baxterus, Belle, si, te non *εχχάλκωνει*, h. e. verberibus tanquam aes recudat, alludens ad calceos. F. et B. A.]

EXCIDIO, onis, f. eversio, excidium, Festus: Excidionem urbis a caedendo dictam manifestum

est. Pl. Curc. 4, 3, 2. Excidionem facere opidis.

EXCIDĪUM, ii, n. *ἀνάστασις, κακιστοροσύνη*, ruina et eversio urbis, aut provinciae, cum ferro et igni vastantur agri, caeduntur homines, moenia solo aequantur: item strages exercitus, eversio familiae etc. ab *ex*, et *scindo*, extrito s (unde et *excindo* pro *excindo* legitur, quemadmodum et *excidium* pro *excidium*), vel a *cado*: neque enim a *caedo* esse potest, cum secunda syllaba sit brevis. [\*Descendit haec vox a verbo *Excindo*, pro quo antique dicebatur *Excido*, penultima brevi. Hinc rectius scriberetur *Excidium*, iudice etiam Schneid. Elementarl. Tom. 11. p. 559. Non recte Drak. ad Liv. 5, 15. distinguendum censet inter *excidium* et *excidium*; antepenultima enim semper corripitur, quod fieri non posset, si esset a stirpe *caedo*.] Sall. fragm. ep. Mithrid. Cretenses impugnatii semel jam, neque finem, nisi excidio, habituri. Liv. 27, 39. f. Excidio urbis magnum terrorem ceteris injicere. Id. 29, 1. Carthaginis excidia agitabat animo. Virg. A. 10, 46. pro eversae fumantia Trojae Excidia obtestor. Id. ib. 8, 386. ferrum acutum in me excidiumque meorum. Hor. Od. 3, 16, 11. concidit auguris Argivi domus, ob lucrum Demersa excidio. Al. leg. *exitio*. Val. Fl. 5, 538. parare excidium. Justin. 8, 5. minari. Sil. 1, 12. moliri. Virg. A. 1, 26. Venire excidio Libyae. Stat. Th. 6, 96. aderat miserabile luco Excidium. Just. 32, 3. Quod sacrilegium causa excidii Caepioni, exercituique ejus postea fuit. Vell. 2, 98. Gentes ferocissimas, maximo cum eorum excidio, nunc acie, nunc expugnationibus, in pristinum pacis redegit modum. Tac. H. 1, 80. Seditio prope urbi excidio fuit. P. Metonymice dicitur de bello et armis, quae excidium inferunt. Virg. G. 2, 505. Petere excidii urbem. Val. Fl. 6, 394. Diluvio tali, paribusque Ariasmenos urget Excidiis. P. Pro casu, prociencia. Plin. 36, 21, 39. (ut quidem ex MSS. legit Hard.) Alioquin vulvae excidium fit. P. Pro occasu. Prud. Apoth. 694. rota lurida solis Haeret, et excidium sentit jam jamque futurum. P. [\*Confunduntur *Excidium* et *Exitium*. V. Drak. ad Liv. 5, 18, 12.]

EXCIDO, is, excidi, n. 3. *εξάλωω*, ex aliquo loco cado, decido, delabor: ab *ex*, et *cado*. [\*Excidit sors. Drak. ad Liv. 21, 42, 3. 23, 3, 7.] Pl. Bacch. 4, 4, 17. Num qui nummi exciderunt, here, tibi, quod sic terram obtuere? Cic. Att. 9, 10. ante med. Sol excidisse mihi e mundo videtur. Id. N. D. 2, 51. Cum animal ex utero elapsum excidit. Id. Pis. 9. ad f. Omnes illi nefarii gladii de manibus crudelissimis exciderunt. Ov. Fast. 5, 34. Excidit arce Deus. Verg. A. 6, 339. Exciderat puppi. Sen. Herc. Oet. 1163. Excidere equo. Prop. 4, 4, 20. Interque oblitus excidit urna manus. [\*Ov. Her. 16, 251. Tortilis e digitis excidit ansa meis. V. Ruhnck. ad Rut. Lup. 2, 7. p. 112.] Plin. 25, 6, 30. Cum Herculis pertractanti arma sagitta excidisset in pedem. Ovid. Ib. 540. Excidat ante pedes lingua resecta tuos. Sen. Thyest. 51. Nox atra fiat, excidat coelo dies. P. Translate *excidere aliqua re* est ea frustrari, amittere, non potiri, privari. Ter. Andr. 2, 5, 12. Herus, quantum audio, uxore excidit. [\*Ruhnck. ad h. l.] Curt. 10, 5. a. med. Se iterum captas, iterum excidisse regno. [\*Liv. Ep. 29. Masinissa exciderat regno.] Or. Met. 2, 328. Quem si non tenuit, magnis tamen excidit ausis. Quint. 2, 17. med. Excidere fine. Id. 1, 5. med. Gladia qui dixerunt, genere exciderunt, h. e. lapsi sunt, peccarunt. Sen. Clem. 2, 3. et Suet. Claud. 14. Excidere formula. [\*Gron. ad Sen. Epp. 122. Drak. ad Liv. 38, 9, 10.] Ponitur et pro concidere, deficere, perire. Prop. 3, 1, 63. At non ingenio quaesitum nomen ab aevo Excidet: ingenio stat sine morte decus. Ov. Met. 2, 601. Et pariter vultusque Deo, plectrumque, colorque Excidit. Et A. Am. 1, 539. Excidit illa metu, rupitque novissima verba. [\*V. Heins. ad Ov. Rem. Am. 348.] P. Item pro cedere, et mori. Prop. 3, 5, 7. primo miser excidit aevo. [\*Nota *excidere sibi*. Senec. Hippol. 589. Quis me dolori reddit, atque aestus graves reponit animo? Quam bene excideram mihi. Loquitur Phaedra quae animo defecerat. Cf. Heins. ad Ov. Rem. Am. 348.] P. Et pro effugere, effluere. Cic. ad Brut. 1, 10. Deinde ita multa peccata, ut quodammodo victoria excideret e manibus. P. Pro elabi, exire. Virg. G. 4, 409. atque ita vinclis excidet. P. Pro descendere, delabi. Virg. A. 9, 112. tum vox horrenda per auras Excidit. P. Pro exire, egredi. Id. A. 6, 686. et vox excidit ore: Venisti tandem etc. P. Hoc sensu saepe dicitur de iis, quae inconsulto ac temere effutuntur, aut invitis nobis eduntur. Id. A. 2, 658. tantumque nefas patrio excidit ore? Cic. Sull. 26. et Dom. 39. Ex isto ore religionis verbum excidere, aut elabi potest? Quint. 7, 2. Ne quis mihi putet temere excidisse, quod dixerim etc. Cic. Or. 1, 21. Quodam in libello, qui me imprudente et invito excidit. P. Pro verti, delabi, mutari in deterius. Hor. A. P. 282. in vitium libertas excidit. P. Saepere refertur ad memoriam, et significat oblitum



esse, curamve et cogitationem deposuisse. *Liv.* 27, 3. *f.* Inter multas magnasque res, quae occupabant cogitationes hominum, ne Tarentinae quidem arcis excidit memoria. *Id.* 29, 19. *extr.* Carthaginem atque Annibalem excidisse de memoria. *Virg. A.* 1, 29. Necdum etiam causae irarum, saevique dolores Exciderant animo. *Liv.* 34, 37. Exciderat pacis mentio ex omnium animis. *Ov. Pont.* 2, 4, 24. Excidit haec credam pectore posse tuo. *P* Et absolute. *Cic. Fam.* 6, 13. Quae cogitatio cum mihi non omnino excidisset (etenim penitus insederat) vi tamen etc. *Ov. Trist.* 4, 5, 10. Excidit heu nomen quam mihi paene tuum! *Id. Pont.* 2, 10, 8. Excidit tibi cura mei. *Id. Her.* 12, 71. Nostin? an exciderunt mecum loca? *Sen. Thyest.* 511. Excidunt odia animis. *Ov. Met.* 14, 139. Excidit, optarem juvenes quoque protinus annos: pro excidit, ut optarem: alii tamen leg. excidit, ut peterem. *P* Excidens, cui memoria excidit. *Quint.* 11, 2. *med.* Nam etiam excidentis, unius admonitione verbi in memoriam reponuntur. *P* Pro dissentire. *Lucil.* ap. *Non.* 4, 181. Metuo, ut fieri possit: egoque ab Archilocho excido. *P* [\*Confunduntur Excidere et Occidere. *Heins.* ad *Ovid. Trist.* 1, 6, 31.]

EXCIDO, is, idi, isum, a. 3. ἐκίρω, ἐκίρω, abscindo, excido, cadoendo eruo: ab ex, et caedo. *Lucr.* 5, 1265. Excidere silvas. [\**Cic. Fam.* 7, 20. Excidere lucum.] *Plin.* 17, 11, 16. radicem. [\**Ulp.* in *Dig.* 43, 27, 1, 2. Excidere arborem a stirpe. ubi alii excidere.] *Cels.* 8, 3. os. *Crass.* ap. *Cic. Or.* 3, 1. *extr.* Haec tibi est excidenda lingua. *Quint.* 9, 4. in. Excidere rubos arvis. *Cic. Off.* 2, 3. *extr.* lapides e terra. *Virg. A.* 1, 432. imanesque columnas Rupibus excidunt. *Colum.* 8, 17. Excidere stagnum in petra. *Plin.* 17, 16, 26. Scalpro cortices excidere. *Marcell. Dig.* 11, 8, 2. Partum mulieri excidere, h. e. dissecto ventre extrahere. *Ov. Fast.* 4, 361. Gallos, qui se excidere, vocamus, h. e. τὰ αἰδύα ἀνεκώφω. Adde *Ulp. Dig.* 48, 8, 4. *extr.* *P* Significat etiam diruere, evertere, excidio delere: *Curt.* 4, 13. Terras ure, vicos excidere. *Cic. Dom.* 23. *extr.* Urbes hostium solemus excidere. *Id. Sext.* 44. Aedes sacras, domos inimicorum oppugnare, excidere, incendere. [\**V. Duker.* ad *Flor.* 2, 2, 37. *Gron.* ad *Cic. Off.* 1, 22. *Drak.* ad *Liv.* 5, 15, 9.] *P* Translate. *Cic. Prov.* cons. 18. Medium illud tristissimum tempus si ex rerum natura non possem evellere, ex animo quidem certe excidere. *Brut.* inter epist. *Cic. ad Brut.* 1, 16. *med.* Qui illud malum exciderit, nihil, quo expleri possit eorum meritum, tributurum unquam populum R. [\**Sen. de ira* 3, 1. Excidere iram. *V. Gron.* ad *Sen. Clem.* 1, 1.] *Plin.* ep. 8, 18. Excidere aliquem numero civium, h. e. eximere, expellere. *P* [\*Confunduntur a librariis Excidere et Excindere. *V. Gron.* ad *Sen. de Clem.* 1, 1.]

EXCIEO, es, a. 2. ἐκάλω, excio, evoco. *Pl. Ps.* 5, 2, 1. Vox viri pessimi me exciet foras. [\**Cf. s. v. Excio.*]

EXCINDO. V. EXSCINDO.

EXCIO, is, ivi et ii, itum, a. 4. ἀνακλώ, foras moveo, elicio, excutio, commoveo. *Pl. Cist.* 1, 1, 114. Ut mihi excivisti lacrimas! *Virg. A.* 5, 789. Ipse mihi nuper Libycis tu testis in undis Quam molem subito excierit, h. e. procellam excitaverit. *Ov. Met.* 10, 710. suem latebris excivere canes. *Lucr.* 2, 329. Aere renidescit tellus, subterque virum vi Excitur pedibus sonitus. *Liv.* 3, 39. Excire tumultum. [\**At Liv.* 7, 11, 11. *Drak.* edidit: Tumultum exciere in hostium portis. *V. Drak.* ad h. 1.] *Festus.* Exciet, excutiet. *Pl. Curc.* 2, 3, 16. Eos ego si offendero, ex unoquoque eorum exciam cecipitum polentarium. *P* Item evoco, ἐκάλω. *Cic. Phil.* 12, 7. Juventutem omnem ex Italia excivimus. [\**Drak.* ad *Liv.* 7, 4, 28, 24, 4.] *Virg. Ecl.* 8, 98. animas imis excire sepulcris. *Liv.* 3, 2. Indignitas rei magis, quam periculum, consulem ab urbe excivit. [\**Drak.* ad *Liv.* 7, 39, 10.] *Id.* 32, 13. Excire homines sedibus suis. [\**et ex sedibus suis.* Nam utroque modo recte dicitur. *Drak.* ad *Liv.* 5, 45, 3.] *Id.* 2, 30. Vastandis agris hostem ad dimicandum acie excivit. *Lucan.* 6, 11. Excire aliquem in pugnam. *Stat. Th.* 4, 146. in arma. [\**et cum accusativo loci, in quem quis evocatur. Liv.* 3, 4, 5. Principibus coloniae Romam excitis. ubi vid. *Drak.*] *Pl. Trin.* 5, 2, 52. aliquem foras. *Liv.* 4, 27. ex somno aliquem. *Tac. A.* 1, 51. Excivit ea caedes Bructeros, Tubantes etc. *Lucr.* 4, 40. Quae nos horrifice languentes saepe sopore Excierunt. *Curt.* 8, 2. Liberiorem poenitentiam solitudo exciebat. *P* Excibat pro exciebat habet *Liv.* 32, 13. et *Sil.* 9, 182., quod in quartae conjugat. verbis frequens est. *P* [Partic. Excians ap. *Suet. Claud.* 21. Exciente buccina Tritone argenteo. Excendus ap. *Liv.* 36, 7. Inter cetera, quae ad exciendum in Graeciam Antiochum dicere est solitus. *F.*] *P* [\*Confunduntur Excire et Exire. *Drak.* ad *Liv.* 5, 34, 4.]

[\*EXCIPĀBŪLUM, i, n. id, quod excipit, ve-  
Tom. II.

ri, propter vim tempestatis, excipere non potuisent. *Cels.* 7, 12. Tum dens, si fieri potest, manu; si minus, forcipe excipiendus est. *P* Item consequi, percipere. *Cic. Att.* 1, 14. Posteaquam vidit, illum excepisse laudem ex eo, quod etc. *P* Item sequi, succedere. *Cic. Sext.* 68. *f.* Herculis vitam et virtutem immortalitas excepisse dicitur. *Liv.* 5, 13. Tristem hiemem pestilens aestas excepit. [\**Drak.* ad *Liv.* 2, 61, 1.] *Id.* 2, 61. Turbulentior inde annus excepit. *Flor.* 1, 3. Excipit Pompilium Numam Tullus Hostilius. *Plin.* 21, 11, 39. Violis succedit rosa: rosam cyanus excipit, cyanum amarantus. *P* [\**Et proinde: spatio contiguum esse. Cic. N. D.* 2, 54. Linguam ad radices ejus haerens excipit stomachus.] *P* Item rem ab alio interruptam, vel omissam suscipere, et continuare. *Liv.* 38, 22. Ut, primis forte deturbatis, secundi et tegant pulsos, et integri pugnam excipiant. [\**V. Drak.* ad *Liv.* 30, 18, 9.] *Just.* 11, 5. Excipere vices alicujus. *Cic. Sen.* 6. Sed memoriam illius viri excipient omnes anni consequentes. Cum infinito. *Sil.* 13, 687. Excipit inde suos frater conjungere casus. *P* Praeterea excipi dicuntur, quae alteri rei miscentur. *Cels.* 5, 18. n. 20. Calcis, spumae nitri, piperis etc. quae excipiuntur cerato ex rosa facto. Et *ib.* 25. n. 5. Croci, anisi, myrrhae, singulorum P. 1. miscentur, excipiunturque vino veteri. Adde n. 6. et 12. *P* Saepae excipere significat subtrahere, eximere, *Virg. A.* 9, 270. ipsum illum clypeum, cristasque rubentes Excipiam sorti. *Tac. Agric.* 15. Nihil jam cupiditati, nihil libidini exceptum. *P* [\*Inprimis in venditione aut locatione est aliquid recipere s. retinere, cavere ne id venditione comprehendatur, quod hodie barbare dicunt sibi reservare. *Paul.* in *Dig.* 18, 1, 76. Dolia, si non sint nominatim in venditione excepta, venditioni cedunt. *Javol.* in *Dig.* 18, 1, 77. Nemo nec vendit, nec excipit, quod non est. — Hinc elegans locutio: manus injectionem excipere. Solebant enim, qui alienabant rem, sibi interdum servare jus rem alienatam perinde, ac si emptor eam fiduciario tantum jure accepisset, certis casibus propria auctoritate repetendi. *Vid. Gron.* ad *Sen. Cons. Marc.* 10.] Item excludere, *Cic. Cat.* 4, 7. Hosce ego homines excipio et secerno libenter. *Id. Agr.* 2, 8. *f.* Licinia est lex, quae non modo eum, qui etc. sed etiam collegas ejus, cognatos, affines excipit, ne eis ea postestas, curatiove mandetur. (Adde *Liv.* 3, 30.) *Id. Q. Fr.* 1, 1, 13. In summis tuis laudibus excipiunt unam iracundiam. *Id. Div.* 1, 39. *s. f.* Excepi de antiquis, praeter Xenophanem, neminem. *Pl. Mil.* 2, 2, 12. Senex talos elidi jussit conservis meis: sed me excepit. *P* Item nominatim includere, aut cavere. *Plin.* 29, 1, 8. Et cum Graecos Italia pellerent, excipisse medicos. *Id.* 14, 1, 3. Vites in tantum sublimis, ut vindemitor auctoratus rogum ac tumulum excipiat, h. e. caveat, et paciscatur, ut rogus sibi ac tumulus impensa ejus paratur, cui vindemiano inservit: idque ob evidens periculum casus in tantum altitudine. *Cic. Q. Fr.* 1, 1, 9. Cum nominatim lex exciperet, ut ad templum monumentumque (pecunias) capere liceret. *Liv.* 5, 14. Perinde ac si omnes candidati essent, non homines modo, sed Deos etiam excipiebant, h. e. includebant, in suas partes trahebant, Deos et religionem assumebant ad petitionem roborandam. Sunt qui lectionem sollicitant. *P* [\*Item excipere aliquem, i. e. alicui respondere. *Ov. Met.* 5, 260. Excipit Uranie. ubi vid. *Ciof.*] *P* Apud JCTOS aliquando significat, exceptione uti, exceptionem opponere. V. EXCEPTIO. *Cels. Dig.* 22, 3, 9. Verum est, quod qui excipit, probare debeat quod excipitur. *Ulp. ib.* 18. Imposita probatione, non ei, qui excepit, se non respondisse, sed actori. *Id. ib.* 44, 4, 4. *med.* In hac exceptione et de dolo servi excipere possumus. *African. ib.* 16, 1, 17. Excipere adversus aliquem. *Papin. ib.* 26, 7, 37. periculi societatem, h. e. opponere exceptionem periculi societatis. *P* [Part. Excipiens ap. *Cic. Div.* 1, 7. Nihil est, quod longinquitas temporis, excipiente memoria, assequi non possit. *Excepturus* ap. *Liv.* 36, 5. Petebat, ne se primos impetus Romanorum excepturos temere in causam deduceret. *F.*] *P* [\*Confunduntur a librariis Excipere et accipere. *V. Tschuk.* ad *Eutr.* 3, 10. *Drak.* ad *Liv.* 4, 43, 9. — Porro Excipere et Eripere. *Drak.* ad *Liv.* 37, 26, 13. — Et suscipere. *Ov. Fast.* 6, 246.]

EXCIPULA, ae, f. vel Excipulum, i, n. (utroque enim modo in *Glossis* legitur) ἐκδοχίων, vas, aut quippiam simile, quod sit excipiendum aptum. *Plin.* 25, 7, 39. de herba euphorbia. Vis tanta est, ut e longinquo succus excipiatur: incisae conto, subditis excipulis ventriculo haedino humor lactis videtur effluere. *P* Item instrumentum, quo aliquid intercipitur, ut septum ex viminibus contextum, vel fossa depressior in ripa ad capiendos pisces. *Id.* 9, 22, 38. de anguillis. Fluctibus glomeratae volvuntur, in tantum mirabili multitudine, ut in excipulis ejus fluminis, ob hoc ipsum fabricatis, singulorum millium globi reperiantur.

EXCIPUUM, quod excipitur, ut praecipuum, quod ante capitur. *Festus.*

EXCISIO, onis, f. *ἐξομή*, actus excidendi, ever- sio, excidio. *Cic. Dom. 58.* Bonorum direptio, tectorum excisio, depopulatio praediorum. *Id. Har. resp. 2.* Excisionem, inflammationem, ever- sionem, depopulationem, vastitatem tectis atque agris inferre. *P [\*Pall. 3, 30.* Amurca refrige- rata plagae excisio perlinetur, pro plaga excisa.]

[EXCISOR, oris, m. qui excidit. *Gloss. Philox.* Excisor, *ἐξομῆς*. F.]

EXCISORIUS, a, um, adj. ad excidendum per- tinens, ut Excisarius scalper, *ἐξομῆς*. *Cels. 8, 3.* Tum excisarius scalper adactus id excidit.

EXCISATUS, lanatus, vulneratus. *Plautus in fragm.* Capillo scisso, atque excissatis auri- bus. *Ita Non. 2, 309.* Alii malunt *excisatus* ab *excisus*.

EXCISUS, a, um, part. ab *excido*, *ἐξετεμνόμενος*, caesus, abscissus. *Virg. A. 2, 481.* Trabs excisa bipenni. *Plin. 33, 3, 14.* Excisum caput. *Ob. Pont. 3, 1, 96.* Excisa pelta, h. e. circumcisa. *Vell. 2, 115.* Excisi agri, h. e. caesis arboribus vastati. *Et 120.* Excisus exercitus. *Et 122.* Ex- cisa Germania, h. e. multis belli cladibus affecta. *Senec. Excerpt. contr. decl. 10, 4, f.* Habere exci- sorum greges, h. e. marium exsectorum. *P Item excidendo elaboratus. Plin. 36, 9, 14, n. 3.* Ex- ciscus obeliscus. *Et ib. 15, 24, n. 12.* Excisae in- ter montes viae. *Virg. A. 6, 42.* Excisum Eubo- icae latus ingens rupis in antrum. *Plin. 33, 11, 49.* Vasa anaglypta in asperitatem excisa, h. e. ut *Virg. ait A. 9, 263.* aspera signis. *P Item di- rurus, eversus. Hor. Od. 3, 3, 67.* Murus exci- sus. *Cic. Sext. 15, extr.* Urbs excisa et eversa.

EXCITABILIS, e, adject. *ἐξεργητός*, excitans. *Coel. Aurel. Tard. 1, 5, f.* Modulatio jucunda et excitabilis.

EXCITATE, adv. vehementer. *Quint. 9, 3.* Multa tamen hoc utroque excitatius junguntur in- terim schemata. *Plin. 37, 7, 31.* Ex his autem (gemmis) mares excitatius fulgent, feminae pigri- ores sunt, et crassius nitent. *Ammian. 18, 8.* Hostesque adesse, excitatius adesse, excitatius cla- mitantes.

EXCITATIO, onis, f. *ἐξέγερσις*, actus excitandi. *Arnob. 7, 237.* Quid sibi volunt excitationes illae, quas canitis matutini, collatis ad tibiam vocibus?

EXCITATOR, oris, m. qui excitat, *ἀλλεργητής*. *Prud. Cathem. 1, 3.* Nos excitator mentium Jam Christus ad vitam vocat.

EXCITATUS, a, um, part. ab *excito*, *ἐξεγερθείς*, *ἀνοσοῦντος*, expergefactus, commotus, incitatus. *Nep. Alcib. 10.* Sonitu flammae excitatus. *Curt. 7, 11, f.* Velut ex alto sopore excitati. *Id. 8, 14.* Ad notam vocem excitatus. *Gell. 2, 30, f.* Fluc- tus ab aquilone excitati. *P In re venatica. Phaedr. 2, 8.* Cervus nemorosus excitatus latibu- lis, expulsus. *Et Sen. Hipp. 110.* Juvat excitatas consequi cursu feras. V. EXCITO. *P Translate. Cic. ad Brut. 1, 10.* Erector senatus erat, non sententiis solum nostris, sed etiam cohortationibus excitatus. *Caes. B. G. 6, 13.* Tantis excitati praemiis. *Id. B. C. 1, 57.* Spe libertatis excitati. *Et ib. 2, 4.* Virginum precibus et fletu excitati, ut civitati subvenirent. *Cic. Cluent. 62.* Excitatus pietate ad accusandum. *P Item sublatus, erectus, elatus. Curt. 7, 5.* Caligo immodico terrae fer- vore excitata. *Id. 8, 2, med.* Excitata moles. *Plin. 30, 5, 12.* Excitata a talpis terra. *Id. 7, 26, 27.* Excitata tropaea. *Varr. L. L. 6, 3, f.* Excitatum verberibus corpus. *Cic. N. D. 2, 56.* Deus homines humo excitatos, celsos et erectos constituit. *P Translate. Id. Fam. 2, 16.* Qui ab excitata fortuna ad inclinam et prope jacen- tem desciscerem. *P Item surgere jussus, et coac- tus. Mart. 5, 14.* Bis excitatus, terque, trans- tulit castra. *P Translate est concitatus, vehe- mens. Cic. Somn. Scip. 5.* Summus ille coeli stellifer cursus, cujus conversio est concitatio, acuto et excitato movetur sono. *Liv. 4, 37, med.* Clamor excitator erebriorque ab hoste sublatus, ab Romanis dissonus, impar, segnis. *Plin. 20, 17, 71.* Gith optimum quam excitatissimi odoris. *Quint. 12, 10, med.* Ac sunt, qui haec excitatiora lumina a componendis orationibus excludenda arbitrentur, h. e. sententias, quae feriunt animum, et uno ictu frequenter impellunt, ut *ib. ipse loquitur.* *P [\*Confunduntur a librariis Excitatus et Exercitatus. Gron. ad Sen. Contr. 23.]*

EXCITO, as, avi, atum, a. 1. (idem quod *excito*) frequentativum ab *excio*, *is, ivi, itum*, asser- tum eunt quidam illo *Sili 5, 191.* ceu ductor ad arma Excitet Tyrius. At *exciret* reponunt ex *MSS. Heinsius*, et alii.

EXCITO, as, avi, atum, a. 1. *ἀποκινέω*, *ἐξέγει- ρω*, extra moveo, evoco. *Pl. Amph. 1, 1, 9.* He- rus me hoc noctis a portu ingratis excitavit. *P [\*Excitari proprie dicuntur, qui per otium, ignaviam vel similes causas manent in occulto ac proferre se nolunt. Drak. ad Liv. 8, 10, 3.] Id. Rud. 1, 5, 2.* Vox precantum me huc foras excitavit. *[\*Quint. Inst. 12, 2.* Adhibitus ei coenae Simoni-

des nuntio est excitatus. V. *Gron. ad Sen. de Trang. An. 14.* *Torrent. ad Suet. Aug. 14.* *P Excitari* eleganter dicitur etiam is qui admonetur, ut surgat et ad dicendum prodeat. *Liv. 9, 8.* Haud sum ignarus, ignominiae, non honoris causa me primum excitatum, jussumque dicere. V. *Ruhn. ad Rut. Lup. p. 105.] Cic. Somn. Scip. 2, extr.* Quaesio, ne me e somno excitetis. *[\*Drak. ad Liv. 5, 47, 3.] Curt. 4, 13.* Nempe excitare vigiles soles. *Catull. 17, 24.* Excitare veterum, h. e. discutere. *Sil. 7, 306* aliquem in curas. *[\*Eleganter etiam ipsae curae aliquem excitare, h. e. somnum ei rapere dicuntur. Turpil. ap. Don. de Metr. Com. p. 1326.* Ut solent, me curae somno segregant, For- rasque noctis excitant silentio] *Plin. 10, 21, 24.* Gallos excitandis in opera mortalibus natura genuit. *P Et translate [\*Elicio, gigno. Cic. Or. 2, 21.* Nova sarmenta cultura excitantur. *Pall. Nov. 13, 3.* Excitantur pascua in novalibus.] *P Moveo, commoveo. Catull. 39, 3.* cum orator ex- citat fletum Renidet ille. *Et 40, 4.* Excitare ri- xam. *Cic. Phil. 3, 9.* risum. *[\*Cic. Sext. 57.* Excitare fletum etiam inimicis atque invidis.] *Id. Marcell. 6.* bellum civile. *Id. Har. resp. 3.* tempe- statem. *Coel. ad Cic. Fam. 8, 10.* varios sermo- nes. *Id. Sext. 18.* suspicionem alicui. *Id. ib. 58.* plausum. *Id. Off. 1, 5.* Facies honesti si oculis cerneretur, mirabiles amores excitaret sapientiae. *Id. Mil. 7.* Nunc ejusdem Appiae nomen quantas tragoedias excitat! *[\*Cic. pro Planc. 18, 44.* Bo- norum omnium vim ac dolorem excitantur, ubi *Wunder. p. 137.* Rarum dicendi genus pro: impu- lerunt bonos, ut vehementer in eos qui haec face- rent animadvertendum putarent. Nec usurpatorum fuisse Ciceronem puto, si non adjectum verbum *doloris* esset.] *P Et renovare, et quodammodo reviviscere facere. Cic. Or. 10, f.* Excitare alicui memoriam illi caram. (Adde *Liv. 10, 30.*) *Id. Top. 1, f.* Ut mea diligentia mandatorum tuorum te quoque ad memoriam nostrarum rerum excita- rem. *P Et in vitam revocare. Id. Verr. 2, 5, 49.* Quasi ego excitare filium ejus ab inferis possem. *Id. Or. 1, 57.* Aliquem dicendo a mortuis excita- re. *P Proprie significat etiam expellere. Quint. 3, 6, med.* Si excitatus fuerit de spectaculis, et ager injuriarum. *Cic. Off. 3, 17.* Excitare et agi- tare feras, h. e. de suis cubilibus ejicere, et per- sequi. Adde *Petr. Sat. 131.* et *Phaedr. 2, 8, V.*

EXAGITATUS. *P Item surgere facere. Cic. Or. 2, 28.* Non dubitavit excitare reum consularem, et ejus diloricare tunicam. Adde *47.* et *Liv. 9, 8.* *[\*Cic. Rab. Post. 2.* Testes excitare.] *P Item erigere, aedificare. Cic. Leg. 2, 27.* Excitare se- pulerum e lapide. *Caes. B. G. 5, 39.* Ex ea ma- teria turres CXX excitantur. *Suet. Claud. 1.* Exer- citus honorarium ei tumulum excitavit. *Cic. N. D. 2, 46.* Vapores, qui a sole ex aquis excitantur. *Cels. 8, 4, med.* Altius excitare caput. *Senec. ep. 52.* Excitare aedificium. *Flor. 1, 1.* urbem. *Prud. Cathem. 4, 70.* faciem in coelum. *P Translate. [\*Cic. Sext. 2.* Quibus fundamentis hae laudes ex- citatae sint. Ubi subjungitur *excitatae*, quod praec- cessit *fundamentis.*] *Cic. Fin. 4, 7.* Principiis a natura datis amplitudines quaedam bonorum exci- tabuntur, h. e. superstruentur. *Id. Marcell. 8.* Omnia sunt excitanda tibi, C. Caesar, uni, quae jacere sentis, belli impetu percussa, atque prostra- ta. *Id. Amic. 16.* Amici jacentem animum excita- re, h. e. confirmare, erigere, sublevare. *Id. Att. 1, 13, med.* Confirmare, excitare afflictos. *P Item suscitare, accendere. Caes. B. G. 7, 24.* Ex- citare ignem. *Juven. 3, 262.* Bucca foculum exci- tat. *Virg. G. 4, 549.* monstratas excitat aras. *Lucan. 8, 776.* Excitat invalidas admoto fomite flammam. *[\*Heins. ad Ov. Fast. 5, 507.] P Et translate. [\*Ulp. in Dig. 48, 5, 29, 5.* Ne crimen quinqueennio continuo sopitum excitetur, ubi at- tende ad adjectum *sopitum*, quod metaphorae origi- nem nos docet. *Id. ib. 26.* Derelictam a ma- rito accusationem ab alio excitari utile est.] *Virg. A. 2, 594.* quis indomitas tantus dolor excitat iras? *Cic. Manil. 2.* Excitare atque inflammare animos. *Id. Phil. 7, 1.* Quae provincia est, ex qua illa fax excitare non posset incendium? *Id. Or. 1, 46.* Motus in animis hominum vel excitare, vel sedare. *P Saepae est incitare, hortari, allicere, invitare, stimulos admoveo. Cic. Fam. 6, 1, med.* Me cum esse, quem solitus esses auctoritate tua cunctan- tem et diffidentem excitare. *Id. Off. 2, 6.* Homi- num studia ad utilitates nostras allicere atque exci- tare. *Id. Planc. 24, f.* Excitare aliquem ad la- borem, et laudem. *Et 28, f.* Ad alicujus salutem defendendam caritate stimulari atque excitari. *Caes. B. G. 7, 80.* Et laudis cupiditas, et timor igno- miniae ad virtutem excitabat. (Adde *6, 13.*) *Et ib. 3, 26.* Praemiis et pollicitationibus excitare. *Liv. 1, 39.* Erudire puerum iis artibus, quibus ingenia ad magnae fortunae cultum excitantur. *Cic. Fin. 5, 24.* Excitari saepe gloria. *Al. leg. spe gloriae. Id. Fam. 15, 21, f.* Excitare et acue- re, *Caes. B. G. 7, 79.* Omnium animi ad lacti- tiam excitantur. *Et ib. 3, 10.* ad bellum. *P Item acere. Plin. 20, 5, 17.* Siser stomachum

excitat, fastidium absterget. *Et 23, 1, 7.* Uvae in ollis servatae excitant os, stomachum, avidita- tem. *Id. 14, 19, 24.* Sale excitare lenitatem vini. *Id. 27, 9, 58.* ubertatem lactis. *Id. 35, 5, 11.* colores. V. INCITO. *P [Part. Excitatus ap. Plin. ep. 6, 20.* Surgebam invicem, si quiesceret, excitatu- rus. F.] *P [\*Confunduntur Excitare et Exercitare. Drak. ad Liv. 39, 1, 5. — Excitari et Excuti. Heins. ad Ov. Her. 13, 111.]*

EXCITUS, a, um, part. ab *excio*, excitatus, incitatus. *Virg. A. 4, 301.* Thyas commotis exci- ta sacris. *Id. 7, 376.* furit ingentibus excita monstris. *Or. Met. 2, 779.* Nec fruitur somno vigilacibus excita curis. *Prud. aeg. orep. 3, 96.* Talibus excitus in furias Praetor. *Sall. Cat. 15.* et 38. Conscientia mentem excitam vexabat. *Virg. A. 7, 722.* pulsuque pedum trenit excita tellus. *P Excitus, a, um, ab excio, evocatus. Virg. A. 10, 38.* ventosque furentes Aeolia excitos. *Auct. B. Hisp. 4.* Pompejus litteris fratris excitus. *[\*Drak. ad Liv. 27, 12, 7.] Lucan. 5, 498.* Ex- citus vocibus. *[\*Excitus tumultu. Liv. 10, 33, 1.* ubi vid. *Drak.] Sil. 7, 634.* nepotum excitus prece. *Curt. 10, 8, med.* E regia Philippus excitus. *Et 3, 2.* Tot gentium excita sedibus suis moles. *[\*Drak. ad Liv. 5, 8, 7.] Lucan. 1, 239.* stratis excita juvenus. *P [\*Confunduntur Excitus et Excitatus. Drak. ad Liv. 28, 24, 4. — et Exer- citus. Id. ad Liv. 5, 26, 7. — et Exutus. Id. ad Liv. 9, 31, 12.]*

EXCITUS, us, m. actus exciendi, evocatio. In sexto casu singul. *Appul. Met. 6, p. 184.* Quae vocis exitu procurrans, videt etc.

EXCLAMATIO, onis, f. *ἐκπρόσητος*, actus exclamandi. *Auct. ad Her. 3, 12.* Acutus vocis exclamations vitare. *P Est etiam figura rhetorum, quae, ut Id. 4, 15.* definit, conficit significationem doloris, aut indignationis alicujus, per hominis, aut urbis, aut loci, aut rei cuiuspiam compella- tionem. Neque solum pro adverbium o effertur, verum etiam sine eo. V. *ib. exempla, et ap. Plin. ep. 2, 10.* *P A Cic. Or. 3, 54.* et *Or. 39.* inter figuras verborum enumeratur: a *Quint. vero 9, 3.* s. f. inter sententiarum, *affectus enim est, inquit.*

EXCLAMATUS, a, um, part. ab *exclamo*, cla- mando vocatus. *Coel. Aurel. Acut. 2, 6.* Excitare aliquem suo nomine exclamatum.

EXCLAMO, as, avi, atum, a. 1. *ἀναβοάω*, voci- feror, et quasi e medio pectore vocem maximam emitto: quod aut doloris, aut admirationis, aut indignationis causa fieri solet. *Absolute Cic. Tusc. 2, 23, extr.* In stadio cursores exclamant quam maxime possunt. *Et 24.* Qui volunt exclamare majus, num satis habent latera, fauces, linguam intendere? *Pl. Most. 2, 2, 57.* Itaque ille exclam- dam derepente maximum. *Id. Capt. 3, 2, 11.* Tandem hic exclamat, eum sibi esse sodalem. *Id. Trin. 3, 2, 79.* Non enim possum quin exclamem: euge, euge, Lysiteles! facile palmam habes. *Cic. N. D. 2, 6.* Itaque mihi libet exclamare, ut Sta- tius in Synephebis, Pro Deum etc. *Id. Or. 50.* Conciones saepe exclamare vidi, cum apte verba cecidissent, h. e. acclamare. *P Cum accusativo. Quint. 2, 11.* Qui multa memoria digna exclama- verunt, h. e. declamando recitantur. *Plin. 34, 18, 50.* Nero, lamina pectori imposita, sub ea cantica exclamans. *P Exclamare aliquem est exclamando vocare. Anton. ap. Cic. Phil. 2, 12.* M. Brutus cruentum pugionem tenens, Ciceronem exclamavit. *Pl. Amph. 5, 1, 68.* Voce clara exclamat uxorem tuam. *P Translate. Stat. Theb. 6, 202.* Jam face subjecta primis in frondibus ignis exclamat, h. e. crepitat. *Juven. 6, 423.* dominae femur exclamare coegit, h. e. sonitum edere. *P [Part. Exclamaturus ap. Quint. decl. 19, 15.* Singultus similis Exclamatorio nescio quid. F.]

EXCLARO, as, a. 1. *Vitr. 1, 2, f.* Ea coeli regio neque exclaratur, neque obscuratur solis cursu.

[EXCLINO, as, a. 1. extra inclino. *Not. Tir. p. 109.* Clinat, inclinat, exclinat. F.]

EXCLUDO, is, usi, usum, a. 3. *ἀποκλείω*, *ἐκ- κλείω*, extra claudio, arceo, prohibeo. *Ter. Eun. 1, 2, 18.* Excludit hunc foras. (Al. leg. *excludi* pro *exclusisti*) et 79. Ego excludor, ille recipitur. *[\*Excludere proprium est verbum in re meretricia: non admittere. Ruhn. ad Xen. Memor. 3, 11, 18.* ad *Ter. Eun. 1, 1, 4.] Hor. Od. 2, 15, 9.* spissa ramis laurea fervidos Excludit ictus, h. e. arcebit solem. *[\*Ulp. in Dig. 39, 3, 2.* Opus quod quis fecit, ut aquam excluderet, quae exundante palude in agrum reflere solet.] *Cic. Balb. 17.* Gaditani Poenos moenibus excluderunt. *Pomp. ad Domit. post ep. 12, l. 8.* ad *Att. Ut te mecum conjungeres, priusquam Caesar aut tuum iter impedire, aut me abs te excludere posset. Cic. Fam. 5, 15.* Ipsae illae excludere me a portu et perfugio videntur. *Nep. Them. 5.* Ut reditu in Asiam excluderetur. *Caes. B. C. 3, 78.* Omni maritima ora hostem excludere. *[\*Alia exempla dant. Gron. et Drak. ad Liv. 22, 52, 1.] Et B. G. 7, 55.* Re frumentaria Romanos excludere. *Stat. Theb. 8, 412.* Excludere diem telis, stant ferrea coelo Nubila, h. e. impedi-

vere, sustulere lucem. P Item separo, distermi-  
no. *Plin.* 5, 24, 20. Euphrates Armeniae regiones  
a Cappadocia excludens. P Item excipio. *Cic.*  
*Fam.* 1, 1. Crassus tres legatos decernit, nec ex-  
cludit Pompejum. *Suet. Ner.* 23. Illos, ut sapien-  
tes et doctos viros, debere fortuita excludere. P  
Item emitto, ejicio, effundo. *Ter. Phorm.* 5, 7,  
96. et *Pl. Ps.* 1, 5, 95. Excludito mihi oculum,  
si dedero. *Scrib. Compos.* 84. In utramque par-  
tem liquorem excludere. *Paul. Dig.* 10, 4, 6.  
Gemma inclusa auro vindicari non potest; sed ut  
excludatur, agi potest. *Cic. Or.* 15. Cum animos  
prima aggressione occupaverit, infirmabit, exclu-  
detque contraria. P Hoc sensu saepe dicitur de  
avibus incubantibus, et fovendo ova emittentibus  
pultos. *Cic. N. D.* 2, 52. Gallinae avesque reli-  
quae, cum ex ovis pullos excluderint, ita tumentur  
etc. [\*Facete hoc transfertur. *Or.* 3, 21. ad dis-  
cipulos rhetoris: Coracem istum patiamur pullos  
suos in nido excludere, qui evolent, ubi simul in  
significatione nominis *Coracis* i. e. corvi luditur.]  
P Est etiam repellere, remove. *Cic. Or.* 1, 11.  
Repelli oratorem a gubernaculis civitatum, excludi  
ab omni doctrina. Et 37. Petitor rursus cum per-  
teret, exceptione excluderetur. *Id. Inv.* 2, 19.  
Praetoris exceptionibus multae excluduntur actio-  
nes. *Id. Phil.* 5, 7. Excludere consuetudinem li-  
bere dicendi. Et 11. Excluserit illum a republica,  
distraxit, segregavit scelus ipsius. *Id. Cluent.* 11.  
Excludi ab hereditate fraterna. *Id. Coel.* 9. Si  
qui se in hoc iudicium forte projecerint, excludi-  
tote eorum cupiditatem, iudices, sapientia vestra.  
Et 17. *extr.* Excludere auribus omnem suavitatem.  
*Id. Agr.* 2, 22. Qui honore decemviratus nomina-  
tim excluditur. *Lucil.* ap. *Non.* 4, 180. Qua vir-  
tute servitutum excluderit. [\**Cic. de harusp. resp.*  
21, 45. Quod affinis et sodalis excluderat, i. e.  
rejecerat.] P Pro impedire. *Cic. Verr.* 2, 1, 56.  
*extr.* Locat circiter Idus Septemb., temporibus  
excluduntur omnes. [\**Nep. Themist.* 5. Excludi  
reditu in Asiam, h. e. itinere intercluso redire non  
posse.] V. EXCLUSUS. P Pro negare. *Cic.*  
*Har. resp.* 21. Quod Metellus principi Pompejo  
sententiam dicenti excluderat. Al. leg. *principe di-  
cente:* alii excusserat. P Pro claudere, finire.  
*Stat. in epist. praefixa Silo.* 2. Excludit volumen  
Genethliacum Lucani. P [Part. *Exclusurus* apud  
*Tibull.* 2, 3, 73. nulla exclusura dolentes Janua.  
*Excludendus* ap. *Colum.* 8, 10. Quae fovent ova,  
totum tempus fecunditatis aut excludendis, aut et-  
iam educandis pullis consumunt. F.]  
EXCLUSIO, onis, f. actus excludendi, ἀποκλει-  
σις. *Ter. Eun.* 1, 2, 8. Ceterum de exclusione  
verbum nullum. *Vitr.* 1, 6. Exclusio ventorum.  
*Ulp. Dig.* 44, 1, 2. Exceptio est quasi quaedam  
exclusio, quae interponi actioni ejusque rei solet.  
EXCLUSOR, oris, m. qui excludit. *Augustin.*  
*serm.* 37. de verb. *Dom.* 2. Christus daemoniorum  
exclusor, h. e. expulsor.  
EXCLUSORIUS, a, um, adj. ad excludendum  
pertinens. *Ulp. Dig.* 44, 1, 2. Illud tenendum  
est, omnem exceptionem, vel replicationem exclu-  
soria esse: exceptio actorem excludit, replicatio  
reum.  
EXCLUSUS, a, um, part. ab *excludo*, ἀποκλει-  
σθῆναι, extra clausus, prohibitus, separatus. *Cic.*  
*Cluent.* 62. Vagus, et exsul, et undique exclusus.  
*Caes. B. C.* 3, 21. Exclusus Capua. *Virg. A.* 9,  
726. Moenibus exclusi. *Hor. Sat.* 1, 2, 67. Ex-  
clusus fore. *Or. Amor.* 1, 8, 78. Audiat exclusi  
verba receptus amans. *Pl. joculariter Men.* 4, 3,  
24. Abiit intro, ocluit aedes: nunc ego sum  
exclusissimus. P Item impeditus. *Caes. B. G.* 7,  
11. Castris ante oppidum positis, diei tempore ex-  
clusus, in posterum oppugnationem differt. Adde  
*ib.* 6, 30. P Item repulsus, prohibitus. *Cic.*  
*Verr.* 2, 5, 45. Matres ab extremo complexu li-  
berum exclusae. *Id. Balb.* 9. Socii exclusi prae-  
miis et honoribus. *Stat. Silo.* 3, 3, 106. animo-  
que exclusa voluptas. P Item emissus, editus.  
*Cic. N. D.* 2, 48. et *Colum.* 8, 5. et 14. Exclusi  
pulli.  
EXCOCTIO, onis, f. actus excoquendi. *Imp.*  
*Theod. et Val. Cod.* 12, 16, 3. Excoctio calcis.  
*Imp. Arcad. et Honor. ib.* 39, 1. panis.  
EXCOCTOR. V. EXCEPTOR.  
EXCOCTUS, a, um, part. ab *excoquo*, probe co-  
ctus. *Varr. L. L.* 4, 22. Excoctum parum habet  
succum. *Ter. Ad.* 5, 3, 63. Tam excoctam reddam  
(*ancillam*) atque atram, quam carbo est. *Gell.* 6,  
5. s. f. Argentum excoctum, i. e. purgatum. *Plin.*  
*Pan.* 52. Truces horrendaeque imagines abjectae,  
excoctaeque flammis. *Plin. alter* 18, 7, 18. Ex-  
cocta maturitas hordei, h. e. hordeum nimis ma-  
turum.  
EXCODICO, as, a. 1. est circa vitium codicem  
dolabra terram aperire, et purgatis omnibus velut  
lacus efficere, ut solis calore, et imbris provo-  
centur, ut exponit *Pallad.* 2. P Latine est  
*ablaqueare*, quod Itali *excodicare* dicunt, teste  
*Pall. ib.* P Apud *Fest.* in *Repastinari* dicitur *ager*  
*silvester excodicari*, latiori significatione, cum stir-  
pes ex eo inutiles evelluntur. Hinc pro extirpare

usurpatur in veteri lege ap. *Front. Aquaed.* 129,  
ubi alii leg. *excorticare*. P Legitur et *excaudico*,  
et quidem translate, apud *Tertull. Pudic.* 16. Ut  
intelligas, quanta securi censurae Apostolus omnem  
silvam libidinum caedat, et eradicet, et excaudicet.  
EXCOGITATIO, onis, f. actus excogitandi, ἐπι-  
νοήσις. *Cic. Tusc.* 1, 25. Quid illa vis, quae tan-  
dem est, quae investigat occulta, quae inventio at-  
que excogitatio dicitur? *Id. Or.* 2, 27. f. Illa,  
quae tota ab oratore pariuntur, excogitationem non  
habent difficilem, h. e. facilia inventu sunt.  
EXCOGITATOR, oris, m. ἀνοήσις, qui excog-  
itat, *Quint. decl.* 10, 7. Sic magum protinus,  
nescia matre, excogitator hic mortis alterius advocat.  
*Arnob.* 3, 119. Verborum excogitator et  
nominum.  
EXCOGITATUS, a, um, part. ab *excogito*, ἐπι-  
νοημένος, cogitando inventus. *Cic. Cluent.* 13.  
Ratio excogitata Larini est: res translata Romam.  
[\**Cic. Or.* 67. O callidos homines, o rem excogi-  
tatam, h. e. callide inventam. *Hort. fr.* Qui crudelitate  
excogitata necabantur.] *Curt.* 4, 2. Fer-  
reae manus, corvique, et alia tuendis urbibus ex-  
cogitata. *Suet. Cal.* 22. Templum etiam numini  
suo proprium, et sacerdotes, et excogitissimas  
hostias instituit, h. e. exquisitissimas.  
EXCOGITATUS, us, m. idem quod excogitatio.  
In sexto casu sing. *Gell.* 5, 10. *extr.* Captionis  
versutae excogitatu frustratus. Al. leg. *versute ex-  
cogitatu*.  
EXCOGITO, as, avi, atum, a. 1. ἐξεργάζομαι, ἐπι-  
νοῶ, cogitando invenio, cogitatione assequor. *Cic.*  
*Phil.* 8, 6. Excogitare, quae tua ratio sit, Cale-  
ne, non possum. *Id. fr. pro C. Cornel.* ap. *Ascon.*  
Lex ad scribendum difficilis, aut ad excogitandum  
recondita. *Id. Verr.* 2, 2, 54. Mira quaedam  
excogitare genera furandi. *Id. Deiot.* 7. Quid igitur  
causae excogitari potest, cur etc? *Id. Catil.* 2, 4.  
Quid enim mali aut sceleris fingi, aut excogitari  
potest, quod non ille conceperit? *Nep. Att.* 8.  
Excogitatum est quibusdam, ut privatum aerarium  
constitueretur. *Curt.* 6, 10. Cur me ipse audire  
noluerit, non excogito. *Cic. Att.* 9, 6. *extr.* Ad  
haec igitur cogita, mi Attice, vel potius excogita.  
*Caes. B. G.* 5, 31. Omnia excogitantur, quare nec  
sine periculo maneat, et periculum augeatur etc.  
*Plin.* 15, 19, 21. a. med. Cum recenti fico salitis  
vice casei vesci, nuper excogitatum est. P [Part.  
*Excogitans* ap. *Curt.* 5, 12. Nova ludibria subinde  
excogitante fortuna. *Excogitandus* ap. *Val. Max.*  
9, 2. n. 10. *extr.* Ac ne Etrusci quidem parum fer-  
oces in poena excogitanda. F.]  
[EXCOGO, is, a. 3. idem ac cogo, vel maxime  
cogo, arguo, colligo. V. COGO *Innocent. agri-  
mens.* ap. *Goos.* p. 222. Si in monte fuerit consti-  
tutus, excogimus finem habere. *Id.* p. 227. Ter-  
minos excogimus requirendos. F.]  
\*EXCOLIDUS, a, um, adj. ut *excolidus ager* ap.  
*Auct. de Limit. Agr.* i. e. incultus. B. A.  
EXCOLO, is, ui, ultum, a. 3. percolo, diligen-  
ter colo, ἐξεργάζομαι. *Plin.* 14, 4, 5. Excolere  
vineas. *Id.* 8, 47, 72. Boves victum hominum ex-  
colunt. *Claud.* 2. in *Eutr.* 196. Excolere rura.  
*Or. A. Am.* 2, 220. Creditur et lanas excoluisse  
rudes. P Item exornare. [\**Nerat.* in *Dig.* 7, 1,  
44. Excolendo aedificium domini causam facturus  
est. *Ulp.* in *Dig.* 7, 1, 13, 7. Fructuarius exco-  
lere quod invenit potest, qualitate aedium non im-  
mutata. *Id.* in *Dig.* 13, 7, 25. Puta saltum gran-  
dem, pignori datum ab homine, qui vix luere pro-  
dest, nedum excolere, tu acceptum pignori excolui-  
sti.] *Plin. ep.* 9, 39. Emas marmora, quibus  
solum, quibus parietes excolantur. (Adde  
*Plin. alter.* 35, 10, 37.) *Suet. Aug.* 28. Urbem ex-  
coluit adeo, ut iure sit gloriatus, marmoream se re-  
linquere, quam latericium accepisset. Et 72. Prae-  
toria sua non tam statuarum tabularumque picta-  
rum ornata, quam xystis et memoribus excoluit.  
*Mart.* 6, 52. vagos resecae capillos Doctus, et hir-  
sutas excoluisse genas. *Plin.* 35, 11, 40. n. 30. L.  
Paulus, devicto Perseo, petit ab Atheniensibus, ut  
sibi quam probatissimum mitterent pictorem ad  
triumphum excolendum. *Flor.* 4, 12. Marcomano-  
rum spoliis insignibus quendam editum tumulum in  
trophaei modum excoluit. P Item perficio. *Plin.*  
35, 8, 34. Quique inventa ejus (pictoris) excoluit,  
Cimonem Cleonaeum. *Gell.* 13, 5. Complere et  
excolere studia doctrinarum. P Translate. *Cic.*  
*proem. Par.* Nihil tam horridum, tam incultum,  
quod non splendescat oratione, et tanquam excola-  
tur. *Id. Arch.* 6. Animos doctrina excolere. *Virg.*  
*A.* 6, 663. Inventas aut qui vitam excoluere per  
artes. [\**Cic. Oecon.* 1. Utensilia quibus homi-  
num genus excolitur.] *Auct. Dial. de or.* 22. Cice-  
ro primus orationem excoluit. *Cic.* 4. *Tusc.* 38.  
Demus nos philosophiae excolendos. *Quint.* 11, 2.  
Memoria excolendo augetur. *Curt.* 9, 6. a. med.  
Excolere gloriam, h. e. extendere, augere. *Or.*  
*Trist.* 4, 10, 15. Protinus excolimus pueri, h. e.  
erudimur, instituimur. *Cic. Or.* 9. Excolere vic-  
timum hominum, h. e. a. ferino more ad humani-  
tatem traducere, [\**civilisire*.] P Est etiam ven-  
nerari, vereri, observare, colere, prosequi. *Phaedr.*

4, 10 verendos excolit pietas Deos. *Or. Pont.* 1,  
7, 59. ut te non excolat ipsum, Jus aliquod tecum  
fratris amicus habet. *Cic. Q. Fr.* 2, 16. Excola-  
mur et amemur. Al. leg. et *colamur*. P Item in-  
struere, augere, ditare. *Quint. decl.* 8, 12. For-  
tuna hunc pressit paupertate, illum insperatis opi-  
bus excoluit.  
EXCOLO, as, a. 1. percolare, liquare, ἐκχέω.  
*Pall.* 8, 8. Acetum diligentius excolabis. In *Vers.*  
*Vulg. Matth.* 23, 24. Culicem excolantes, h. e. vi-  
num, in quod culex incidit.  
EXCOLUBRO. V. dicta in COLUBRA.  
[EXCOMEDO, is, a. 3. totum comedo, consumo.  
*Appul. Herb.* 8. Herba scelerata excomedet putre-  
dinem. F.]  
[EX COMITE, indecl. m. qui comes fuit. *Am-  
mian.* 14, 7. Mandabat Domitiano, ex comite lar-  
gitionum, praefecto, ut etc. F.]  
EXCOMMUNICATIO, onis, f. ἀποκλήσις, ἀνά-  
θεμα, separatio a communione Ecclesiae. *August.*  
*de Fide, et operib.* 3. et alibi.  
EXCOMMUNICO, as, a. 1. ἀποκηρύττω, ab Ec-  
clesiae communione separo. *Hieron. adv. Ruf.* 2. n.  
18. Frustra ab Ecclesiis excommunicatum se esse  
dicat.  
EXCONDO, is, a. 3. condo, facio, fingo, vel  
manifesto. *Tertull. adv. Marc.* 5, 18. Vere eum et  
visibilem excondis procliatorum.  
EX CONSULĒ, indecl. m. vir consularis, qui  
seil. aliquando consulatum gessit. [\*Hae composi-  
tiones, velut *ex consule*, *ex duce*, *ex gladiatore*  
etc., sequiori demum aevo usurpari coepit sunt,  
factae scilicet ad normam earum, quas aurea aetas  
usurpavit, ut *pro consule*, *pro praetore*. Plurima  
exempla reperiuntur in Inscriptionibus (cf. *Ind.*  
*Grut.*), ex quibus apparet rectius divisim scribi  
haec vocabula. De nominativis *Exconsul*, *exdux*  
etc., res minus certa est, quod in Inscript. plerum-  
que per compendium scripturae exarati sunt. Ceterum  
plura exempla si cupis, evolve *Salm.* ad  
*Lampr. Commod.* 7. p. 493. *Alex. Sev.* 33. p. 937.  
*Casaub.* ad *Capit. Jul. tert.* 22. p. 112. *Salm.* ad  
*Treb. Poll. trig. tyr.* 6. p. 264. *Verheyk.* et  
*Teschuck* ad *Eutr.* 6, 3. *Brisson.* de verb. signif.  
s. v. *Ex.*, Index *Wagner.* ad *Ammian Marc.* s. v.  
*Ex.* et, qui maximam partem horum virorum lau-  
davit et accurate de re exposuit, *Schneider.*  
*Elementarl. Tom.* 11. p. 562.] *Imp. Just. Cod.* 1,  
17, 2. Quae omnia confecta sunt per virum excel-  
sum, ex quaestore et ex consule, Tribonianum.  
*Sid. ep.* 1, 11. med. Magnus, olim ex praefecto,  
nuper ex consule. P Dictum est etiam sequiori  
illo aevo *Exconsul*, *lis*, et *Exconsularis*. V. voc.  
seq. [\*Sed forma casus recti *Exconsul* non satis  
certa est. Cf. *Schneider. Elementarl. Tom.* 11. p.  
562.] P Item *ex consulibus*. *Capitol. Gordian.* 22.  
[\**Veg. R. M.* 2, 9. Legati imperatoris ex consu-  
libus ad exercitus mittebantur. *Capitol.* in *Gord.*  
22. Senatus Papienium et Balbinum Augustos ap-  
pellavit, ambos ex consulibus. V. *Verheyk.* et  
*Teschuck.* ad *Eutr.* 6, 3.] V. EX DUCE.  
EXCONSULARIS, is, m. qui consulari potestate  
in aliqua provinciali administratione functus est.  
*Inscr.* ap. *Grut.* 151, 6. Cl. Posthumius Dardanus  
V. Jul. et patriciae dignitatis, exconsulari provin-  
ciae Viennensis... admittente etiam V. Jul. Com.  
ac fratre memorati viri charissimi Lepido exconsu-  
lari Germaniae primae etc.  
EXCOQUO, is, oxi, octum, a. 3. valde coquo,  
ἐξέψω. *Lucret.* 6, 962. terram sol excoquit, et fa-  
cit are. *Plin.* 37, 12, 74. Glebas melle excoque-  
re. Et 32, 4, 14. Vino testudinem excoquere. *Id.*  
34, 13, 37. Lapis excoquitur in rubricam, h. e.  
usque dum rubrum colorem induat. *Tac. H.* 5, 7.  
Arenae, admixto nitro, in vitrum excoquuntur. *Lu-  
can.* 9, 420. Libyae quod fertile terrae est, in  
nullas vitatur opes, non acre, nec auro Excoquitur.  
P [\*Item coquendo absumere. *Cat. R. R.*  
107. Usque coquito, dum dimidium excoquas. *Col.*  
12, 19. Ad dimidium excoquere.] P Item co-  
quendo purgo. *Virg. G.* 1, 87. illis omne per  
ignem Excoquitur vitium, atque exsudat inutilis hu-  
mor. *Or. Fast.* 4, 785. Omnia purgat edax ignis,  
vitiumque metallis Excoquit. P Item concoquo.  
*Colum. praef. med.* Quotidianam crudelitatem Laco-  
nicis excoquimus. P Translate. *Pl. Pers.* 1, 1. f.  
Usque ero domi, dum excoxero lenoni malum, h. e.  
machinatus fuero, paravero, excogitavero. [\*V.  
*Drak.* ad *Liv.* 40, 11, 7.] *Senec. Herc. fur.* 105.  
Concutit pectus: acrior mentem excoquat, Quam  
qui caminis ignis Aethnaeis furit, h. e. agitet, exci-  
tet, vexet, ut *Virg. A.* 7, 345. curaeque iraeque  
coquebant.  
[EXCORDOR, aris, dep. 1. excors sum, insanus.  
*Commod. Instruct.* 21. Excordaris, homo, si pu-  
tas etc. F.]  
[EXCORIO, as, a. 1. corium, seu crustas detra-  
ho, *Appul.* in *fr. Met.* 10, 717. *Oudend.* Hastam  
mei iuginis nivea spurcitie pluscule excorians,  
emundavit. *Gloss. Phil.* Excorio, ἀποδέγω. F.]  
EXCORNIS, e, adj. ἀξέκωνος, qui sine cornibus  
est. *Tertull. Pall.* 5. Muraena bestia edentula, et  
exunguis, et excornis.

EXCORS, ordis, adj. omn. gen. ἐκκωρ, ἀκκωρ, stultus, amens, fatuus, vecors, quasi sine corde, in quo veteres animum et sapientiam collocabant. [\*Cic. Div. 2, 16. Affers in tauri opimi extis immolante Caesare, cor non fuisse. ... An quod aspexit vestitu purpureo excordem Caesarem, ipse corde privatus est. Ubi, excordem Caesarem dicit eo, quod habitu suo civium animos offenderet, bovem vero quod Caesarem adspexerit, item excordem factum esse, h. e. corde suo privatum esse. Ultima igitur proprio sensu accipio. Secus Hottinger., quem laudat Schütz.] Cic. Tusc. 1, 9. Aliis cor ipsum animum videtur: ex quo excordes, vecordes dicuntur. Id. N. D. 2, 2. Quae anus tam excors inveniri potest, quae illa extimescat? Id. Phil. 5, 2. Hoc qui non videt, excors est. Id. Dom. 18. med. Neque tu eras tam excors, tamque demens, ut nescires etc. Hor. Ep. 1, 2, 25. Sub domina meretrice fuisset turpis et excors. Gell. 18, 4. s. f. Stulti et excordes. Pl. Mil. 2, 6, 63. Nunc demum scio, me fuisse excordem, caecum, incogitabilem. Id. Merc. 1, 1, 26. Temeritas, incogitantia, excors immodestia, petulantia.

EXCORTICO. V. in EXCODICO. EXCREMENTUM, i, n. id quod excernendo, cribrando excernitur, cretura. Colum. 8, 5. extr. Vinacea praebenda (gallinis), quae satis commode pascunt, adjectis interdum tritici excrementis. [\*Adde Pall. Feb. 26, 3. — Pall. Nov. 20, 4. Excrementa uvae, quae Graeci γράγαρα vocant.] P Saepius significat purgamentum, quod ex corpore animalis, ex superfluo alimentum excernitur, ut sterces, sputum, pituita etc. ἀπόδενμα, ἀποφύματα. Tac. H. 4, 81. Ut genas et oculorum orbes dignaretur respargere oris excremento. Id. Ann. 16, 4. Excrementa narium. Plin. 11, 26, 32. Cicadis nullum ad excrementa corporis foramen. Id. 9, 45, 68. Reddere excrementa. P Est etiam ab excreo, et significat excreo sive exuberans aliquid. Sid. ep. 1, 2. De Theodorico rege. Aream dorsi humilior inter excrementa costarum spina discriminat, h. e. inter prominentes costas spina dorsi depressior est.

EXCREMO, as, a. 1. idem quod cremo. Tertull. Cult. femin. 6. Quodcumque enim immundo spiritu excremari solet etc.

EXCREO etc. V. EXSCREO. EXCRESCENS, entis, part. ab excreo, qui excreo. Excreo dicuntur a medicis, quae in corpore praeter naturam excreo, ut in ulceris etc. σαρκώσις, ἐκασκώματα. Plin. 22, 21, 29. Heliotropium radicibus extrahit excreo in sedibus. Id. 34, 18, 56. Usus plumbi usti contra inanitate ulcerum, excreo, rimasque sedis. Et 24, 5, 11. Ulcera sordida, et excreo in iis cedri succo inungere. Id. 36, 17, 28. Excreo erodere. Id. 20, 9, 36. absumere.

EXCRESCO, is, crevi, etum, n. 3. ἐκρῖνομαι, ἐκασκάνομαι, idem quod excreo, aut valde excreo. Tac. Germ. 19. In hos artus, in haec corpora, quae miramur, excreo. Colum. 4, 21. med. Novellis palmis semper vitis renovetur: quae, si satis excreverint, jugo superponantur. Plin. 19, 8, 39. Cum ad semipedem lactucae excreverint. Id. 16, 30, 54. In longitudinem excreo abies, latrix, palma. Lucan. 4, 11. Collo tumet modico, lenique excrevit in altum Pingue solum tumulo. Front. Aquaed. 18. Colles propter frequentiam incendiis excreverunt rudere. P Saepie dicitur de iis, quae praeter modum, aut contra naturam excreo. Quint. 4, 1. med. de exordio. Nec minus vitanda est immodica ejus longitudo, ne in caput excrevisse videatur. Plin. 37, 2, 7. Excreo in dies ejus rei luxus. Suet. Vesp. 10. Litium series ubique majorem in modum excreverat. [\*Julian. in Dig. 36, 1, 27, 16. Fructus in tantum excrevit, ut quantitatem partis dimidiae honorum excedat. Ulp. in Dig. 38, 1, 2. Libertatis causa impositorum praestatio ultra excrevit.] Ulp. Dig. 43, 11, 1. Si quando flumen imbris ad tempus excrevit. P A medicis excreo dicitur caro in corpore praeter naturam excreo, ὑπερσάρκωσις. Suet. Galb. 21. Excreverat in dexteriore latere ejus caro, propendebatque adeo, ut aegre fascia substringeretur. Plin. 23, 6, 59. Carnes excreo cohibere. Id. 34, 18, 56. Arsenicum tollit quidquid excreo. V. EXCRESCENS.

EXCRETUS, a, um, part. ab excreo, qui excrevit. Virg. G. 3, 398. Multi jam excretos prohibent a matribus haedos, h. e. validiores. Sere. Sic Paulin. Nolan. carn. 27, 292. de vitula. Facta per excretum jam corpus idonea voto. Lact. 2, 11. med. Nisi forte animalia non tenera nata sunt, sed excreta. P Item cernendo separatus, purgatus, rejectus, ab excreo. Colum. 8, 4. Furfures modice a farina excreti. Vitr. 7, 6. Caementa marmorea, sive assulae dicuntur, pilis ferreis contunduntur, cribrisque excreuntur. Eae autem excretae etc. Sunt qui leg. excretiae: sed frustra. P Absolute. Colum. 8, 8. Ubi annona est carior, excreta tritici minuta commode dantur. P Item secretus. Liv. 28, 39. Ubique ex captivorum numero excretos Saguntinos in patriam remisit.

EXCRIBO etc. V. EXSCRIBO. EXCRUCIABILIS, e, adj. qui excruciat: item dignus qui excrucietur. Pl. Cist. 4, 1, 1. Nullam ego me vidisse credo magis anum excrucibilem. Prud. peri. orep. 3, 114. Ecce parata ministeria Excrucibilis exitii.

EXCRUCIATIO, onis, f. cruciatus. August. Tract. 27: in Joann. f.

EXCRUCIATUS, a, um, part. ab excrucio, βραδυσθεις, valde cruciatus. Caes. B. G. 7, 38. Ipsos crudeliter excruciatos interfecit. Cic. Verr. 2, 1, 17. Hominem ingenuum, fumo excruciatum, semivivum reliquit. Id. Manil. 5. Legatum populi R. vinculis ac verberibus, atque omni supplicio excruciatum necavit. Pl. Bacch. 3, 4, 24. Mori me mavelim excruciatum inopia. Tertull. ad uxor. 2, 5. extr. Res excruciata, h. e. tormentis extorta. [\*Veg. Art. vet. 1, 26, 1. Quibus jumentis excruciata ungula fuerit. Vocabulum vix sanum est. V. Schneid.]

EXCRUCIATUS, us, m. idem quod cruciatus. Prud. 14, 19. peri. orep. Corpusque duris excruciatibus Ulro offerebat.

EXCRUCIO, as, avi atum, a. 1. βασανίζω, valde crucio, torqueo, conficio. Pl. Mil. 3, 2, 45. Perit excruciat me herus, cum haec facta scibit. Caes. B. G. 7, 19. Producit servos, quos fame vinculisque excruciat. Hirt. B. Alex. 55. Minucium libertis transdit excruciatum. Lucr. 5, 1425. Frigus nudos excruciat. P Saepie refertur ad animum, et significat molestia, dolore afficere, vexare, vehementer angere. Cic. Att. 10, 18. extr. Non loquor plura, ne te quoque excruciem. Id. Fam. 14, 3. Conficio moerore, mea Terentia; nec meae me miseriae magis excruciant, quam tuae. Id. Fin. 1, 16. Temeritas, et libido, et ignavia semper animum excruciat, et semper sollicitant. Pl. Cist. 1, 1, 61. Excrucior, mea Gymnasium, male maceror, doleo ab animo. Id. Ep. 2, 2, 8. Id ego excrucior, h. e. ob id. Id. Rud. 2, 3, 57. et 68. et Mil. 4, 2, 76. et Ter. Ph. 1, 4, 10. Hoc sese excruciat animi, quia etc. P Habet usum in imprecationibus. Pl. Pers. 5, 2, 50. Dii Deaque te excrucient. P Excruciae diem, ap. Plaut. est male consumere. V. LACERO.

EXCUBATIO, onis, f. actus excubandi, παραφυλακή, προφυλακή. [\*Proprio sensu. Modest. in Dig. 49, 16, 3, 6. Si ab excubatione quis desistit, peccatum desertionis subibit. — P Item metaphorice.] Val. Max. 4, 7, n. 7. Pro dignitate et salute amicorum perpetua excubatio.

EXCUBIAE, arum, f. plur. extra aedes cubatio, παρακοίτη. Pl. Cas. prol. 53. Is sperat, si ei sit data, fore sibi paratas clam uxorem excubias foras. P Item φρουρία, προφυλακή, vigiliae et excubatio, quae a militibus habetur diu noctaque, custodia causa, extra castra, vel saltem extra tentoria. Cic. Marcell. 10. extr. Non modo excubias et custodias, sed etiam laterum nostrorum oppositis, et corporum pollicemur. Id. Mil. 25. Si haec arma, si Capitolinae cohortes, si excubias, si vigiliae etc. Suet. Aug. 23. Excubias per urbem indicere. Or. Amor. 1, 6, 7. Per excubias custodum ire. Virg. A. 9, 159. Vigiliam excubiis obsidere portas. Tac. H. 4, 58. et Op. Fast. 3, 245. excubias agere alicui, h. e. alicujus custodiendi causa. [\*Vide Heins. ad h. l.] Eod. sensu Tac. A. 13, 18. Excubiae militares, quae ut conjugi imperatoris olim, tum ut et matri servabantur. Id. H. 4, 11. Apparatu, incesso, excubiis vim principis complecti. P Referuntur et ad alia. Hor. Od. 3, 16, 2. vigiliam canum tristes excubias. Plin. 10, 23, 30. Grues excubias habent nocturnis temporibus, lapillum pede sustinentes. Virg. A. 4, 200. Centum aras posuit, vigilemque sacraerat ignem, Excubias Divum aeternas. P Ipsi quoque, excubias qui agunt, excubiae dicuntur. Suet. Claud. 10. Inter excubias militum pernoctavit. Claud. Nupt. Honor. et Mariae 80. vinoque madentes Excubiae. Tac. A. 14, 44. Num excubias transiret, cubiculi fores recluderet? ubi sermo est de privatis excubiis, quae in potentiorum domibus ad cubiculi fores noctu a servis agebantur: quarum meminit etiam Quint. decl. 1, 3.

EXCUBICULARIUS, ii, m. qui cubicularii munere apud Imp. functus est. Imppp. Gratian., Valent. et Theod. Cod. 10, 47, 12. Cubicularii omnes atque excubicularii ab omnibus sordidis muneribus vindicantur.

EXCUBITOR, oris, m. qui excubias agit, προφυλαξ, Caes. B. G. 7, 69. extr. Haec eadem noctu excubitoribus ac firmis praesidiis tenebantur. Suet. Claud. 42. Tribuno excubitori signum de more poscenti. Adde Sen. Thyest. 458. P Translate. Colum. 7, 12. de canib. Quis custos incorruptior? quis excubitor inveniri potest vigilantior? Virg. Mor. 2. Excubitorque diem cantu praedixerat ales, h. e. gallus.

EXCUBITORIUM, ii, n. σκοπή, locus, in quo miles excubias agit. Romae excubitoria fuere totidem, quot regiones, nempe quatuordecim, in quibus excubabant cohortes vigiliam ab Augusto

institutae ad custodiam Urbis. P Victor de regionibus Urbis R. sub f. V. CUSTODIARIUM. P [Est etiam locus in castris, in quo militaria signa deponerentur. Inscr. Aquinci in Pannonia, nunc Buda, detecta, et per litteras communicata a Barpt. Borghesio. Excubitorium ad tutelam signorum, et imaginum sacrarum P. Turranius Primumus veteranus excornicularius legionis II. Adjut. Antoniniana pecunia sua a solo restituit. F.]

EXCUBITUS, us, m. excubatio, excubiae. In sexto casu sing. Auct. B. Hisp. 6. Ut pedestres copiae in statione et in excubitu castris praesidio esse possent.

EXCUBO, as, ubui, itum, n. 1. παρακοίτης. Proprie significat extra domum, foris cubare. Cic. Div. 1, 43. Atque etiam qui praerant Lacedaemoniis, non contenti vigilantibus curis, in Pasiphae fano, quod est in agro propter urbem, somnandi causa excubabant. Et 50. Moniti Lacedaemonii, ut urbem et tecta linquerent, armatique in agro excubarent. Plin. 11, 8, 8. Apes noctu deprehensae in expeditione excubant supinae, ut alas a rore protegant. P Quia vero in militia extra castra, vel saltem extra tabernacula, milites delecti stare diu noctaque solent custodiae causa tum imperatoris, tum etiam totius exercitus, saepius accipitur pro vigilare, custodias agere, προφυλακίζω. Caes. B. G. 7, 24. Duas semper legiones pro castris excubabant. Et 11. Duas legiones in armis excubare jubet. Curt. 6, 8. Ut qui ad praetorium excubabant, armati vigilarent. Et 8, 6. Excubabant, servatis noctium vicibus, proximi foribus aedis. Et ib. Ante fores cubiculi excubaturi. Et ib. Excubantes ad cubiculi limen. Sall. Jug. 105. Excubatum in porta cohortes legionibus, pro casris equites auxilios mittere. Virg. A. 9, 175. Omnis pro muros legio, sortita periculum Excubat. P Et universim vigilare, intentum esse. Caes. B. G. 7, 24. Cum Caesar ad opus consuetudine excubaret, militesque cohortarentur. Id. B. C. 3, 8. Ipse gravissima hieme in navibus excubabat, neque ullum laborem aut munus despiciens etc. P Transferitur ad res alias. Or. Amor. 3, 11, 11. Ergo ego nescio cui, quem tu complexa tenebas, Excubui clausam, servus ut, ante domum, etc. Tibull. 1, 3, 72. Cerberus aeraas excubat ante fores. Cic. Phil. 6, 7. Quamobrem, Quirites, consilio quantum potero, labore plus paene quam potero, excubabo vigilaboque pro vobis. Id. Tusc. 4, 17. Sapiens semper animo sic excubat, ut nihil ei improvisum accidere possit. [\*Flor. 1, 1, 15. Inventus ad subita belli excubat.] Planc. ad Cic. Fam. 10, 8. med. Ex quo intelligi potest, curam reipubl. summae defendendae jam pridem apud nos excubare, h. e. curam apud nos et vigilantiam esse in republ. defendenda. Justin. 8, 4. Foedum miserandumque spectaculum, Graeciam orbis terrarum principem, alienis excubari sedibus, aut rogantem bellum, aut deprecantem. [\*Nos: vor den Thüren liegen und bitten.] Plin. 35, 7, 32. Rerum, non animi pretiis excubatur, h. e. vigilatur, et cura habetur circa pretia rerum, divitias, pecuniam, non circa animi et ingenii opera: pluris enim aestimatur pretiosa materia, quam artificium. Id. 35, 10, 37. Omnis eorum ars urbibus excubabat: pictorque res communis terrarum erat, h. e. operabatur, et intenta erat urbibus exornandis. [\*Appul. Met. 5. p. 166, 16. Nos, quae pervigili cura rebus tuis excubamus, cladibus tuis misere cruciamur: ubi attende ad structuram verbi.] Id. 16, 37, 67. Alni contra erumpentium annium impetum, riparum muro in tutela ruris excubant. Id. 15, 30, 39. Laurus domos exornat, et ante limina excubat. Hor. Od. 4, 13, 6. Cupido excubat in genis Chiae, h. e. veluti excubitor vigilat ad feriendos capiendosque animos spectantium. Val. Max. 5, 5. Eosdem appellavi parentes, eadem pro me vota excubuerunt, h. e. donaria voti causa appensa steterunt in Deorum templis: vel voverent iidem pro me excubuerunt ad aras Deorum. Simili ratione dixit. Id. 4, 8, n. 2. extern. Pro cuius salute vicinae regiones votis excubabant. P Pro incubare. [\*Non significat incubare sed cubando excludere.] Colum. 8, 5. Novellae gallinae magis edendis, quam excubandis ovis utiliores sunt. Al. melius leg. excludendis. [\*Sunt etiam alii loci, in quibus ita positum est, ut Col. 8, 14, 7. ut de lectionis veritate non dubitem.] V. EXCLUDO.

EXCUDO, is, udi, sum, a. 3. ἐκκαύω, cudendo elicio. [\*Plin. h. n. 16, 40. Ad excudendum ignem non semper lapidis occasio est. V. Heins. ad Or. Fast. 4, 795.] Virg. A. 1, 178. Ac primum siliicis scintillam excudit Achaes. [\*Alia vide apud Heins. ad Or. Am. 3, 5, 34.] P Accipitur etiam pro cudendo conficere. Virg. A. 6, 848. Excudent alii spirantia mollius aera. Juven. 15, 168. Excudere gladios. V. CAELAMEN f. [\*Pall. Jan. 15, 17. Canalis longus a summo trunco ad imum debet excudi.] P Et universim pro conficere. Virg. G. 4, 56. hinc arte recentes Excudent ceras, et mella tenacia fingunt. P Translate est, componere, studiose invenire. Cic. Att. 15,

the  
pot  
P  
11  
ora  
B.  
exc  
d  
li  
est  
ere  
E  
tit  
Pal  
pro  
re  
unt  
et  
mat  
E  
sol  
pro  
tisq  
E  
Pl  
exc  
ab  
can  
E  
E  
nog  
E  
tus  
trist  
Plin  
Or.  
15.  
Exc  
imm  
sum  
cult  
tia.  
Leg  
cult  
tis  
nar  
aur  
Ag  
E  
Con  
Al.  
E  
ne  
bus  
16.  
locu  
quer  
E  
pro  
pide  
rato  
E  
apud  
quia  
mag  
fura  
hil  
rat  
riant  
Corn  
gent  
curis  
4,  
exc  
EX  
3. i  
Din.  
evol  
Exc  
nunc  
via  
misi  
curre  
Bae  
stra  
arget  
rec.  
rens  
mo  
1. Pa  
quam  
cont  
dum  
ro in  
stech  
discu  
lo a  
quam  
form

27. Excudam aliquid *ἠραλῆδειον*, quod lateat in thesauris tuis. [\*Ubi excudere est: cum arte componere, metaphora enim ab artis operibus ducta.] P Item vi, vel precibus aliquid extorquere. *Colum.* 11, 1. Excudit mihi, cultus hortorum prosa ut oratione conscriberem. P Item excludere. *Varr. R. R.* 3, 9. De ovis, quemadmodum incubent, et excudant. Et 10. Anseres aliena ova non excudunt. Et *mox.* Cum excudit, quinque diebus patiuntur esse cum matre. *Colum.* 8, 14. *med.* Pulvis formandis excudendisque triginta diebus opus est. P [\*Confunduntur *Excudere* et *extundere*, *excudere.* *Heins.* ad *Or. Am.* 3, 5, 34.]

EXCULCATOR, oris, m. qui exculcat. In Notitia Imperii Occident. memorantur inter auxilia Palatina *Excultores seniores*, *Excultores juniores* etc. qui iidem putantur atque excursatores, aut proculcatores, qui hostium itinera explorant. Quare hanc vocem *Turnebus*, *Stewech.* aliique restitunt *Veg. Mil.* 2, 15. Post hos erant ferentarii, et levis armaturae, quos nunc excultores, et armaturas dicimus.

EXCULCATUS, a, um, part. ab *exculto*, obsoletus, rejectus, explosus, et quasi antiquitate proteritus. *Gell.* 11, 7. Verbis obsoletis excultasque.

EXCULCO, as, a. 1. calcando exprimo, excutio. *Pl. Capt.* 4, 2, 30. Ex ipsis dominis meis pugnis exculcabo fures. *Caes. B. G.* 7, 73. Singuli ab infimo solo pedes terra exculcabantur, h. e. calcando firmabantur.

EXCULPO. V. EXCULPO.

EXCULTOR, oris, m. qui excolit. *Tertull. Monog.* 16. Florum excultor.

EXCULTUS, a, um, part. ab *excolo*, probe cultus. *Prop.* 4, 1, 130. Abstulit excultas pertica tristis opes, h. e. pinguis culta agrorum et ruris. *Plin.* 14, 4, 5. Excultae vineae. P Translate. *Or. Pont.* 4, 8, 1. Vir studiis excultus. *Cic. Or.* 15. Ingenia disciplinis exculta. *Id. Tusc.* 1, 2. Excultus doctrina. *Id. Leg.* 2, 14. Ex agresti immanique vita exculti ad humanitatem et mitigati sumus. *Mart.* 12, 95. Fila lyrae movi doctis exculta Camenis. *Quint.* 6, 3. *med.* Exculta elegantia. P Item ornatus, instructus. *Suet. Caes.* 84. Legionarii injecere flammam arma sua, quibus exculti funus celebrabant. *Id. Aug.* 29. Monumentis vel novis, vel relictis, vel excultis urbem adornare. *Id. Claud.* 21. Circus marmoreis carceribus, aurisque metis excultus. *Id. Ner.* 28. Sporus Augustarum ornamentis excultus.

EXCULTUS, us, m. cultus. *Festus* in *Conitum*. Conitum Afranius pro ornato, et exculto posuit. *Al. leg. cultu.*

EXCUNÉATUS, a, um, part. ab *inuit. excunéo*, cui non est locus sedendi in cuneis theatralibus, velut exclusus extra cuneum. *Appul. Flor.* n. 16. p. 353, 37. Serus adveniens amicis suis annuit, locum sessui impertiunt: extimus quisque excunéati queruntur.

EXCURATUS, a, um, part. ab *inuit. excuro*, probe ac diligenter curatus. *Pl. Cas.* 3, 6, 6. Lepide excuratus incessisti. *Id. Ps.* 5, 1, 8. Excuro victu festive accepti.

EXCURIO, as, a. 1. extra curiam ejicio. *Varr.* apud *Non.* 1, 164. Apollonium ideo excuriabant, quia nihil habebat. *Id. ap. eund.* 6, 100. Nihil magis propter argenti facti multitudinem miserat furandum: quod propter censoriam severitatem nihil luxuriosum habere licebat. Quidam pro *miserat furandum* recte putant legendum *usserat excuriandum*: patet enim, hic sermonem haberi de P. Cornelio Rufino, qui, quod decem pondo libras argenti facti haberet, a censore Q. Fabricio Luscinio curia motus fuit, ut narrat *Liv.* 14, 33, et *Gell.* 4, 8. Hic *Lambecius* coniecerat legendum, *ius erat excuriandi*, sed prior lectio praestat.

EXCURRO, is, excurri, et excurri, ursum, n. 3. *ἐκτρέχω*, extra curro, discurro, incurro. *Cic. Div.* 1, 5. Quorum animi, spretis corporibus, evolant atque excurrunt foras. *Id. Verr.* 2, 1, 26. Excurrat aliquis, qui hoc tantum mali filio suo nunciet. *Id. Fam.* 3, 7. *med.* Cum essent duae viae, altera Varronem, altera Leptam tibi obviam misi: mandavi utrique eorum, ut ante ad me excurrerent, ut tibi obviam prodire possem. *Plaut. Bacch.* 2, 3, 125. Cum se excucurrisset illuc frustra, sciverit. *Id. Most.* 2, 1, 12. Ego dabo ei argentum, primus qui in crucem excucurrerit. *Senec. Ben.* 2, 34. f. Sine ratione in pericula excurrrens, h. e. incurrens. *Curt.* 3, 1. Fons ex summo montis cacumine excurrrens, h. e. decurrens. [\**Pall. Nov.* 15, 1. Arborea quae caeduntur aliquandiu stare patieris, ut humor, si quis in venis continetur, excurrat.] *Cic. Att.* 10, 15. *extr.* Ego, dum panes et cetera in navem parantur, excurro in Pompejanum. [\**mache einen Ausflug, Abstecher.*] *Caes. ap. Frisc.* 10, 901. Excurristi a Neapoli. P In re militari significat excursionem discursionem, irruptionem facere. *Liv.* 1, 15. In agrum R. excurrerunt, populabundi magis, quam justi more belli. *Al. leg. excurrerunt.* [\*de forma perfecti *excucurri* vide *Drak.* ad h. 1

et ad 2, 17, 2.] *Cic. Agr.* 2, 32. Carthago excurrere ex Africa, imminere fructuosissimis insulis populi R. videbatur. P Item erumpere. *Liv.* 29, 34. Ne sparsi, sine signis omnibus portis excurrerent. P Translate. *Cic. Mur.* 8. *extr.* Nullum vobis sors campum dedit, in quo excurrere virtus, cognoscique possit. *Id. Or.* 51. Quid est, cur insistere orationem malint, quam cum sententia pariter excurrere? *Id. Or.* 3, 49. Ne oratio insistat interius, ne excurrat longius. *Quint.* 10, 5. *med.* Ideo mihi videtur Tullius tantum intulisse eloquentiae lumen, quod in hos quoque studiorum secessus excurrat, h. e. haec quoque studia attigit. *Plin.* 17, 2, 2. *med.* Cum praecoces excurrere germinationes, evocatae indulgentia coeli, secutis frigoribus excurrunt, h. e. cum arbores maturius germinaverunt. P Pro praertere, omittit. *Senec. Contr.* 5, 34. *med.* Disertus homo et dicax, a quo multa improbe, sed venuste dicta, ne modum excedam, excurro, et ad Parrhasium revertor. P *Excurrere* dicuntur, quae protenduntur. *Plin.* 17, 23, 35. n. 27. Pampini, qui a lateribus excurrunt. *Liv.* 26, 42. Ab intimo sinu paeninsula excurrit, tumulus is ipse, in quo condita urbs est. *Or. Met.* 13, 724. Sicilia tribus excurrit in aequora linguis. *Curt.* 5, 3. Montes, quorum perpetuum dorsum in Persidem excurrit. *Plin.* 5, 5, 5. Promontorium per Creticum mare excurrit. [\**Drak.* ad *Liv.* 32, 23, 10. *Duk.* ad *Liv.* 44, 10, 3.] P Translate. *Cic. Or.* 53. Animus aurium nuncio mutila sentit quaedam (in periodo) et quasi decurtata; productiora alia, et quasi immoderatus excurrentia. P In hac significatione refertur etiam ad tempus, et quantitatem. *Cajus Dig.* 24, 1, 10. Quia in hoc tempus excurrit donationis eventus, quo etc. *Paul.* ib. 16, 3, 26. Debetis mihi ex ratione patris vestri decem, et quod excurrit. Vult *Budaeus*, significari decem aureos, et aliquot praeterea denarios, eo modo, quo Itali dicunt *dieci lire, e soldi*, [\**Nos: zehu Goldstücke und etwas darüber.*] non exprimentes id quod decem libras excedit, aliquid tamen esse significantes. *Veg. Mil.* 1, 28. Viginti, et quod excurrit, annorum pax Romanos armorum desuetudine enervavit. [\**Ceterum noli hac locutione uti, quae proborum certe scriptorum auctoritate non nititur. Dicendum viginti anni et amplius.*] P [Part. *Excursum* ap. *Justin.* 13, 5. Excursurus cum valida manu fuerat ad Athenas delendas. *F.*]

EXCURSATIO, onis, f. idem quod excursio, *καταδρομή*. *Val. Max.* 2, 3. n. 3. Cum crebris excursionibus equites nostri resistere non possent. [\**Valde dubitandum, an vox *excursatio* sit latina. Multum enim variant codd. h. l. V. *Drak.* ad *Liv.* 32, 10, 9., quo loco etiam unus cod. praebet *excursatio*. Adde *eund.* ad *Liv.* 37, 18, 4.]*

EXCURSATOR, oris, m. excursor: videtur idem esse ac exculator, et praecursor. *Ammian.* 24, 1. Excursatores quingentos et mille sensim praerire disposuit.

[\**EXCURSATUS*, us, i. q. excursatio. Sic *Cod.* ap. *Val. Max.* 2, 3, 3. V. *Drak.* ad *Liv.* 37, 18, 4.]

EXCURSIO, onis, f. *ἐκδρομή*, actus excurrendi. *Plin.* ep. 1, 3. An intentione rei familiaris obeundae crebris excursionibus avocaritis? *Scaerola Dig.* 33, 1, 13. *extr.* Longinuae, aut breves excursionis. P Saepae est discursio militaris, et irruptio in hostium fines, *καταδρομή*. *Cic. Deiot.* 8. Copiae, quibus fines suos ab excursionibus hostium, et latrocinii tueretur. *Id. Prov. cons.* 2. Via excursionibus Barbarorum infesta. *Liv.* 37, 14. Oram maris infestam regiae naves excursionibus crebris faciebant. P Item eruptio. *Caes. B. G.* 2, 30. Primo adventu exercitus nostri crebras ex oppido excursionis faciebant. P Item prima incursio militaris, qua proelium committitur. *Liv.* 30, 11. Castris in propinquo positus, primo pauci equites, ex tuto speculantes, ab stationibus progredi: inde jaculis summoti recurrere ad suos: inde excursionis invicem fieri. Et 8. Tumultuosae hinc inde excursionis. Adde 37, 18. P Translate. *Cic. Div.* 2, 10. Sed haec fuerit nobis, tanquam levis armaturae, prima orationis excursio: nunc cominus agamus. *Quint.* 1, 11. Gestus plurimum aberit a scenico, nec vultu, nec manu, nec excursionibus nimis.

EXCURSOR, oris, m. qui excurrit, *ἐκδρομος*. *Excursores* sunt milites infimi ordinis, et virtutis, qui huc illuc extra aciem excurrunt, vel praedandi causa, vel speculandi, vel proelii committendi. *Cic. Verr.* 2, 2, 8. Petit Naevius Turpio quidam, istius excursor et emissarius. Ubi *Ascon.* Sic vocantur conciliatores furtorum, quae a magistratibus committuntur, atque internuncii. Haec *Ascon.* sed appellatio a militia ducta est. (De eodem Naevio sic habet *Cic. Verr.* 2, 5, 41. *extr.* Quem iste in decumis, in rebus capitalibus, in omni calunnia praecursorem habere solebat, et emissarium.) *Val. Max.* 7, 3. n. 7. Lucanum equitem, paratissimum pro nobis excursorem reddidit. *Cic. Phil.* 4, 6. Est igitur populo R. omne certamen cum excursore, cum latrone, cum Spartaco. *Al. leg. percussore.* *Appul. de Mundo* p. 69, 40. Ex

eo numero erant excursores, diurni atque nocturni exploratores. *Id. ib.* p. 62, 20. Excursores venti habentur, qui directo spirant. [\**Ultima verba corrupta videntur.*] P [Est etiam idem ac cursor. *Inscr.* ap. *Don.* 315, 7. Aurelio Euticiano infelicissimo, excursori privato, qui conficit sub die milia XCIV., qui vixit annos XXV., menses duo, dies octo etc. V. *CURSUS. F.*]

EXCURSUS, a, um, part. ab *excurro*. *Ter. Adelph.* 5, 4, 6. Vitam duram, quam vixi usque adhuc, prope jam excurso spatio, mitto. *Al. leg. decurso.*

EXCURSUS, us, m. idem quod excursio. *Virg. G.* 4, 194. de apib. Excursusque breves tentant, et saepe lapillos Tollunt: his sese per inania nubila librant. *Quint. decl.* 18, 9. Haec quoque intra notos decurrunt juventutis excursus. P De excursionem militari. *Caes. B. C.* 3, 92. Ut primus excursus, visque militum infringeretur. *Tac. Germ.* 30. Rari excursus et fortuita pugna. *Id. Agr.* 20. Subitis excursibus populari. P Est etiam extensio, processus. *Plin.* 6, 2, 2. Promontorium vasto excursu. *Id.* 4, 17, 31. Ad Pyrenaei montis excursum. P Translate digressio in dicendo. *Plin. ep.* 5, 6. f. Non enim excursus hic ejus, sed opus ipsum est.

EXCUSABILIS, e, adj. *συγγνωστός*, excusatione dignus. *Or. Pont.* 1, 7, 41. Quod nisi delicti pars excusabilis esset. *Val. Max.* 8, 11. n. 4. Quo excusabilior est error equi.

EXCUSABILITER, adv. excusate. *August. Trin.* 14, 15. *extr.* Excusabiliter peccat.

EXCUSABUNDUS, a, um, adj. se excusans. *Appul. Apol.* p. 324, 14. Etsi magnum me dixisset, posset videri excusabunda se, filio vim meam, quam voluntatem suam causari maluisse.

EXCUSAMENTUM, i, n. excusatio. *Capell.* 8, 272. Excusamentum admissi.

EXCUSATE, adv. cum excusatione, citra culpam. *Quint.* 2, 1. *extr.* Et fieri id videtur excusate. *Justin.* 32, 2. Excusatus sacrilegia commissurum. *Quint. decl.* 6, 10. Excusatus odisset virum, quam filium. *Tac. A.* 3, 68. Quo excusatus sub exemplo acciperentur. *Plin. ep.* 9, 21. Licebit rursus irasci, si meruerit: quod exoratus excusatus facies. [\**V. *Burm.* ad *Quint. decl.* 282. p. 550.]*

EXCUSATIO, onis, f. *ἀπολογία, παραίτησις*, actus excusandi, purgatio. *Cic. Amic.* 11. Nulla est igitur excusatio peccati, si amici causa peccaveris. *Id. Sull.* 16. Valent apud me excusationes injuriae tuae. *Id. Pis.* 10. An potest ulla esse excusatio male scienti consuli? P Item ipsa causa, qua quippiam purgatur. *Id. Or.* 2, 68. Cum excusationem oculorum a me non acciperet. *Id. Coel.* 1. f. Sed ego Atratino ignosco, qui habet excusationem vel pietatis, vel necessitatis, vel aetatis. Et 18. *extr.* Vitia alicujus adolescentiae excusatione defendere. *Id. Pis.* 6. Uti excusatione valetudinis. *Id. Sull.* 9. Me neque honoris, neque aetatis excusatio vindicat a labore. *Id. Caecl.* 11. Deprecari odium excusatione stultitiae. *Id. Amic.* 12. f. Tegere consensionem improborum excusatione amicitiae. *Id. Rabir. perduell.* 3. Quaerere familiaris funeris excusationem ad moram iudicii. *Curt.* 6, 4. Satisfacere alicui excusatione, quod etc. [\**Modestin.* in *Dig.* 27, 1, 16. Excusatio a cura necessaria est.] P Promiscua. *Cic. Pis.* 15. f. Nemini civi ullam, quo minus adesset, satis justam excusationem esse visam. *Id. Fam.* 16, 25. Uti excusatione justa et idonea de intermissione litterarum. *Id. ib.* 4, 4. Uti excusatione, cur etc. *Id. Phil.* 9, 4. Si excusationem Ser. Sulpicii legationis obeundae recordari volueritis, h. e. quo minus legationem obiret. *Id. Phil.* 5, 5. f. Habent excusationem legitimam, exsilii causa solum vertisse, nec esse postea restitutos. *Id. Verr.* 2, 4, 57. Nam Sappho, quae sublata de Prytaneo est, dat tibi justam excusationem. *Planc.* ad *Cic. Fam.* 10, 4. Praeriti temporis excusationem affero, quod te profectum audieram. *Petr. Sat.* 139. *extr.* Excusationem aliquam idoneam praeparare. *Curt.* 5, 2. *extr.* Res digna excusatione. *Gell.* 1, 12. Mereri excusationem. P Excusatio a tutela est immunitas, liberatio. *Ulp. Dig.* 27, 1, 5. Sic excusatio tutelae, *Id. ib.* 18. et 23.

EXCUSATOR, oris, m. qui excusat. *August. C. D.* 3, 20. Defensores et excusatores Deorum. *Id. serm.* 3, 3. de divers. Cum vis esse excusator tuus, triumphat de te accusator tuus.

EXCUSATUS, a, um, part. ab *excuso*, purgatus. *Cic. Verr.* 2, 1, 40. His omnibus me vehementer excusatum volo, non fore etc. *Mart.* 2, 79. Excusatum habeas me, rogo: coeno domi. [\**Pall. R. R.* 1, 28, 3. Excusatae matres ab incubatione, de pavonibus.] *Or. Trist.* 4, 1, 1. Si qua meis fuerint, ut erunt, vitiosa libellis, Excusata suo tempore, lector, habe. *Plin. ep.* 8, 14. *med.* Hoc et ego excusator, si forte sum lapsus, et tu laude dignior. *Id. ep.* 4, 5. Quo sit excusatus, quod librum ipsum extendimus. *Sen. Ot. Sap.* 29. Excusatissimus essem, etiamsi etc. P Item in excu-

sationem adductus. *Tac. H. 1, 78.* Excusata necessitas praesentium. *Suet. Ner. 41.* Excusatus languor faucium. *P. [In Inscr. ap. Grut. 434, 5. legitur Excusato a Divo Pio. Sed in ead. a J. Fenestres Syllog. Inscr. R. p. 84. allata legitur Excusato. F.]*

EXCUSO, as, avi, atum, a. 1. ἀπολογία, purgo, culpam removeo, satisfacio. [Excusare dictum ab *excaussando*, ut scribitur passim in codd. velut in *Dig. 21, 1, 55.* Significat caussam proferre, ob quam quis vel obligatus non sit, vel imputari quid illi non debeat.] *Cic. Att. 15, 28.* Atticae meae velim me ita excuses, ut omnem culpam in te transferas. [*Cic. Verr. 1, 40.* His omnibus me vehementer excusatum volo, ubi observari *vehementer* cum excusare junctum.] *Id. Fam. 11, 15.* Collegae mandasti, ut te mihi per litteras excusaret. *Id. Or. 2, 62.* Titium, cum gregales, cum in campum non venisse, requirerent, excusavit Vespas Terentius, quod, cum brachium fregisse diceret. *Id. Att. 12, 14.* Excusare se apud aliquem. Et 13. Cura, ut excuser morbi causa in dies singulos. *Id. Brut. Cui Laelius se excusans. Caes. B. G. 4, 22.* Excusare se de re aliqua, quod etc. *Cic. Q. Fr. 2, 2.* Excusare se alicui in re aliqua. [Excusare se ab aliqua re. *Modestian. in Dig. 27, 1, 16.* Licet Nigidio a curatione se excusare.] *Liv. 31, 11.* errorem et adulescentiam. *Stat. Theb. 6, 44.* crimen lacrimis. *Cic. Att. 15, 26.* extr. tarditatem litterarum. *Tac. A. 1, 44.* Reditum Agrippinae excusavit ob imminuentem partum et hiemem, *h. e.* quod Agrippina non rediret. *Stat. Theb. 2, 256.* Excusare toros, *h. e.* excusare quod nupseris. [*V. Markl. ad Stat. Silv. 4, 6, 70.*] *P. Item in excusationem affero. Cic. Phil. 8, 1.* Antequam sententiam diceret, propinquitatem excusavit. [*Id. Dig. 7.* Excusare statuit morbum, *h. e.* morbum pro causa afferre statuit.] *Caes. B. C. 3, 20.* Excusare inopiam et calamitatem suam, aut temporum. *Liv. 26, 22.* et 6, 22. *f. valetudinem. Suet. Tib. 6.* imbecillitatem. *Justin. 18, 7.* necessitatem belli. *Tac. A. 3, 11.* Iis diversa excusantibus. *Cic. Phil. 5, 5.* Si citatus iudex non responderit, excuseturque, Areopagites esse etc. *Plin. 37, 13, 76.* Decussi fragmenta paulum, quod in lamina ferrea teratur, efficacissimum experimento excusant mangones gemmarum, *h. e.* afferunt tanquam certum experimentum, quod gemma fictitia non sit. [*V. Vallae Eleg. ling. lat. 5, 67.* *Burm. ad Quint. decl. 5, 25. p. 266.*] *P. Excusare aliquem re quapiam, Ulp. Dig. 27, 1, 9.* et ab aliqua re, *Paul. ib. 11.* est liberare, absolvere, immunem reddere ab aliqua re praestanda. *P. Excusare se, se defendere, protegere. Pall. 12, 7.* Nec plantae a se longe statuendae sunt, ut invicem se a calore excusent. [*Pall. Nov. 7, 14.* Excusante laetamine, ne poma cadauca nascantur. *V. Gron. Observ. 1, 2, 13. p. 242.*] *P. Excusare se alicui rei pro ab aliqua re, scil. ne eam suscipias, excusationem afferre. Tac. A. 1, 12.* Nequaquam decorum pudori suo, legere aliquid, aut evitare ex eo, cui in universum excusari mallet. *P. [Part. Excusaturus ap. Tac. A. 1, 59.* Germanos homines nunquam satis excusatos, quod etc. *Excusandus ap. Cic. Att. 12, 14.* De me excusando apud Appulejum dederam ad te pridie litteras. *F.]*

EXCUSOR, oris, m. *χαλκωντής*, qui vasa ex aere malleo excudit et fabricatur. *Quint. 2, 21. n. 10.* Si quaeram, quae sit materia statuarii, dicitur aë: si quaeram, quae sit excusoris, idest ejus fabricae, quam Graeci *χαλκωντικὴν* vocant, similiter, aë esse, respondeant: atqui plurimum a statutis differunt vasa.

EXCUSABILIS, e, adj. qui excuti, atque abjici potest. *Manil. 2, 584.* Ah quanta est scelestae facies per saecula cuncta! Quamque onus invidiae non excussabile teris! Al. rectius leg. *excussabile, h. e.* a quo terrae, seu homines se defendere non possint. *V. similem locum Palladii in EXCUSO. P. Excussabilis.* Monstrum vocis, tanto minus in Lexica recipiendum, quod non ex editione aliqua veteri, sed ex mera Scaligeri conjectura obtrusum est *Manil. 2, 593.* ubi *Bentleius* omnium librorum lectionem restituit: Quantum onus invidiae non excussabile teris! Haec *Ruhnkenius. B. A.*

EXCUSATUS, a, um, partic. ab *excusso*, excussus: et translate diligenter inquisitus, examinatus. *Paul. Dig. 26, 7, 46. §. 6.* Non prius ad eos reverti pupillus potest, quam omnes tutores excussati fuerint. Alii tamen rectius leg. *excussi.*

EXCUSSE, adv. excutiendo, ejiciendo, emittendo. *Sen. Ben. 2, 17.* Si cum exercitato et docto negotium est, audacius pilam mittemus: si cum tirone et indocto, non tam rigide, nec tam excusse, sed languidius.

EXCUSIO, onis, f. actus excutiendi, seu spoliandi aliquem bonis suis. *V. EXCUSUS. Gloss. Philox. Excussio, ἐκκαυσμός. F.]*

EXCUSO, as, a. 1. frequent. ab *excutio*, repello, removeo, discuto. *Tertull. Virg. veland. 7.* Virginum flos etiam humanam libidinem excussat.

Alii leg. *excusat*, quod ipse loci sensus omnino postulat.

EXCUSSORIUS, a, um, adj. ad excutiendum pertinens, ut Excussorium eribrum, quod transmittit excutitque farinam: et videtur fuisse paulo rarius, quam pollinarium. *Plin. 18, 11, 29.* Eribrorum genera Galli ex setis equorum invenere, Hispani e lino excussoria, et pollinaria.

EXCUSsus, a, um, partic. ab *excutio*, *ἐκκαυστός*, quatiendo ex aliquo loco ejectus, expulsus, dejectus. *Virg. A. 10, 590.* Excussus curru, moribundus volvitur arvis. Et *ib. 11, 640.* excussus equo. Et *ib. 10, 777.* hasta volans clypeo est excussa, proculque Egregium Antorem figit. Et *ib. 9, 476.* Excussi manibus radii. *Suet. Caes. 68. f.* Excussus oculus. *Qv. Met. 6, 528.* Agna ore excussa lupi. *Virg. A. 5, 679.* excussa pectore Juno, *h. e.* excidit animo et mente. *Plin. ep. 4, 6.* Tusei grandine excussi: quia grando e spicis grana excutit, e ramis poma decutit. *Sil. 10, 447.* His excussa incepta minis. *Cic. Sull. 17.* Noli aculeos orationis meae, qui reconditi sunt, excusos arbitrari, *h. e.* extractos, evulsos, amissos. *Sic Id. Fam. 9, 10.* Tu adeo mihi excussam severitatem veterem putas, ut etc. *h. e.* abjectam, depositam. *Virg. A. 7, 299.* excussus patria. *Qv. Fast. 1, 547.* somno. *Virg. A. 3, 267.* excussos laxare rudentes. *P. Cum accus. more Graecorum. Sil. 5, 54. et 9, 644.* Excussus consul fatorum turbine mentem, *h. e.* extra se veluti positus, turbatus, amens. *Sic excussa mens est de statu dejecta, perturbata ap. eund. 2, 590. et Stat. Th. 3, 93.* *P. Est item agitato, jactato, vibrato, Qv. Her. 19, 189. et Met. 5, 596.* excussa brachia jactare per undas. *Id. Her. 4, 43.* excusso jaculum vibrare lacerto. *Sen. Ben. 2, 6.* Interest, utrum tela excusso lacerto torqueantur, an remissa manu effluent. [*ubi attende ad ea quae opponuntur: excussus lacertus, et remissa manus.*] *Petr. Sat. 95.* Os hominis palma excussissima pulsat. Et 22. Excussum forte altius poculum ancillae caput fregit. *Curt. 5, 3. med.* Fundis excussi lapides et sagittae ingerebantur. *P. Item spoliatus, privatus, vacuus. Hor. Sat. 2, 3, 19.* aliena negotia curo Excussus propriis. *Cic. Har. resp. 18.* Quod te judices emiserunt excussum et exhaustum. *Virg. A. 6, 353.* navis excussa magistro. *P. Item inquisitus, examinatus, agitato. Cic. Mur. 13.* Postea vero pervulgata, atque in manibus jactata et excussa, inanisissima prudentiae reperta sunt. *Quint. 8, 5. med.* Plerique minimis inventiunculis gaudent, quae excussae risum habent, inventae facie ingenii blandiuntur.

EXCUSsus, us, m. *Prudent. per. 5, 226.* Scintillat excussus salis, *h. e.* salis minutiae igne excitae crepitant. [*Nonio restituit hanc vocem Gron. in Observ. 4, 26. p. 835.*]

EXCUSus, a, um, partic. ab *excudo*, exclusus. *Varr. R. R. 3, 6. et 9.* Excusi pulli. *Colum. 8, 14. med.* Ne noceri possit excusis anserculis. *V. EXCUDO.*

EXCUTIÀ. *V. AXICIA.*

EXCUTIIO, is, ussi, ussum, a. 3. ἐκκυσίω, ἐκκαυσίω, quatiendo ejicio, dejicio: ab *ex* et *quatio*. *Sen. ep. 9.* Si quis oculum casus excusserit. [*V. Interpp. ad Vell. Pat. 2, 52.*] *Liv. 8, 7.* Cum equus, prioribus pedibus erectis, magna vi caput quateret, excussit equitem. [*V. Drak. ad h. l.*] *Curt. 3, 11.* Excutere aliquem curru. *Pl. Men. 1, 1, 10.* lapide clavum. *Id. Capt. 3, 4, 7.* lapide alicui cerebrum. *Qv. A. A. 1, 119.* pulvis digitis excutiendum erat. *Petr. Sat. 129.* Excutere vestem. *Qv. Amor. 6, 24, 32, 40. etc.* Excute poste seram. *Ulp. Dig. 47, 2, 53. med.* Nummos aureos vel argenteos de manu alicujus excutere. *Plin. Pan. 81.* Lustrare saltus, excutere cubilibus feras. Et 11. Excutere jugum: metaphorice, detrectare imperium. *Qv. Fast. 1, 624.* Visceribus crescens excutiebat onus, *h. e.* abortum faciebat. *Pers. 3, 101.* Tremor excutit poculum e manibus. *Curt. 4, 4.* Ut gubernator in mare excuteretur et puppi. *Qv. Met. 12, 280.* Excutere ignem de crinibus. *Virg. A. 3, 200.* Excutimur cursu, *h. e.* a recto propositoque itinere repellimur. *P. Ponitur et pro concutere, jactare: Qv. Met. 4, 491.* Excutere caesariem. [*Quint. Inst. 11, 3.* Excutere comas. *i. e.* ligatas solvere et ventis jactandas dare. *V. Burm. ad h. l. p. 1014.*] *Virg. A. 12, 7.* de leone: gaudetque comantes Excutiens cervice toros. *Plin. 10, 41, 57.* Gallinae inhorrescunt, edito ovo, excutiuntque sese. [*V. Interpp. ad Petron. 95.*] *P. Item pro vi elicere. Nep. Eum. 5.* Excutere sudorem. *Plin. 16, 40, 77.* ignem. *Al. leg. excudere.* [*Et hoc quidem rectius. V. Heins. ad Qv. Fast. 4, 795.*] *Pl. Merc. 3, 3, 15.* alicui vomitum. *Ter. Heaut. 1, 1, 15. et Pl. Capt. 2, 3, 59.* Lacrimas excussit mihi. *Hor. Sat. 1, 4, 34.* Excutere risum. [*De sensu vid. Heind. ad h. l. Qv. A. A. 2, 241.* Deus excutit artes. *V. Burm. ad Quint. decl. 7, 7. p. 158.*] *P. Item pro jaculari, emittere, Tac. A. 2, 20.* Excutere tela. *Curt. 8, 13.* In quibus erant sagittarii gravioribus telis, quam ut apte excuti possent. *Sen. Agam. 536.* Fulmen reducta Pallas

excussit manu. *Stat. Th. 10, 69.* Excutere fulmen in Thebas. *P. Et pro diruere, evertere, Id. ib. 3, 248.* Ipse manu Thebas, correptaque moenia fundo Excutiam. *P. Et pro emittere, effundere. Curt. 4, 7.* Largum imbrem excusserunt procellae. *Quint. 11, 3. med.* Labiorum impulsu subito spiritum excutere. *Petr. Sat. 115.* Spiritum excussit, *h. e.* animam efflavit. *P. Et pro turbare, instabilem reddere. Pallad. 1, 9.* Ne gradus ambulantium tremor fabricae titubantis excutiat. [*Sed recte Schneid. cum Gesnero scriptit: tremorem. Altera lectio nimis hyperbolicam daret sententiam.*] *P. Et translate. Virg. A. 12, 158.* Aut tu bella cie, conceptumque excute foedus, *h. e.* turba, rumpe, discute. *P. Sumitur item pro excitare. Id. A. 2, 302. et Or. Her. 13, 111.* Excutor somno, [*V. Heins. ad h. l. et Cerd. ad Virg. l. e.*] *P. Et translate. Cic. Off. 3, 20.* Explica et excute intelligentiam tuam. [*ubi notes explicare et excutere juncta esse. Unde fortasse defendas Or. Am. 1, 8, 45.* Excutere rugas frontis: quamquam *Burm.* dubitat, an ita latine dicatur.] *P. Item pro discutere, expellere. Lucil. ap. Non. 4, 171.* Ipso cum domino caele omnes excutiamus. *Hor. Sat. 2, 6, 112.* Valvarum strepitus lectis excussit utrumque. *Virg. A. 9, 68.* Excutere Teucros vallo. *Flor. 2, 6. med.* hostem oppidis et regionibus. [*Cic. Phil. 2, 22.* Consul ex Italia excussos. *Ter. Phorm. 4, 1, 20.* Ut me excutiam. *h. e.* ut me ejiciam domo, ut hinc fugiam. *V. Ruhn. ad h. l., Broukh. ad Tib. 2, 6, 12.*] *Lucan. 1, 69.* orbi pacem. Et *Plin. 20, 6, 23.* Allium potum quartanas excutit. *Sen. Herc. Oct. 1076.* Undis sitim excutere. [*Quint. decl. 261.* Excuti patrimonio. *Hor. Sat. 2, 3, 19.* Alienae negotia curo, excussus propriis. *V. Burm. ad Quint. decl. 260. p. 486.*] *P. Item pro abjicere, repellere, Val. Fl. 2, 185.* praecipites excussit ab ubere natos. *Cic. N. D. 2, 37.* Excutere aliquid in terram. *P. Et translate. Hor. Od. 3, 9, 19.* Si flava excutitur Chloe, Rejectaeque patet janua Lydiae! *h. e.* si deponitur amor Chloes. *P. Est etiam concutere scrutandi et explorandi causa. Phaedr. 5, 5.* Sic porcelli vocem est imitatus sua, Verum ut subesse pallio contenderent, Et excuti juberent. *Pl. Aul. 4, 4, 18.* Dii me perdant, si ego tui quicquam abstuli: aegedum, excutedum pallium. *Asin. Poll. ad Cic. Fam. 10, 31. med.* Sexcentis locis excutiuntur, deinde etiam retinentur tabellarii. *Suet. Claud. 35.* Culcitas et stragula praetentare et excutere. [*V. Burm. ad Petr. Sat. 128.* ad *Quint. Inst. 7, 1. p. 587.*] *P. Translate. Cic. Rosc. Am. 34.* Nihil est, Glaucia, quod metuas: non excutio te, si quid forte ferri habuisti: non scrutor. *Id. Agr. 2, 23.* Si iniquum est, hos decemvros portitores omnibus omnium pecuniis constituti, qui etiam imperatores nostros excutiant. *Id. Coel. 28.* Excutiemus omnes istorum delicias, omnes ineptias, si prodierint. *Id. Part. 36.* Explicare et excutere aliquid verbum. *Quint. 1, 4.* Nec poetas legisse satis est: excutiendum omne scriptorum genus. *Plin. ep. 6, 31.* Excutere probationes. Et *ep. 10, 48.* rationem. [*V. Burm. ad Petron. 88.* ad *Quint. decl. 2, 9. p. 47.*] *Qv. Pont. 4, 8, 17.* genus alicujus. *Ulp. Dig. 17, 1, 42.* vires hereditatis. Et *nox.* vires ejus cui eram crediturus, *h. e.* inspicere, num habeat, unde sit solvendo. *P. Illa quoque, alio sensu, translate elegantur sunt. Plin. ep. 1, 18. et Lucan. 4, 536.* Excutere alicui mentem, *h. e.* valde terrere, turbare. [*\*Graece ἐκκαυσίω φρένας; ausser Fassung bringen.*] *Sen. ep. 7.* Socrati, et Catoni, et Laelio excutere mentem suam dissimilis multitudo potuisset, [*\*Gron. ad Sen. de Ir. 1, 7.*] *Pl. Aul. 2, 1, 29.* Mihi misero cerebrum excutiunt tua dicta, soror: lapides loqueris. *Prop. 2, 6, 52.* Excutit arma pudor. [*Broukh. ad Tibull. 4, 6, 12.*] *Petr. Sat. 98.* Excutere alicui indicium, *h. e.* vi extorquere. *Cic. Tusc. 4, 8. extr.* Conturbatio est metus excutiens cogitata. *Curt. 7, 9.* Periculi cogitationem praesentia ejus excussit. *Cic. Dom. 28.* Illa calamitas excussit hoc genus totum maledicti, ne quisquam audeat reprehendere consulationem meam: ductum opinor a grandine, quae spicas excutit. *Sic Id. Sull. 8.* Qui si attulerint nervos et industria, mihi crede, excutiant tibi istam verborum jactationem. *Id. Phil. 2, 29.* Plus ille poterat: itaque excussis tuis vocibus et ad te, et ad praedes tuos milites misit. *Tibull. 2, 6, 11.* Magna loquor; sed magnifice mihi magna locuto Excutiunt clausae fortia verba fores. *Sen. Tro. 575.* Magnifica verba mors prope admota excutit. (*Qv. Am. 2, 1, 15.* similem aliis verbis habet sententiam, qua haec *Tibull. 2, 6, 11.* et *Senecae* illustratur) *Qv. Met. 10, 426.* Excutere amores. *Id. Fast. 1, 16:* metum de corde. *Id. Met. 3, 689.* corde metum. *Cic. Tusc. 1, 46. extr.* sibi radicibus opinionem aliquam. *P. Excussit pro excusserit est Plauti Bacch. 4, 2, 16.* *P. [Confunduntur Excutere et excudere. Interpp. ad Qv. Am. 3, 5, 35. ad Met. 7, 17. — et excitare. Heins. ad Or. Her. 13, 111. — et exigere. Burm. ad Or. Met. 2, 498. — et exuere. Id. ad Met. 7, 773.]*

EXDEMETRICUS, titulus fuit unius ex Satyris Varronianis, teste *Gell.* 19, 8. *extr.*

[EXDICO, is, ixi, a. 3, ita scriptum antiquitus pro edico. *S. C. de Bacchanal.* ap. *Fabr.* p. 427. Ita exdicendum censuere. *F.*]

\*EXDIGNUS, a, um, adj. *Jul. Valer. res gest. Alex. M.* (ed. *A. Maio*) 2, 42. Patefecit exdignum se suo nomine existimasse: nisi cum *Maio* mavis *haud indignum vel ex dignitate se sui nominis. B. A.*

[EXDISPENSATOR, oris, m. qui fuit dispensator, ut *exconsul*, qui fuit consul. *Inscr. ap. Lup. Epit. S. Sever.* p. 144. *Diogeni Augusti seruo* exdispensatori *Aelia Dione* conjugii bene merenti. *F.*]

EXDORSUO, as, a. 1. *Pl. Aut.* 2, 9, 2. Congrum, muraenam exdorsua, quantum potes. *Apul. Apol.* p. 301, 3. Desquamari et exdorsuari pisces. *Non.* 1, 61. exponit, dorso nudare: *Festus* dorsum confringere: alii apud ipsum, eximere.

EX DUCĒ, qui dux fuit, ut *ex consule*, qui fuit consul. *Capitol. Gord.* 22. Duo ante ipsam aram a Gallicano ex consilibus, et Maecenate ex ducibus interempti sunt. *Salm.* [\*Sed dubitatur an casus reclus *Exdux* unquam fuerit in usu. Cf. *Schneider. Elementarl.* Tom. II. p. 562.]

EXDŪTAE, exuviae. *Fest.* Videtur esse a Graeco *ἐξδύω*, unde fit *exsuo*.

EXEBENUS. V. EXHEBENUS.

EXECO. V. EXSECO.

EXECROR, etc. V. EXSECROR.

EXECUTIO, etc. V. EXSECUTIO.

EXEDENTŪLUS, a, um, adj. *ἀρόδους*, edentulus. *Tert. Pall.* 5. *med.* Muraena bestia edentula, et exunguis, et excornis. Alii melius legunt *edentula*.

EXEDO, is, et exes, it, et exest, ēdi, ēsum, a. 3. *καίρω*, edo, rodo, corrodo, consumo. *Ter. Phorm.* 2, 2, 4. Tute hoc intristi: tibi omne est exedendum. *Varr. R. R.* 1, 63. Frumentum, quod curculiones exesse incipiunt. *Hyg. fab.* 55. Serpens, qui jecur ejus exesset. *Plin.* 33, 6, 32. Argentum vivum exest ac perumpit vasa, permanens tabe dira. *Lucr.* 5, 1251. flammus ardor silvas exederat. *Sen. Herc. Oct.* 914. Virus exedit artus. *praeterit. Curt.* 4, 2. Nec ulla tam firma moles est, quam non exedant undae per nexus operum manantes. *Id.* 3, 4. Multa monumenta vetustas exederat. *P. Urbane Ter. Heaut.* 3, 1, 53. Atque haec una nox: quid te futurum censes, quem assidue exedent? *P. Translate* est conficere, consumere. *Cic. Tusc.* 3, 13. Aegritudo lacerat, exest animum, planeque conficit. *Val. Fl.* 4, 470. quam te exedit labor, et miseris festina senectus! *Catull.* 66, 23. Cum penitus moestas exedit cura medullas. *Stat. Th.* 2, 319. exedere animum dolor iraque demens. *Id. Silv.* 2, 1, 154. mors lenta jacentis exedit pueri decus. *Virg. A.* 5, 785. Exedisse urbem odiis. [\**Tac. A.* 2, 27. Quae per tot annos rempublicam exedere.] *P. Absolute. Pl. Epid.* 3, 1, 1. Expectando exedor miser, atque exentor. *P. Translate* et obsceno sensu loquitur *cinaedus* cum domino suo de asino, quem pullulum, *h. e.* delictum suum, vocat ob penis magnitudinem, ap. *Apul. Met.* 8. p. 213, 33. Cave ne solus exedas tam bellum scilicet pullulum, sed nobis quoque, tuis palumbulis, nonnunquam impertias. *P. Exedim, is, it, pro exedam*, antiquum est, et comicum. *Pl. Pseud.* 3, 2, 30. Non condimentis condiunt, sed strigibus, Vivis convivis intestina quae exedint. *P. Exedis, it pro exes, exest* rarum est; quod et in *EDO* is, et es supra adnotavimus. *Seren. Sammon.* 7. de phrenes. Sive calens febris jactatos exedit artus. *P. Part. exesurus, a, um. Plin.* 26, 13. *extr.* Nascuntur in sanguine ipso hominis animalia exesura corpus. De phthiriasi loquitur. *B. A.*

EXEDRĀ, ae, f. *ἐξέδρα*, locus apertus in porticu, vel etiam sub dio, solibus atque aeri pervius, in quo multae circum positae sellae colloquendi causa: ab *ἔδρα*, sella, sedes, ab *ἐξομαι*, sedeo. Ejus usus ex his locis apparet, quae subjicimus. *Vitr.* 5, 11. Constituuntur in tribus porticibus *exedrae* spatiosae, habentes sedes, in quibus philosophi, rhetores, reliquique, qui studiis delectantur, sedentes disputare possint. *Id.* 7, 9. Apertis locis, idest peristyllis, aut *exedris*, quo sol et luna possit splendores et radios immittere etc. *Cic. Or.* 3, 5. Cum in eam *exedram* venisset, in qua *Crasus*, lectulo posito, recubisset. *Id. N. D.* 1, 6. Cum ad eum venisset, offendi eum sedentem in *exedra*, et eum *Vellejo* disputantem. [\**V. disputantem de exedra* *Schneid.* ad *Vitr.* 5, 11. et 6, 3, 8.] *Ulp. Dig.* 9, 3, 5. Oportebit, praetorem aequitate motum dare actionem in eum, ex ejus cubiculo vel *exedra* dejectum est. *Exedra* hoc loco videtur esse cubiculum in ipsis aedibus, sessioni, et confabulationibus destinatum. *P. Apud nos* quoque *exedrae* dici possunt sedilia lignea, aut lapidea, quae poni solent ante fores aedium, item cubicalia ampliora in aedibus religiosorum hominum, quae ipsi *Capitula* vocant. *P. Translate* est quodvis conclave. *Varr. R. R.* 3, 5. Primus in peristyllo habuit *exedra* conclusas aves, quas pasceret objecto rete.

*P. Scribitur et exedra*: tametsi aspirationem frequentior Latinus extrivit usus.

EXEDRIUM, i, m. dimin. *ἐξέδριον*, parva *exedra*, *Cic. Fam.* 7, 23. *circa med.* *Exedria* quaedam mihi nova sunt instituta in porticula Tusculani: ea volebam tabellis ornare.

EXĒDUM, i, n. herba, quae et nodia, et mularis, coriariorum officinis nota: vim habens contra veterum, nomas, et scorpiones. *Plin.* 24, 19, 115. Ea nempe ita vocata videtur ab *exedendo*, quia causticae naturae sit.

[EXĒDRATUS, a, um, partic. ab inusit. *exeduro*, duritie privatus. *Tert. Pall.* 4. de *Omphale* pellem leoninam *Herculis* induente. Ne sobriae mulieris quidem, aut viraginis alicujus scapulae sub exuvias bestiae tanta introire potuissent, nisi diu mollitas, et evigoratas, et *exeduratas*, quod apud *Omphalen* balsamo, aut telino spero factum. *F.*]

EXEFFĪCIO, is, a. 3. plane efficio, conficio, perficio. Legitur a nonnullis ap. *Pl. Curc.* 2, 3, 85. et *Truc. a.* 5. v. 17. ubi plerique alii melius *efficio*.

EXĒGETICE, es, f. *ἐξηγητική*, pars est grammaticae narrativa, quae pertinet ad officia lectionis. *Diom.* 2. p. 421.

EXEMPLAR, aris, n. *ἀπόγραφον*, id, quod ex autographo descriptum est. *Cic. Att.* 4, 5. Cur igitur cuiquam nisi prius? urgebar ab eo, ad quem misi, et non habebam exemplar. *Plin. ep.* 4, 7.

Librum in exemplaria transcriptum mille, per totam Italiam dimisit. *Asin. Poll.* ad *Cic. Fam.* 10, 31. *extr.* Ex litteris, quas *Pansae* misi, cognosces omnia: nam tibi earum exemplar misi. *Gell.* 7, 20. *extr.* In libros de corruptis exemplaribus factos inciderunt. *Hor. A. P.* 268. vos exemplaria Graeca Nocturna versate manu, versate diurna. *Plin. ep.* 10, 75. Exemplar testamenti. *Plin. alter* 35, 11, 40. Exemplar tabulae, quod apographon vocant. *P. Translate. Cic. Amic.* 7. Verum amicum qui intuetur, tanquam exemplar aliquid intuetur sui. [\**wie sein Ebenbild.*] *Plin.* 35, 10, 36. n. 5. de *Timanthe* pictore. Sunt et alia ingenii ejus exemplaria, veluti *Cyclops* dormiens etc. *P. Item id, quod ad imitandum nobis proponimus.* Inter hoc, et exemplum statuitur a *Festo* discrimen, ut exemplar sit, ex quo simile faciamus, et pertineat ad oculos: exemplum, quod imitando sequamur, aut vitemus, et pertineat ad animum. *Cic. Univ.* 2. Si is, qui aliquid munus efficere molitur, eam speciem, quae semper est eadem, intuebitur, atque eam sibi proponet exemplar. *Sen. ep.* 33. *med.* Meminisse est rem commissam memoriae custodire: at contra seire est et sua facere, nec ab exemplari pendere. *Id. ep.* 65. In statua id ex quo, aes est, id a quo, artifex est: id ad quod, exemplar est, quod imitatus is, qui facit. *Plin.* 36, 13, 19. n. 2. Hinc sumpsit *Daedalus* exemplar labyrinthi. *Id.* 35, 12, 45. Octavio equiti *R. cratera* facere volenti, exemplar e gypso factum talento. *P. Saepe tamen promiscue usurpantur. Cic. Mur.* 32. s. f. Ad imitandum vero tam mihi propositum exemplar illud est, quam tibi. *Id. Caecin.* 10. Falcula exemplar antiquae religionis. [\**tibi Falcula* ironice sic dicitur.] *Plin. ep.* 2, 1. Exemplar vitae prioris. *Et ep.* 5, 15. Cornuto quid melius, quid sanctius, quid in omni genere ad exemplar antiquitatis expressius? *Tac. A.* 6, 32. Exemplar adulatorii dedecoris apud posteros. *Id. ib.* 15, 23. Certamen ad exemplar Atticae religionis decretum. *Hor. Ep.* 1, 2, 18. quid virtus, et quid sapientia possit, Utile proposuit nobis exemplar, *Ulyxem. Tac. A.* 15, 37. Celeberrimae luxu famaepulae fuere, quas a *Tigellino* paratas, ut exemplar referam, ne saepius eadem prodigientia narranda sit. *P. Exemplar, aris, gen. m. est ap. Front. ad Antonin. Imp.* 2. (ed. *A. Maio*) ep. 5. Exemplares eorum excerptorum nullos feci. Subintellige *libros. F.*]

EXEMPLĀRE, is, n. exemplar, apud veteres. *Lucr.* 2, 122. Dumtaxat rerum magnarum parva potest res Exemplare dare, et vestigia notitiae. *V. Plinii* locum in voce praeced.

EXEMPLĀRIS, e, adj. qui est secundum exemplar. *Macr. Somn. Scip.* 1, 8. Virtutes exemplares sunt, quae in ipsa divina mente consistunt, a quarum exemplo reliquae omnes defluunt.

EXEMPLĀRIUM, ii, n. exemplar, seu exemplum. *Arnob.* 6, 198. Phryne illa Thespiaca, cum in acumine ipso esset pulchritudinis, exemplarium fuisse perhibetur cunctarum quae in opinione sunt, Venerum. *Scaevola Dig.* 32, 48. Binae tabulae testamenti eodem tempore exemplarii causa scriptae. *Hieron. adv. Helv.* 8. Nec necesse est nunc de exemplarium varietate tractare.

EXEMPLĀTUS, a, um, adj. ad exemplum factus, ut *Exemplatus* libellus, apud *Sid. ep.* 4, 16.

EXEMPLUM, i, n. *ἀπόγραφον*, id, quod ex alio descriptum est. Est ab *ἐξομλον*, aequale, quod *Hesych.* interpretatur *ισον*: *ἐξομλον* vero est compositum ab *ἐξ*, ex, et *ομλον* pro *ομλον* syncop. ab *ομλον*, simile: exemplum itaque est, quod ex simili ducitur. [\**Ex* meo sensu non bene disposuit *Forc.* significationes hujus vocis: cujus rei causa in eo quaerenda videtur quod falso etymo ductus

eam significationem primam posuit, quae in medio erat collocanda. Tum §. 5. multa miscuit, quae se jungenda videntur.] *Ov. Trist.* 1, 7, 23. Quae quoniam non sunt penitus sublata, sed exstant, Pluribus exemplis scripta fuisse reor. *Cic. Att.* 7, 23. *extr.* Et *ib.* 8, 6. et 11. etc. Caesaris epistolarum exemplum tibi misi. [\*quod Graece dicas *ἀντίγραφον*. Sed alibi significat scriptum aliquod, unde deinde *ἀντίγραφα* sumuntur. Sic legitur *Cic. Fam.* 9, 26. 7, 28.] *Paul. Dig.* 49, 14, 45. Actorum exemplum edere. *P. Item saepius illud ipsum, quod aliqua scriptione continetur. [\*s. potius formula litterarum in eundem sensum conscripta, vel etiam iisdem verbis concepta.] Cic. Fam.* 4, 4. Accipio excusationem tuam, qua usus es, cur saepius ad me litteras uno exemplo dedisses. Et *ib.* 9, 16. Eo quo et tu mihi antea scripseras, his eodem exemplo. *Id. Att.* 9, 6. Capua litterae sunt allatae hoc exemplo: Pompejus mare transiit etc. *Id. Agr.* 2, 20. Componere exemplum epistolarum. *P. Refertur et ad res alias. Pl. Most.* 1, 2, 20. Aedes probant: sibi quisque inde exemplum expetunt. [\**ein Modell.*] *Suet. Claud.* 20. *extr.* Superpositum altissimam turrim in exemplum Alexandrini Phari. *Pl. Ps.* 2, 2, 56. Hic quoque exemplum reliquit mulieris. *Id. Trin.* 4, 2, 76. *Ch.* Nomen patris quod ad exemplum est? *Sy.* ad hoc exemplum est, *Char. Ch.* an *Chares*? an *Charmides*? [\**mit welchem andern Namen hat er denn Aehnlichkeit? auf welche Art lautet er denn?*] *Auct. ad Her.* 4, 6. Si quis purpuram vendens dicat, sume a me, sed hujus exemplum aliunde rogabo. Et *mor.* Si aceruos se dicant tritici habere, et eorum exemplum pugno non habeant, quod ostendant. [\**das Muster, die Probe.*] *Ov. Met.* 4, 621. Nunc huc, nunc illuc exemplo nubis aquosae, Fertur. *Pl. Mil.* 2, 4, 6. Credo, istoc exemplo tibi esse eundem extra portam. Et *Pers.* 3, 1, 7. Ad hoc exemplum te exornavi. *Liv.* 31, 12. Quaestionem de expilatis thesauris eodem exemplo haberi, quo *M. Pomponius praetor* ante habuisset. *P. Saepe est propositio, seu narratio rei peculiaris, quae ad faciendam fidem, aut ad explicandum quippiam affertur, παράδειγμα. Auct. ad Her.* 4, 49. Exemplum est alicujus facti aut dicti praeteriti, cum certi auctoris nomine, propositio. *Id. ib.* 3. Hoc interest inter exemplum et testimonium: exemplo demonstratur, id, quod dicimus, cujusmodi sit: testimonio esse illud ita, ut dicimus, confirmatur. *Cic. Inv.* 1, 30. Exemplum est, quod rem auctoritate, aut casu alicujus hominis aut negotii confirmat, aut infirmat. *Suet. Tib.* 21. Ex quibus in exemplum pauca subjeci. *Cic. Phil.* 13, 2. Exempli causa paucos nominavi. Et *Mur.* 12. Quia in alicujus libris, exempli causa, id nomen invenerant, putarunt etc. *Plin.* 2, 17, 15. Exempli gratia, in Martis sidere etc. *Nep. Lysandr.* 2. Cujus de perfidia satis est, unam rem, exempli gratia, proferre. [\**Observandum, veteres nusquam ita exempli causa dicere, quod hodie saepissime ponitur, pro velut; sed tum demum ubi expositionis ergo accuratior rei enarratio vel denominatio sequitur.*] *Quint.* 10, 2. Assumere aliquid in exemplum. *Id. Div.* 20. Et *ib.* 2, 3. Exemplis grandioribus uti et claris, et illustribus. *Id. Inv.* 2, 51. *extr.* Uniuscujusque constitutionis exemplum supponere non gravatur. *Id. Div.* 1, 30. Divinare morientes, etiam illo exemplo confirmat *Posidonius*, quo affert, *Rhodium* quandam sex nominasse etc. *Pl. Ep.* 1, 1, 7. Quid tu? agis ut velis? *Th.* exemplum adest, *h. e.* ecce exemplum, ac testimonium ejus rei, quam quaeris. *Al. leg. exemplum habes*: quod eodem recidit. *P. Item illud ipsum, quod in exemplum affertur, nempe res aliqua insignis, ad ejus similitudinem aliquid fieri potest, et quae imitanda proponitur, tum in bonam, tum in malam partem. Cic. Phil.* 10, 2. Proponere alicui exempla ad imitandum. [\**Hinc exemplum est id, unde imago exprimitur, exemplar, archetypum. Cic. Inv.* 2, 2. In mutum simulacrum veritas ab animali exemplo (von einem lebendigen Original) transfertur. *Off.* 3, 17. Feruntur ex optinis naturae et veritatis exemplis. Rarior haec significatio est. *V. Ruhnck. ad Rut. Lup.* p. 109. Hinc exemplum de scripto unde *ἀντίγραφα* sumuntur. Cf. §. 1.] *Id. Deiot.* 10. Eum virum, unde pudoris pudicitiaeque exempla peterent. *Id. Leg.* 3, 14. Vitiosi principes plus exemplo, quam peccato nocent. *Id. Or.* 1, 53. Cum esset ille vir exemplum innocentiae. *Ter. Ad.* 5, 1, 5. disciplinae. Et *Andr.* 1, 1, 65. continentiae. [\**Tic. A.* 16, 35. Tempora quibus firmare animum expediat constantibus exemplis, i. e. exemplis constantiae. Cf. *Hist.* 2, 64. Modestum exemplum. i. e. exemplum modestiae.] *Cic. Q. Fr.* 1, 2, 2. Cupiisse te, quoniam *Smyrnae* duos insuisses in culleum, simile in superiori parte provinciae edere exemplum severitatis tuae. *Ov. Art. Am.* 3, 87. Ite per exemplum, genus o mortale, Dearum. *Ter. Eun.* 5, 5, 4. Quae futura exempla dicunt in eum indigna! Et 6. Quid ais? in quem exempla fient? *h. e.* tam graves animadversiones et supplicia, ut exemplo futura sint, vel quae narranda sint tanquam exemplum

saevitiae. [\**Tac. A. 14, 44.* Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, i. e. supplicium. *Ann. 12, 20.* Meritum quidem novissima exempla Mithridatem, i. e. ultimum s. extremum supplicium.] *Caes. B. G. 1, 31.* Omnia exempla cruciatus edere in aliquem. [\**Etiā exemplum in aliquem facere. Ruhnck. ad Ter. Eun. 5, 4, 24.* et quem affert, *Drak. ad Liv. 29, 27.*] *Ter. Heaut. prol. extr.* Exemplum statuere in me, ut adolescentuli vobis placere studeant potius, quam sibi. *Id. Andr. 4, 1, 27.* Capere exemplum de aliquo, h. e. ab aliquo eum imitando. *Id. Adelp. 3, 3, 52.* Ex aliis sumere exemplum sibi. *Id. Heaut. 5, 1, 47.* Non tibi ego exempli satis sum? [\**Vell. Pat. 1, 5.* Homeri ingenium, sine exemplo maximum, i. e. omnium comparationem vincens. *V. Ruhnck. ad h. l.*] *Id. ib. prol. 20.* Habet exemplum honorum: quo exemplo sibi licere id facere, quod illi fecerunt, putat. *Quint. 10, 2.* Intueri aliquid in exemplum, h. e. imitandi causa. [\**Hinc exemplum de eo, quod imitatione dignum est. Cic. Rosc. Am. 10.* In qua muliere etiam nunc, quasi exempli causa, vestigia antiqui officii remanent. Cf. alios locos infra positos.] *Cic. Fam. 4, 3.* Quod exemplo fit, id etiam jure fieri putant. [\**ubi exemplum est omnino quodvis factum quod alii imitantur. Cic. Verr. 1, 42.* Quod fecit, aliorum exemplo institutoque fecit (nach *Andrer Beispiel und Vorgang*).] *Nep. Agesil. 4.* Exemplum alicujus sequi. *Vell. 2, 116.* Adolescens in omnium virtutum exempla genitus. *Inscr. ap. Grut. 394, 8.* Exemplum perit, castae lugete puellae: Oppia jam non est, erepta est Oppia Firmo. [\**Inscr. ap. Don. Class. X. p. 359.* Dulcissima, castissima, supra omnia exempla sanctissima. *V. Ruhnck. ad Vell. Pat. 1, 5.* Et plurali numero. *Tac. A. 11, 24.* Invetrant hoc quoque, et quod hodie exemplis tuetur, inter exempla erit: ubi attende ad duplicem vocis significationem.] *Plin. ep. 3, 1.* Uxor singularis exempli. *Id. ep. 9, 13. extr.* Verane haec, affirmare non ausim, interest tamen exempli, ut vera videantur. Et *ep. 8, 22. extr.* Quem insignire, exempli non nihil: non insignire, humanitatis plurimum refert. *Id. ep. 6, 29.* Suscipiendas esse causas aut amicum, aut destitutas, aut ad exemplum pertinentes. [\**Tac. A. 1, 38.* Bono magis exemplo quam concessio jure.] *Id. Pan. 6.* Inducere pessimum exemplum. *Trajan. ad eund. ep. 10, 98.* Res pessimi exempli est. [\**Ruhnck. ad Vell. 1, 5, 2, 25.* *Spald. ad Quint. 4, 1, 7.* *Plin. alter. 7, 16, 15.* Cum dentibus nasci, in feminis inauspicati fuit exempli. [\**Bentl. ad Hor. Od. 3, 5, 16.*] *P. Cum infinito. Sil. 17, 141.* tum vincla viro... Addita, et, exemplum non unquam fidere laetis, Sceptiferas arcta palmas vinxere catena. *P. In Gloss. Phil. est harpago, fuscina, instrumentum scilicet ad eximendas ex alieno carnes coctas, ἡραγὰς.* Latine scribens ne usurpaveris. *P. [\*Confunduntur a librariis Exemplum et experimentum. V. Interpp. ad Tac. A. 19. Exemplo et ex templo. Drak. ad Liv. 34, 33, 8.]*

EXEMPTILIS, e, adj., qui eximi potest, ἔξαίρετος. *Colum. 8, 11.* Hae perticae idcirco sunt exemptiles, ut cum res exigit, a paxillis deductae liberum aditum converrentibus stabulum praebeant. [\**ubi duo codd. habent exemptibiles.*] *Ulp. Dig. 34, 2, 25. §. 11.* Margarita, vel alii lapides exemptiles.

EXEMPTIO, onis, f. ἔξαίρεσις, actus eximendi. *Varr. R. R. 3, 16. f.* Exemptionem alvi apiarii facere, h. e. mel eximere, quod castrare alvos apum dixit *Colum. 9, 15.* Idem *Colum. 3, 18. f.* Cum per exemptionem imae partes seminum, seu (malleolorum) perfractae sunt, h. e. extractionem. *Adde 19. Pomp. Dig. 19, 5, 16.* Si post exemptionem cretae fossam replevero. *Paul. ib. 2, 7, 4. et Ulp. ib. 5.* Exemptio ejus, qui in jus vocatus est, h. e. cum quis vi, aut dolo detinetur, quominus in jus vocatus eat, qua de re toto eo titulo agitur.

EXEMPTOR, oris, m. qui aliquid eximit. *Plin. 36, 15, 24. n. 12.* Exemptores quoque affirmant, comperi sponte illa montium ulcera. De lapidum fodinis loquitur, et exemptores vocat eos, qui lapides seu marmora erunt.

EXEMPTUS et Exemptus, a, um, part. ab *eximo*, ἔξαίρετος, extractus, sublatus, ablati, detractus. *Hor. Ep. 2, 2, 212.* Quid te exempta levat spinis de pluribus una? *Marc. Dig. 41, 1, 8.* Lapis terra exemptus. *Plin. 28, 8, 28.* Lapillos ventre crocodili exemptos. Et *ib. 11, 49.* Exemptus dens. *Id. 13, 4, 9.* Exempta medulla vivunt palmae. *Apic. 8, 7. ad f.* Exemptae cochleae. *Suet. Tib. 73.* Exemptum annulum alicui tradere: dein rursus aptare digito. *Virg. A. 1, 220.* Exempta fames epulis. *Just. 11, 11.* Illi aucta insolentia, exempta comitas. *Curt. 7, 1.* Exemptus supplicio. *Plin. ep. 2, 12.* Exemptus honoribus, h. e. cui ad honores interclusus est aditus. *Or. Fast. 1, 626.* Jus exemptum restituere, h. e. ademptum. *Al. leg. ereptum.* [\**Recte tuetur exemptum Gron. ad Sen. N. Q. 6, 18.* qui alia hujus signific. affert exempla.] *In Edicto Praet. ap. Ulp. Dig. 4, 6, 1. et 26.* Exempta actio, h. e. adempta, cum scil. quis desit posse agere. *Pomp. ib. 45, 2, 19.* Cum duo

eandem pecuniam deberent, si unus capitis deminutione exemptus est, h. e. liberatus obligatione solvendi. *Lucr. 1, 974.* ut exempta concedas sine patere, h. e. sine fine ac termino. *Senec. Q. N. 3, 1.* Damna aetatis male exemptae labor sarciat, h. e. subtractae gravioribus studiis. [*V. Gron. ad Sen. N. Q. 3. praef.*] *P. Item exactus, transactus. Pall. 11, 15.* Exemptis quadraginta diebus, melle addito, uteris. Et *12, 20.* Postea, tribus diebus exemptis, auferunt. Et *3, 17. f.* Anno exempto. Et *ib. 26.* Quarto exempto mense pariunt. *P. [\*Confunduntur Exemptus et ereptus. Burm. ad Or. Fast. 1, 626.]*

EXEMPTUS, us, m. idem quod exemptio, ablatio. *Vitr. 9, 9.* Cuneorum adjunctus aut exemptus perficere cogit.

EXENTERATUS, a, um, part. ab *exentero*, ἔξεργασίς, visceribus spoliatus. *Justin. 1, 5. extr.* Epistola exenterato lepori inseritur. *Foss. in Etymol. testatur, in quibusdam vet. codicib. legi exinteratus, quasi sit ab intus.*

EXENTERO, as, a. 1. ἔξεργάζω, eviscero, interiora aufero, ab *ἐργασίω*, intestinum. *V. v. praec. P. Translate evacuare. Pl. Ep. 2, 2, 2.* Acutum cultrum habeo, qui seni exenterem marsupium. *P. Item pro cruciare. Id. ib. 3, 1, 1.* Expectando exedor miser, atque exenteror. *P. Legitur et exintero.*

EXEO, is, ivi, et ii, itum, ἔξοζομαι, extra eo, egredior. *Cic. Or. 2, 65.* Exire de triclinio, de cubiculo. *Id. Att. 2, 7. s. f. de navi. Nep. Them. 8. ex navi. Cic. Fam. 1, 9. med. et Caes. B. G. 1, 6. et 12. domo. Cic. Pis. 14. a patria. Al. leg. e patria. Id. Fam. 4, 1. extr. ex urbe. [\**ab urbe. Liv. 10, 37, 6.* ubi vid. *Drak.*] *Curt. 8, 1. extr. de convivio. Ter. Andr. 1, 2, 3. et Pl. Cas. 2, 5, 42. foras. Ter. Eun. 3, 4, 7. ab aliquo, h. e. domo alicujus. [\*Cf. *Hand. Turs. p. 19. Plin. h. n. 10, 16, 18.* Is tradit cornicem a cauda (mit dem Schwanz zuerst) de ovo exire. *V. Hand. l. c. p. 20.] Senec. Ben. 1, 1.* Verba maligna, et vix exuuntia. *P. Inter exeo, et emigro differre aliquando aliquid (quamquam fere promiscue semper usurpantur) monet nos Ciceronis locus. Verr. 2, 2, 36.* Domo ejus emigrat Verres, atque adeo exit, nam jam ante migrat. Ex hujus loci sententia emigrare est alio se ad habitandum conferre, vasis tamen relictis; exire vero significat universa sua discedendo secum asportare. [\**Non recte explicuit Forc. Nos probamus Ernest. explicationem, quam commemoravimus s. v. Emigrare.] P. Exire de nomine familiae, vel absolute de nomine dicebantur monumenta sepulcralia, quae exteris heredes e diversa familia ortos accipiebant. Inscr. apud Grut. 762, 5.* Hoc autem monumentum cum aedificio neque mutabitur, neque vaeniet, neque donabitur, neque pignori obligabitur, sed nec ullo modo alienabitur, ne de nomine exeat familiae suae. Alia ap. *Marin. Iscriz. Alb. p. 66. C. Aurelius Apollonius vivus sibi, uxori, fratri, et libertis libertabusque liberorumque eorum, et posterisque fecit ita, ne de nomine exeat. [\*Similia sunt haec. Papin. in Dig. 31, 68, 5.* Peto non fundus de familia exeat. *Scaevol. in Dig. 32, 38, 3.* Ita fiet, ut fundus de nomine vestro nunquam exeat.] Cum casibus motus ad locum. *Plin. 9, 57, 83.* Exire ad pabula. Et *10, 44, 61.* in pascua. *Cic. Off. 1, 17.* in alias domos tanquam in colonias. Et *32.* in solitudinem. *Curt. 9, 4. et Liv. 44, 39.* in aciem. [\**V. Drak. ad Liv. 27, 15, 14.] Virg. G. 4, 67. et Liv. 44, 39.* ad pugnam. *Lucr. 1, 170.* in luminis oras, h. e. nasci. [\**Et simpliciter exire pro gigni. Varr. R. R. 2, 6, 2.* Unde optimi exeunt asini, i. e. gignuntur. *Cic. Verr. 2, 5, 51. et Nep. Alcib. 8. extr.* in terram, i. e. escendere. *Cic. Fam. 2, 16.* Ex Italia ad bellum civile. *Plin. 11, 10, 10.* ad opera. *Caes. B. G. 1, 33.* Cum omnem Galliam occupassent, in Provinciam exirent. *Ter. Hec. 4, 1, 6.* Exire ad aliquem, h. e. domo ad aliquem visendum. *Stat. Theb. 11, 353.* a nostris in fratrem amplexibus exis, h. e. postquam me amplexus es, prodis ad pugnandum contra fratrem. *P. Cum accus. Ter. Hec. 3, 3, 18.* Exire limen. *Or. Met. 10, 52.* donec Avernas Exierit valles. *Adde Val. Fl. 4, 698.* *P. Cum infinito. Stat. Achill. 1, 288.* Exierant dare veris opes, divaeque severas Fronde ligare comas. *P. Absolute. Caes. B. C. 1, 6.* Paludati, votis nuncupatis exeunt consules, h. e. ex urbe ad bellum proficiscuntur. *Sic Nep. Ages. 6.* Cum a plerisque ad exeundum premeretur, exire noluit. *Id. Alcib. 3.* Priusquam classis exiret, i. e. portum relinqueret. Et *Them. 6.* Solus profectus est: reliqui legati, ut tum exirent, praecepit, cum etc. *Cic. Fam. 9, 6.* Exire ostiae. *Senec. Benef. 3, 16.* Feminae exeunt matrimonii causa, h. e. domo et familia. *P. Translate. Cic. Amic. 4.* Exire de vita. *Id. Fin. 1, 15. e vita. [\*Calp. decl. 51.] Nep. Timol. 4.* Nihil unquam neque insolens, neque gloriosum ex ore ejus exiit. *Cic. Or. 2, 22. extr.* Isocrates magister istorum omnium, cujus e ludo, tanquam ex equo Trojano, meri principes exierunt. *Or. Met. 9, 630.* Exire modum, i. e. excedere.**

*Senec. Benef. 3, 38.* Opus laudabile, nunquam a memoria hominum exiturum. [\**Liv. 6, 37, 5.* Exire memoria, ubi vid. *Drak.*] *Cic. Tusc. 3, 5.* Exisse ex potestate dicimus eos, qui effrenati feruntur aut libidine aut iracundia. Et *mox.* Qui exisse ex potestate dicuntur, id circo dicuntur, quia non sunt in potestate mentis, cui regnum totius animi a natura tributum exisse. [\**Id. Tusc. 4, 36.* Iratos proprie dicimus exisse de potestate, id est, de consilio, de ratione, de mente. *Turn. Adv. 2, 11.* hanc locutionem ex eo natam putat, quod furiosi non in sua, sed in agnatorum et gentilium erant potestate. Tum translata est ad eos, qui vehementiori aliqua animi affectione teneantur. *Adde Davis. ad Tusc. 3, 5.* Sed alio sensu dicitur Exire de potestate alicujus, de quo vide §. 10.] *Petr. Sat. 90.* Quotiescumque coeperis a te exire, sanguinem tibi a capite mittam. *Cic. Verr. 2, 2, 25.* Cum omnes perspicierent, ad istum illos nummos, qui per simulationem ab isto exierant, revertisse. [\**Exire de mercibus quae exportantur. Alfen. Var. in Dig. 39, 4, 15.* Consulebatur, num contra legem ex insula cotes exisse viderentur, ubi paulo post: cotes evectae viderentur.] *Vell. 2, 82.* Fugam suam, quia vivus exierat, victoriam vocabat. *Cic. Dom. 14.* Exire e patriciis, h. e. ex ordine patricio ad plebejum transire. *P. Interdum est vitare, declinare. Virg. A. 5, 438.* Corpore tela modo, atque oculis vigilantibus exit. *Lucr. 5, 1329.* feros exhibant dentis adactus. *Id. 6, 1215.* procul absiliebat, ut acrem exiret odorem. *Virg. A. 11, 750.* vim viribus exit, h. e. viribus suis vim impetumque hostis avertit. *Adde Stat. Th. 6, 802.* *P. Interdum liberari, Cic. Phil. 11, 6.* Aere alieno exire. *Lucil. ap. Non. 4, 164.* ex aerumna. [\**Exire potestate, vel a, vel de potestate alicujus, i. e. dimitti vel liberari. Paul. in Dig. 37, 4, 62.* Heres esset futurus patri, si potestate avi non exisset. *Ulp. in Dig. 37, 4, 1, 6.* Exierunt de patris potestate. *Modestin. in Dig. 28, 6, 3.* Servus a domini potestate exiit.] *P. Interdum ascendere, erigi, in altum ferri. Lucr. 6, 886.* ignem expirare foras, exireque in auras. *Virg. G. 2, 81.* ingens Exiit ad coelum ramis felicibus arbor. *Plin. 13, 4, 8.* Palmis religant comas, ut in altitudinem exeant. *Stat. Th. 6, 838.* sic grandibus alte Insurgens humeris hominem super improbus exit. *P. Interdum vulgari, emanare. Nep. Annib. 9.* Magnam secum pecuniam portabat, de qua sciebat exisse famam. *Cic. Rosc. Am. 1.* Nequaquam similiter oratio mea exire, atque in vulgus emanare poterit. *Id. Att. 13, 13.* Libri quidem ita exierunt. *Nep. Dat. 6.* Si in turbam exisset, ab homine tam necessario se relicto. *Suet. Galb. 20.* Exierat in vulgus. *Id. Ner. 53.* Exiit opinio. [\**Gell. N. A. 12, 12.* Ea res prodiata est et in vulgus exivit. *V. Ruhnck. ad Ter. Ad. 4, 4, 17.] P. Item terminari, desinere. Plin. 16, 23, 35.* Populo albae folia vetustiora in angulos exeunt. *Id. 7, 19, 18.* Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quandam torvitatemque naturae. *Id. 37, 6, 22.* Vitium opali, si color in florem heliotropii exeat. *Quint. 1, 5. med.* Nomina, quorum prima positio in easdem, quas *Castor*, litteras exit. (Alio sensu *Id. ib. c. 6.* Dummodo per eandem litteram in infinito exeant, h. e. eandem litteram in paenultima infiniti habeant.) *Cic. Div. 1, 25.* Quinto anno exeunte. *Liv. 4, 30. f.* Induciarum dies exierat. [\**Vel simpliciter Exeunt induciae. Drak. ad Liv. 7, 38, 1. 9, 34, 22.] Sen. ep. 8.* Nullus mihi pro otium dies exit. *Lucan. 5, 409.* rapiendi tempora belli in segnes exisse moras. *Plin. Pan. 68.* Securis tibi et laetus dies exit. *Quint. 8, 6.* Continuus metaphorae usus in allegoriam et aenigmata exit. Et *1, 5. extr.* Verba repudiata etiam in jocos exeunt. *P. [\*Apud seniores scriptores pro evadere, existere ponitur. Hyg. fab. 84.* Qui secum quadrigis certasset victorque exisset. Ad quem locum vide *Wopkens. p. 161.] P. Interdum germinare, pullulare. Plin. 25, 4, 9.* Folia a radice exeunt; vel *Id. 11, 30, 36.* Formicae semina arrosa condunt, ne rursus in fruges e terra exeant. [\**ausschlagen, aufkeimen.* *Adde Varr. R. R. 1, 45, 1. Col. R. R. 2, 13, 2.* Et cum ablat. solo. *Col. R. R. 2, 10, 3.* Lupinus non exit solo limoso.] *Id. 18, 7, 10. n. 5.* Fabae in folia exeunt, ac deinde caulem emittunt. [\**Et absolute. Col. 2, 12, 3.* Vix ulla herba exit. *Pall. Febr. 4.* Lens sata exit et grandescit.] *Val. Fl. 7, 549.* Exit messis. *P. Item extendi, proferri. Sen. Brev. vit. 6.* Vestra vita, licet supra mille annos exeat, in artissimum contrahetur. [\**Varr. R. R. 2, 1, 25.* Vide ne novenae istae partes non exeant extra pecoris minoris ac majoris nomen.] *Plin. ep. 2, 11. med.* Probationes in tertium diem exierunt. *Plin. alter 33, 7, 37.* Nonaginta annis ante Praxibulum: quod tempus exit in Urbis nostrae ducentesimum sexagesimum nonum annum. *Or. Fast. 5, 189.* Circus in hunc exit mensem. *Lucan. 8, 461.* Emensus Cypri scopulos, quibus exit in Austrum. *Sic 5, 380.* Appulus Adriacas exit Garganus in undas. *Quint. 4, 2.* Si tamen adhibitis his quoque artibus, in longum



exierit ordo rerum etc. P Item dicendo egredi a proposito. *Id.* 11, 2. More poetis frequentissimo digressus, in laudes Castoris et Pollucis exierat. *Plin. praef. l. 1.* Ut in quaedam acta exeam. P Pertinet etiam ad sortitiones. *Cic. Att. 1, 19.* Cum de consularibus mea prima sors exisset. *Id. Verr. 2, 2, 51.* Cujus nomen exisset. [\*Haec signif. uti ea quae sequitur, inter primas erat ponenda.] P Item ad flumina in mare influentia. *Ov. Am. 2, 13, 10.* de Nilo. Per septem portus in maris exit aquas. *Val. Fl. 8, 187.* de Istro: septem exit aquis, septem ostia pauidit. P *Exire in aliquem*, infesto animo ire. *Stat. Th. 11, 724.* in hunc odiis, et regni viribus exis. Et 2, 490. exit in unum Plebs ferro jurata caput. [\**Burm. ad Ov. A. A. 3, 419.*] Sic 5, 151. ferroque omnes exire per annos, h. e. saevire in omnis aetatis homines. P *Exire in iram*, *Lucan. 3, 112.* irasci. P *Passive impersonaliter*. *Cato R. R. 1.* Uti inde exiri possit. *Varr. L. L. 5, 3. f.* In Velabro, qua in novam viam exitur. *Caes. B. C. 1, 67.* Non posse clam exiri. *Pl. Cas. 4, 3, 15.* Crepuit ostium: exitur foras. [\**Ulp. in Dig. 43, 8, 2, 23.* Viae in quas exitur de via consulari.] P *Partic. Exeundus* non est usitatum. V. tamen in EO. P *Supin. Exeundum* ap. *Caes. B. C. 1, 69.* Nemo erat adeo tardus, quin statim castris exeundum putaret. P *Exiet pro exhibit*, V. v. EO. P [\**Confunduntur Exire et Excedere. Drak. ad Liv. 36, 21, 2. — et Excure. Id. ad Liv. 5, 34, 4. Exit et Haesit. Id. ad Liv. 2, 10, 10. — Exire et Exstare. Burm. ad Ov. Met. 3, 78.*]

EXEQUIAE. V. EXSEQUIAE.

EXEQUOR, etc. V. EXSEQUOR.

EXERCEO, es, ercui, ercitur, a. 2. ab ex, et arceo, quia quae exercentur, hoc est excoluntur, sub certa lege ac ratione coercentur, continenturque. Alii volunt esse ab ἐξέρχω (simili τῷ ἐξέρχῳ) idem significante, ab ἔργον, opus. Itaque significat colere, excolere, tractare, opere versare, ducere. *Virg. A. 8, 424.* Ferrum exercent vasto Cyclopes in antro. *Ov. Met. 6, 145.* exercent aranea telas. *Virg. A. 10, 141.* Pinguia culta exercere. *Id. G. 1, 219.* humum in messem. *Id. A. 7, 798.* vomere colles. [\**Pall. Jan. 13, 2.* Exercere agrum multis orationibus.] *Sil. 1, 363.* de falaria. Dum penitus pluteis Vulcanum exercent adesis, h. e. applicat et quodammodo in pluteis comburendis laborare facit, fatigat. [\**Et Tac. Agr. 31.* Non arva nobis, aut metalla, aut portus sunt, quibus exercentis reservemur: ubi vid. *Hertel.*] *Plin. ep. 1, 20.* Vineas, arbusta, campos curare et exercere. P Et translate. *Sall. or. ad Caes. 2. med.* Malitia praemiis exercetur: ubi ea demperis, nemo gratuito malus est. P Item in opere detinere. *Virg. G. 1, 21.* Exercere tauros. *Nep. Dion. 9.* Navem in portu agitari jubet, ut si exercere remiges vellet. *Suet. Aug. 16.* Exercere milites in aliqua re. *Id. Rhetor. 1.* discipulos. *Catull. 61, 235.* juvenam. *Pl. Poen. prol. 13.* et *Cic. Or. 1, 33.* vocem, et vires suas. *Virg. A. 6, 642.* in gramineis exercent membra palaestris. *Ov. Am. 1, 8, 41.* animos in armis. *Id. Met. 6, 375.* linguas litibus. *Pl. Amph. 1, 1, 168.* pugnos in aliquo. *Cic. Sen. 11.* memoriam. *Auct. ad Her. 3, 21.* ingenium. [\**V. Gron. Obs. 2, 3. Ruhnk. ad Vell. Pat. 2, 110.*] *Cic. Somn. Scip. 9.* animam, mentem in optimis rebus. [\**Liv. 35, 28, 1.* Exercere animum ad aliquid.] *Cic. Brut. 64. extr.* adolescentem multos annos in studio laudis. *Id. Or. 14. extr.* Aristoteles adolescentes in thesi, ad copiam rhetoricum, in utramque partem exercuit. *Id. Catil. 1, 10.* Ad hanc te amentiam natura peperit, voluntas exercuit. *Id. Manil. 10.* Quod genus belli esse potest, in quo illum non exercuerit fortuna reipublicae? *Id. N. D. 2, 64.* Exerceri in venando. *Id. Att. 6, 1. med.* Cicerones pueri amant inter se, discunt, exercentur. *Id. Brut. 90.* A Diodoro studiosissime in dialectica exercebat. *Id. Or. 1, 57.* In hoc genere pueri apud magistratos exercentur omnes. P Exercere se. [\**Attende ad discrimen inter se exercere et exerceri; hoc fit alio duce, illud si quis sua id facit auctoritate, proprio motu.*] *Cic. ad Brut. 1, 15.* Gravi iudicio multa arte se exercuit in verissimo genere dicendi. *Id. Att. 9, 4.* Exercere se in consultationibus. *Id. Or. 1, 34.* ad Ennii versus. *Id. Brut. 71.* Se quotidianis commentationibus acerrime exercuit. *Id. Tusc. 2, 17.* Subduc cibum unum diem athletae: Jovem Olympium, cum ipsum, cui se exercebit, implorabit. P Et omisso accusativo. *Id. Or. 2, 71.* Cum ceteris in campo exercentibus, in herba ipse recubisset. P Est etiam factitare, tractare, versari in aliquo munere administrando. *Virg. G. 1, 268.* etiam festis quaedam exercere diebus, Fas et jura sinunt. *Cic. Cluent. 63. extr.* Instructam ei, medicinae exercendae causa, tabernam dedit. *Virg. A. 4, 87.* Exercere arma. *Val. Fl. 3, 161.* pharetram et arcum. *Virg. A. 1, 503.* choros. Et *ib. 9, 62.* agni balatum exercent. Et *G. 1, 403.* exercet noctua cantus. *Cic. Manil. 6.* Exercere vectigalia. *Ulp. Dig. 4, 9, 1. §. 2.* navem, cauponam, stabulum. V. EXERCITOR. *Id. ib. 7, 1, 13.* fodinas auri, argenti, sulphuris. [\**Scaev. in Tom. II.*]

*Dig. 26, 7, 58.* Negotiationem per Pamphilum et Diphilum, prius servos, postea libertos exercebat. *Id. ib. 28, 5, 35. extr.* pecunias, h. e. fenus, ut loquitur *Paul. ib. 26, 7, 48.*, vel in merces insumere, unde augeantur. *Hor. Ep. 1, 14, 44.* artem. *Plin. 12, 14, 30.* commercium turis. *Liv. 31, 26.* populationem. *Cic. Fin. 2, 16.* quaestionem inter sicarios. *Id. Leg. 1, 4.* jus civile. Et *Arch. f. iudicium.* quod est praetoris, aut iudicis quaestionis. [\**Saepe apud lectos ponitur, pro instituere, intendere. Sic exercere actionem, accusationem, cognitionem, exceptionem, petitionem hereditatis etc. Exempla vide ap. Brissou. de verb. signif. Plin. 10, 21, 34.* regnum. *Ov. Met. 9, 275.* odium in aliquo. *Pl. Amph. 1, 1, 168.* Exerciturus pugnos in aliquem. *Cic. Phil. 11, 3.* Exercere crudelitatem suam in aliquo. *Id. Div. Verr. 4.* inimicitias. [\**Liv. 42, 1, 12.* Exercere iram.] *Id. Off. 1, 25. med.* facilitatem et lenitudinem animi. *Sall. Cat. 9.* jurgia, discordias, simulatas cum hostibus. *Virg. A. 6, 543.* poenas. *Liv. 29, 17.* scelus, libidinem, avaritiam in socios. *Brutus ap. Cic. ad Brut. 1, 2.* iracundiam in superatos. *Liv. 6, 22.* victoriam in captis. [\**Adde Sall. Jug. 16.*] *Cic. Off. 1, 25.* juris aequabilitatem. [\**Flor. 3, 7, 6.* Exercere jus victoris. h. e. jure vict. uti.] *Plin. ep. 1, 10. f. justitiam. Jul. Dig. 39, 5, 1.* liberalitatem et munificentiam. [\**Porro Exercere beneficium, damnum, liberalitatem, misericordiam. Exempla dat Brissou. de verb. signif. Catull. 68, 69.* amores ad aliquam, h. e. erga aliquam. *Virg. G. 2, 370.* imperia, h. e. imperare. [\**Inprimis frequentatur haec vox a Tacito. Exempla vide ap. Boettich. Lex. Tac. p. 183.*] P Item agitare, vexare. *Ov. Her. 15, 9.* Indomitus ignem exercentibus Euris Fertilis accensis ignibus ardet ager. *Hor. Od. 4, 14, 20.* Indomitus undas exercent Auster. *Ov. Met. 8, 165.* de Maeandro. Et nunc ad fontes, nunc in mare versus apertum Incertans exercet aquas. P Et translate vexare. *Cic. Tusc. 5, 1.* Eos casus, in quibus me fortuna vehementer exercuit etc. *Lucr. 5, 1422.* aurum et purpura curis Exercent hominum vitam. *Virg. A. 4, 622.* Tum vos, o Tyrii, stirpem et genus omne futurum Exercent odiis. *Id. G. 4, 453.* Non te nullius exercent numinis irae. *Id. A. 6, 739.* Exerceri poenis, veterumque malorum supplicia expendere. *Liv. 39, 40.* Simulatas nimio plures exercentur eum, et ipse exercuit eas. [\**Sall. Cat. 11.* Ambitio animos hominum exercet. V. *Ruhnk. ad Vell. Pat. 2, 33.*] *Cic. Att. 13, 22.* Te de praedio aviae exerceri, moleste fero. [\**Cic. ad Fam. 12, 4.* Nunc me reliquiae vestrae exercent, h. e. Caesare occiso Antonium mihi molestiam facessit.] *Ter. Ad. 4, 2, 48.* Ego te exercebo hodie, ut dignus es, silicernium. [\**i. e. nullum tibi quiescendi tempus dabo. Hinc dicuntur servi exerceri ab eo, qui eos otiosos esse non patitur, sed eos opus facere sine intermissione cogit. Ter. Heaut. 1, 1, 21.* Quod in opere faciundo operae consumis tuae, si sumas in illos exercendo, plus agas. V. *Ruhnk. ad h. l. Ulp. in Dig. 33, 7, 8.* Homines qui agrum colunt, et qui eos exercent praepositive sunt his; quorum in numero sunt villici et monitores.] *Plin. ep. 7, 6.* Pertinacissime exercere optimum virum. [\**Hinc agitare feras. Tryphon. in Dig. 7, 1, 62.* Si variis inclusae ferae custodiebantur, num exercere eas fructuarius possit, occidere non possit? P Item detinere. *Virg. G. 2, 415.* incultique exercet cura salicti. *Sall. Cat. 11.* Primo magis ambitio, quam avaritia, animos hominum exercebat. [\**Col. R. R. 8, 11, 7.* Exercet mares ineundi cupiditas.] P Exercere sumptum suum, h. e. exercendo se in aliqua arte sumptum sibi necessarium vitae parare. *Ter. Heaut. 1, 1, 91.* ubi al. aliter leg. V. EXSARCIO. P Exercere diem, h. e. exercendo et laborando transigere. *Virg. A. 10, 808.* P Exercere curas, est agitare, in curis versari. *Sil. 11, 374.* P Exercere nomen patris, [\**den Namen des Vaters führen.*] *Plin. Pan. 21.* P Exercere pacem et hymenaeos. *Virg. A. 4, 99.* h. e. facere, jungere. P Exercere verba. *Sen. ep. 40. med.* h. e. exercere se ad copiam verborum, et ad orationem extemporalem. P Exercere formam, *Stat. Sil. 1, 2, 166.* h. e. alere, fovere, excolere. P Exercere vitam separatam a ceteris civibus, *Justin. 20, 4.* h. e. agere. P Exercere sitim, *Sil. 1, 260.* est ipsam quodammodo sitim vexare, non explendo, sed tolerando. P [\**Confunduntur saepissime a librariis Exercere et exserere. V. Interpp. ad Suet. Tib. 33. Drak. ad Liv. 7, 10, 5. Burm. ad Vell. Pat. 2, 47. ad Quint. Inst. 4, 1. p. 310.*]

\*EXERCIBILIS, e, adj. qui praestari potest. *Coel. Aurel. Tard. 5, 1.* Regula exercibilis. *B. A. EXERCIO, V. EXSARCIO.*

\*EXERCIPES, edis, m. pedisequus, cursor. *Taxodōros, δοκουός, exercipes Gloss. B. A.*

EXERCITAMENTUM, i, n. exercitatio. *Appul. Florid. n. 15. p. 351, 39.* Mentium documenta, corporum exercitamenta.

EXERCITATE, adv. cum exercitatione. *Sen. ep. 90. med.* Quae ab imprudentissimis aut aequae fieri videmus, aut peritius, aut exercitatus. *Peritius*

ad scientiam pertinet: *exercitatus ad usum. Arnob. 3, 113.* Neque enim traditor alicujus esse scientiae potis est, ut non ejus, quod tradit, rationem teneat exercitatusque comprehensam.

EXERCITATIO, onis, f. γυμνασία, μέλην, actus exercendi se in re aliqua, usus, consuetudo, tractatio, meditatio. [\**militum. Macer. in Dig. 49, 16, 12, 2.* Officium tribunorum est, milites ad exercitacionem producere.] *Cic. N. D. 2, 10.* Corpora nostra motu atque exercitacione recalescunt. *Id. Div. Verr. 15.* Hominem non aetate, sed usu forensi, atque exercitacione tironem. *Id. Sen. 11. f.* Exercitaciones ingenii, curricula mentis. Et 3. Artes, exercitacionesque virtutum. *Id. Coel. 5.* Exercitatio, ludusque campestris. Et 22. Exercitatio, ususque dicendi. [\**Atque simpliciter etiam de usu dicendi ap. Cic. Or. 3, 94.* ubi stilus i. e. exercitatio scribendi opponitur.] *Id. Off. 1, 18.* Capere consuetudinem exercitacionemque rei alicujus. *Id. Div. 2, 46.* Naturae vitium meditatione atque exercitacione tollere. *Id. Fam. 1, 9. s. f.* Studia et exercitaciones. *Id. Fin. 3, 12.* Vir egregia exercitacione in dialecticis. *Id. N. D. 2, 67.* Exercitaciones rhetoricae. Et *ib. 1, 37.* Pueri, etiam cum cessant, exercitacione aliqua ludicra delectantur. [\**Cic. Oecon. 1.* A natura comparata est viri opera ad exercitacionem forensis atque extraneam.] *Id. Cat. 2, 5.* Catilina stuprorum et scelerum exercitacione assuefactus. P [\**Ulp. in Dig. 46, 1, 8, 3.* Siquidem iudicatus actionis acceptus non est, sed tantum litis exercitacionis.]

EXERCITATOR, oris, m. ἀσκητής, qui alium in re quapiam exercet. *Plin. 23, 7, 63.* Pythagoras exercitator primus ad carnes athletas transulit. Et 35, 11, 40. n. 30. Leocythion agilitatis exercitator. *Inscr. ap. Don. cl. 6. n. 49.* Exercitator equitum praetorianorum. Alia ap. *Grut. 1102, 4.* Exercitator equitum speculorum principis. [\**Unus Cod. praebet hanc voc. ap. Liv. 39, 1, 5.*]

EXERCITATORIUS, a, um, adj. ad exercitum pertinens. *Inscr. in Transact. philos. T. 53. p. 134.* Basilicam equestrem exercitatoriam jampridem a solo coeptam aedificavit. *F.*

EXERCITATRIX, icis, f. quae exercet. *Quint. 2, 15. med.* Duas partes civilitatis corpori assignat, medicinam, et quam interpretantur exercitatrix, h. e. artem gymnasticam.

EXERCITATUS, a, um, partic. ab exercito, μεληρός, ἐκπειρωμένος, qui se in re aliqua diu et multum exercuit. *Varr. ap. Non. 2, 149.* Exercitatus videri somnum suavem. [\**die viel gearbeitet haben.*] *Cic. Cluent. 19.* Homo in uxoris necandis exercitatus. *Id. Agr. 2, 31.* Illi miseri, glebis subigendis exercitati. *Id. Acad. 4, 34.* Si res, in quibus versatus exercitatusque sit, nescire se dicat. *Id. Somn. Scip. in f.* Agitatus et exercitatus animus optimis curis. *Nep. Epam. 5.* Exercitatus bello. [\**Cic. Font. 14.* Usu bellorum exercitatus.] *Cic. Off. 2, 15.* Paratiores erunt, et tanquam exercitatiores ad bene de multis promerendum. *Id. Verr. 2, 5, 54.* Lictores valentissimi, et ad pulsandos verberandosque homines exercitatusissimi. *Cic. Div. 1, 42.* Etrusci ostentorum exercitatusissimi interpretes. *Nep. Ages. 3.* Ornatissimum et exercitatusissimum exercitum habere. *Id. Iphicr. 2.* Nullae neque exercitatiores copiae, neque magis dicto audientes fuerunt. P Item agitates exercitatae Noto. [\**Tac. Agr. 5.* Non sane alias exercitator magisque in ambiguo Britannia fuit, ubi vid. *Hertel.* P *Confunduntur a librariis Exercitatus et Exercitus. V. quae sub h. v. annotavimus. Porro Exercitatus et Excitatus. Vid. Gron. ad Sen. Contr. 23.]*

EXERCITĒ, adv. *Appul. Met. 11. f. p. 272, 6.* Mecum ipsas cogitationes exercitius cogitabam, h. e. frequentius et attentius.

EXERCITĪO, onis, f. exercitatio: ab exercitus, ut *Fest.* docet. *Cato ap. Gell. 11, 2. extr.* Inertia plus detrimenti facit, quam exercitio. *Ulp. Dig. 14, 1, 1. §. 20.* Ad summam reipubl. navium exercitio pertinet. *Papin. ib. 1, 21, 1.* Magistratus publici iudicii habent exercitacionem. [\**Hujus vocis usus tantum ad priscos Latinos et ad jure consultos pertinet, nec temere aliis scriptoribus obtrudendus est. Vid. Ruhnk. ad Rut. Lup. 2, 5, p. 87.*]

EXERCITĪUM, ii, n. exercitatio. *Sall. fragm. ap. Veg. Milit. 1, 9. extr.* Frequentibus exercitiis praeparare milites ad proelia. *Gell. 3, 1. f.* Alicujus rei vel studio vel exercitio teneri. *Vell. 2, 109.* Perpetuis exercitiis ad Romanae disciplinae formam redactus. *Tac. A. 2, 55.* Exercitio equitum interesse.

EXERCITO, as, a. 1. frequent. ab *exerceo. Mela 2, 1. med.* Achilles ibi se ac suos cursu exercitavisse memoratur. *Sall. or. de rep. ord. 18.* Corpus, atque ingenium patriae, non suae quisque potentiae, exercitabat. P [\**Confunduntur a librariis Exercitare et Excitare. Drak. ad Liv. 39, 1, 5.*]

EXERCITOR, oris, m. exercitator, qui in re aliqua quempiam exercet. *Pl. Trin. 4, 3, 9.* Cur-

leulio est exercitor: is hunc hominem cursuram do-  
lect. Et 2, 1, 2. Ego met me macero et defatigo:  
magister mihi exercitor animus hinc est. *Maer.*  
*Somn. Scip.* 2, 14. *med.* Exercitor corporum va-  
lentiam luctatoribus praestat. P Item qui quae-  
stus causa artem aliquam exercet. *Ulp. Dig.* 14,  
1, 1. Exercitor navis, h. e. ad quem obventiones,  
et reditus omnes locatae navis perveniunt, sive is  
dominus navis sit, sive a domino navem per aver-  
sionem conduxit: ut *Id. ib.* definit. *Cajus ib.* 44,  
7, 4. *extr.* Exercitor cauponae, aut stabuli. *Ulp.*  
*ib.* 4, 9, 1. De exercitoribus ratiom, item lintra-  
riis nihil cavetur. *Inscr. ap. Grut.* 492, 5. Exer-  
citores ratiom Ulpianarum.

EXERCITORIUS, a, um, adj. ad exercendum  
pertinens. *Tertull. Poenit.* 12. Exercitoria jacula.  
P Item ad exercitorem, seu negotiatorem pertinens,  
ut exercitoria actio, *Afric. Dig.* 14, 1. (qui de  
hac ipsa re inscribitur) 7., h. e. quae datur v. gr.  
naviganti in exercitorem navis etc.

EXERCITUALIS, e, adj. ad exercitum pertinens.  
*Ammian.* 23, 5. Etrusci haruspices, prolatis libris  
exercitibus, ostendebant, signum hoc esse pro-  
hibitorium, h. e. qui de ostentis tractabant, quae  
ad expeditiones militares pertinent. Al. leg. ritua-  
libus. *Cossiod. Variar.* 11, 1. Exercitialis vir.

EXERCITUS, a, um, partic. ab *exerceo*, exercita-  
cionem. *Flor.* 1, 3. Mirum in modum exercita  
juventute, provocare ausus Albanos. *Tac. A.* 3,  
20. Impiger manu, exercitus militia. *Plaut. fragm.*  
*ap. Non.* 3, 54. Ad rem aliquam exercitus. [*Tac.*  
*A.* 16, 42. Habitu et ore ad exprimendam imagi-  
nem honesti exercitus. Alia bene multa exempla  
ex *Tacito* suppeditat *Boettich. Lex. Tac.* p. 183.]

*Claud. in Eutrop.* 1, 193. manus parvis exercita  
furtis. P Item agitatus. *Virg. G.* 3, 529. Po-  
cula sunt fontes liquidi, atque exercita cursu Flumi-  
na. P Item fatigatus: quod fatigatio ex exerci-  
tio nascitur. *Sall. Jug.* 74. Exercito corpore  
fessus, in lecto quiescebat. P Item vexatus, ja-  
etatus. *Cic. Mil.* 2. Quid nobis duobus laborio-  
sius, quid magis sollicitum, magis exercitum dici  
potest? *Id. Att.* 1, 11. Candidati exerciti omni-  
bus iniquitatibus. *Virg. A.* 3, 182. Nate Iliacis  
exercite fatis. *Id. ib.* 5, 779. Venus exercita cur-  
ris. *Or. Trist.* 5, 5, 49. adversis probitas exer-  
cita rebus. *Pl. fragm.* ap. *Non.* 1, 16. Quae so-  
dalem atque me exercitos habet. P Item laborio-  
sus, gravis. *Tac. A.* 1, 35. Finem tam exercitae  
militiae orabant. [*Tac. A.* 1, 17. Duram hie-  
nem, exercitam aestatem.] *Plin. ep.* 7, 2. Aesta-  
tem inquietam exercitamque transcurrere. P Gra-  
dus sunt exercitor, exercitissimus, quibus usos ve-  
teres *Fest.* in *Exercitionem* testatur. *Plinio* quo-  
que 9, 15, 18. exercitissimus a quibusdam tribu-  
tur: at *Hard.* ex *MSS.* exercitissimus. P [*Sae-  
pe* confunduntur a librariis *Exercitus* et *Exercita-  
tus*. V. *Oudend.* ad *Front. Strat.* 2, 1, 30. *Drak.*  
ad *Liv.* 27, 44, 6. Discrimen hoc est: *exercitus*  
est vexatus, *exercitatus* usu subactus. Porro *Ex-  
ercitus* et *Exertus*. V. *Ammian.* *Marc.* 16, 12,  
46, 27, 10, 16. *Exercitus* et *Exitus*. *Drak.* ad  
*Liv.* 5, 26, 7. — et *Exertitus*. *Id.* ad *Liv.* 27,  
44, 6.]

EXERCITUS, us, olim ti, m. *οἰκάρης*, militum  
copiae: ab *exerceo*, quia, ut ait *Varro L. L.* 4,  
16., exercitando fit melior. [*Adde Veg. R. Mil.*  
1, 4.] *Ulp. Dig.* 3, 2, 2. Exercitum, non unam  
cohortem, neque unam alam dicimus, sed numeros  
multos militum. *Cic. Mur.* 15. Maximus et for-  
tissimus exercitus. *Nep. Eum.* 4. Pedester exercitus  
*Virg. A.* 11, 598. equitum exercitus, [*Dux*  
atque exercitus saepe junguntur a *Livio*, ubi id ne-  
cessarium non est. *Gron.* ad *Liv.* 25, 8, 9.] *Cic.*  
*Manil.* 21. Exercitum difficili reipubl. tempore con-  
ficere. *Id. Phil.* 5, 13. et *ib.* 4, 3. conscribere et  
comparare contra aliquem. Et *ib.* 5, 8. paucis  
diebus facere. *Liv.* 2, 43. scribere. [*Drak.* ad  
*Liv.* 6, 28, 5.] *Cic. Phil.* 4, 6. conflare. *Sall. Cat.*  
30. parare. *Id. Jug.* 10. cogere. *Caes. B. G.* 1,  
34. contrahere. *Cic. Prov. cons.* 2. *extr.* superbis-  
simo delectu et durissima conquisitione colligere.  
*Id. Mur.* 9. ducere. *Sall. Cat.* 11. Et 17. ducere,  
*Curt.* 8, 4. movere ex hibernis. Et 4, 9. trajicere.  
*Caes. B. G.* 1, 13. transducere. *Cic. Manil.* 21.  
Exercitui praesse. *Varr. L. L.* 4, 16. praecire. *Id.*  
*ib.* 5, 4. Exercitum fugare. *Liv.* 2, 12. fundere.  
*Val. Max.* 3, 2. n. 8. hostium rumpere. *Cic. Fam.*  
15, 4. dissipare. Et *ib.* dimittere in hiberna. Et  
*ib.* in vicis captis collocare. *Liv.* 2, 9. Infesto  
exercitu Romam venit. Et 1, 10. Hostibus fit  
obviam cum exercitu Romulus. P [*Saepe*issime  
vocem *Exercitus* sequitur pluralis. *Cort.* ad *Sall.*  
*Jug.* 18, 3. *Drak.* ad *Liv.* 3, 28, 2. ad *Sil Ital.*  
13, 308.] Interdum de solo peditatu dicitur. [*Et*  
opponitur equitatu.] *Caes. B. G.* 2, 11. Insidias  
veritus, exercitum equitatumque castris continuit.  
[*Exempla* suppeditat *Drak.* ad *Liv.* 28, 1, 5. P  
Interdum notat exercitum terrestrem et opponitur  
classi. *Liv.* 26, 42, 2. Eodem tempore et exer-  
citus ostendebatur et classis intrabat portum. *Vid.*  
*Gron.* ad h. l.] P Interdum de multitudine urba-  
na. *Varr. L. L.* 5, 9. Ad comitia tum vocatur

populus, ideo quod alia de causa hic magistratus  
non potest exercitum urbanum convocare. Multa  
hac de re *Gron. observ.* 1, 1. P Item de quacum-  
que multitudine. *Virg. G.* 1, 382. Corvorum in-  
crepuit densis exercitus alis. *Id. A.* 5, 824. Phor-  
cique exercitus omnis. *Sil.* 11, 413. Mittit se coelo  
niveis exercitus alis, h. e. turba Cupidinum P  
*Exerciti* in genitivo. *Varr.* ap. *Non.* 8, 14. Pro  
salute exerciti. *Accius ib.* Quo revoces summam  
exerciti. Adde *Naev.* ap. *Charis.* 1, 103. et nummos  
Aureliani, Cari, et Carini Imppp. ap. *Mediobarb.*  
et *Musel.* P *Non. ib.* ponit etiam *exercituis*, sed  
nullo exemplo confirmat. P Legitur aliquando pro  
*exercitatione*, *γυμνασία*. *Pl. Rud.* 2, 1, 7. Pro  
exercitu gymnastico et palaestrico hoc habemus:  
echinos, lepadas, ostreas captamus, etc. P Et  
pro labore, angore, cruciatu, *Pl. Cist.* 1, 1, 60.  
Noli, obsecro, lacrimis tuis mihi exercitum impe-  
rare. Alii aliter. V. *Gron. l. sup. c.* P [*Confunduntur*  
*Exercitus* et *Exitus*. *Drak.* ad *Liv.* 23,  
13, 5.]

\*EXERMIS, adj. armis carens, exarmatus, iner-  
mis. *Sarish.* in *carm.* Sit licet exermis, conterit  
arma tamen. B. A.

EXERO. V. EXSERO.

EXERRATIO, onis, f. Legitur a quibusdam ap.  
*Gell.* 15, 2, ubi alii *exercitio*, alii melius *exerci-  
tatio*.

EXERRO, as, n. 1. extra erro, deerro, aberro,  
*Stat. Theb.* 6, 444. dum non cohibente magistro,  
Spargitur in gyros, dexterque exerrat Arion, h. e.  
ad dexteram deflectit. *Arion* est nomen equi.

EXERTUS. V. EXSERTUS.

EXERUGO, is, a. 3. Vetus quidam Grammaticus  
ap. *Hier. Column.* asserens *eructo* ab *erugo* deri-  
vari, producit hunc *Eanii* versum: Contempsit fon-  
tes, quibus exerugit aquae vis. *Al. mallent* exaru-  
vit pro exaruit.

EXESOR, oris, m. pui exedit. *Lucr.* 4, 220.  
aestus ab undis Aequeoris exesor murorum litora  
circum.

EXESTO, extra esto. Sic enim licet in quibus-  
dam sacris clamitabat: hostis, vincetus, mulier,  
virgo exesto. Scilicet interesse prohibebantur. *Haec*  
*Fest.*

EXESUS, a, um, partic. ab *exedo*, adesus, am-  
besus, corrosus, *ἔσθονός*. *Cic. Tusc.* 5, 23.  
Apparebat epigramma exesis posterioribus partibus  
versiculorum, dimidiatis fere. *Cels.* 7, 12. Dens  
exesus. [*Tac. Hist.* 4, 81. Huic non exesam vim  
luminis.] *Virg. G.* 1, 495. Exesa scabra robignie  
pila. Et 2. *ib.* 114. nigris exesa chelydri creta. Et  
4. *ib.* 44. exesae arboris antrum. *Colum.* 1, 6.  
Exesae curculionibus fruges. *Or. Fast.* 4, 495. spec-  
us exesi structura pumicis asper. *Sen. Agam.* 763.  
Et vestis atri funeris Cingit exesa ilia. P Trans-  
late. *Val. Fl.* 2, 136. Eurynome exesa curis, ca-  
stumque cubile Servans. *Lucan.* 5, 547. Luna orbis  
medii puros exesa recessus, h. e. quasi detrita, at-  
que adeo lucidior.

EXFIBULO, as, a. 1. fibula solvo. *Prud. Psy-  
chom.* 633. et avulsis exfibulat ilia zonis, Vestis,  
et usque pedes descendens defluit imos.

EXFILATUS, exsertus. V. EFFAFILATUM et  
EXPAPILLATUM.

EXFIT, purgamentum: unde adhuc manet suffitio.  
*Festus*: ad quae verba adnotat critici, illud *exfit*  
esse a *θύω*, sacrificio: unde *exfit* inusitat., et *suffio*,  
et *suffimentum*. Porro *exfit* nominis vice ponitur:  
estque genus suffimenti ex sale sordido, sed excoctio  
purgatoque: unde *purgamentum* a *Festo* dicitur.

*Fabius Pictor* ap. *Non.* 3, 197. Exfit est sale sor-  
didum, quod ustum est, et in ollam fritilem (leg. *fite-  
tilem*) abjectum est: postea id sal Virgines Vestales  
serra ferrea secant. Haec *Fabius*. Hoc idem  
sal videtur esse, de quo *Fest.* in *Muribus* haec tradit:  
Muris dicebatur sal in pila tunsum, et in olla  
fritilem (al. *fritilem*) coniectum, quo dehinc  
in aquam misso Vestales Virgines utebantur in sa-  
crificio. *Serv.* ad *Virg. Ecl.* 8, 82. sal coctum ap-  
pellat: eoque admixto cum farre tosto, tunso, et  
molito molam ter in anno fieri a Vestalibus docet.

EXFODIO pro *effodio* quidam leg. ap. *Pl. Aul.*  
4, 8, 9., [et *ecfossus* legitur ap. *Cic. de Rep.* 2,  
(ed. A. Maio) 36. F.]

EXFOLIO, as, a. 1. folia decerpo. *Apic.* 4, 2.  
Exfoliare rosas.

\*EXFORNICATUS, a, um, adj. *Vulg. Interpr.*  
*Ep. Judae* v. 7. Sodoma et Gomorra et finitimae  
civitates exfornicatae Gr. *εξοργισσασα*. B. A.

EXFRICO. V. EFFRICO.

EXFUNDATUS, a, um, partic. ab inusit. *ex-  
fundo*, funditus eversus. *Coel. Antipater* ap. *Non.*  
2, 307. Exfundato pulcherrimo oppido.

EXFUTI, exfusi (h. e. effusi) ut mertat pro  
mersat. *Fest.*

EXFUTUS, a, um, partic. ab inusit. *exfutuo*,  
futuendo exhaustus. *Catull.* 6, 13. Cur nunc tam  
latera exfutata pandas.

[EX GLADIATORE, indeclin. m. qui gladiator  
fuit. *Vet. Schol.* ad *Juven.* 6, 105. Serigolum no-  
mine ex gladiatore amavit, qui et Ludor dictus  
est, quia sit diu demoratus in ludo: qui, ut re-

quem gladiaturae haberet, bellonarium se fecerat:  
quo mos est in talibus sacris lacertos suos secare.  
F.] [\**Vid. Salm.* ad *Lanpr.* 7. *Tzschuk.* ad *Eutr.*  
6, 3.]

EXGRÉGIAE, egregiae, idest e grege lectae.  
*Festus*. V. EGREGIUS.

EXGRUMINANS, vel

EXGRUMANS, antis, grumos eruens, vel ex gru-  
mis exsiliens. *Varr. R. R.* 3, 14. de cochleis. Ip-  
sae exgruminantes ad propolam vitam diu produ-  
cunt. Al. leg. *exgrumantes*, alii *exruminantes*, alii  
denique *ex se ruminantes*: h. e. ruminando suo sibi  
succo vitam diu producentes.

EXGURGITO. V. EGURGITO.

EXHAEREDO, etc. V. EXHEREDO.

EXHALATIO, onis, f. *ἀπὸς*, actus exhalandi, ex-  
spiratio, vaporis tenuis emissio; itemque ipse vapor  
emissus, et in aera sublatus. *Cic. Tusc.* 1, 19.  
Coelum hoc, in quo nubes, imbres, ventique con-  
guntur, quod et humidum et caliginosum est pro-  
pter exhalationes terrae. *Plin.* 31, 3, 27. Exhala-  
tio nebulosa. [*Noxia*. *Pall. R. R.* 1, 7, 4.] Adde  
*Sen. Q. N.* 2, 10.

EXHALATUS, a, um, part. ab *exhalo*, exspi-  
ratus, eflatus. *Or. Met.* 11, 43. in ventos anima  
exhalata recessit. *Varr. R. R.* 2, 2. Pruina jam  
exhalata, propellunt in pabulum, h. e. cum eva-  
nuit.

\*EXHALATUS, us, m. exhalatio, *Capell.* 2,  
40. Ex calore supremo, atque exhalatu. B. A. —

[EXHALITUS, us, m. halitus foras expressus.  
*Not. Tir.* p. 165. Exhalat, exhalitus. P Hic ta-  
men legitur sine aspiratione *exalat*, *exalitus*. F.]

EXHALO, as, avi, atum, a. 1. *ἔξαπλοῦ*, halan-  
do emitto, exspiro, efflo. *Virg. G.* 2, 217. terra,  
Quae tenuem exhalat nebulam fumosque volucres,  
*Or. Met.* 11, 595. nebulae exhalantur humo. *Plin.*  
2, 42, 42. Humidam a terra exhalari caliginem,  
certum est. Et *ib.* 93, 95. Scrobes mortiferum  
spiritum exhalantes. *Lucr.* 2, 417. Exhalare odo-  
res. *Or. Met.* 15, 343. de Aetna. Spiramenta lo-  
cis flammam exhalantia multas. *Cic. Phil.* 2, 12,  
et *Verr.* 2, 3, 11. *extr.* Edormire et exhalare cra-  
pulam. Et *Phil.* 2, 17. Exhalandi vini causa de-  
clamitare. *Lucil.* ap. *Non.* 2, 733. exhalas acidus  
ex pectore ructus. *Virg. A.* 2, 562. Exhalare vi-  
tam. *Or. Met.* 6, 247. animam. *Sil.* 10, 163. sup-  
remam lucem in auras. P Absolute etiam usur-  
pat *Or. Met.* 7, 582. Hic illic ubi mors deprende-  
rat exhalantes: scil. animam, ut etiam apud Italos  
*spirare*. P [Etiam neutrorum more. *Stat. Theb.*  
10, 108. exhalant vestes, et corpore pigro Strata  
calent. *Lucr.* 3, 433. ubi cernimus alta Exhalare  
vapore altaria, ferreque fumum. F.]

EXHAURIO, is, hausi, haustum, a. 4. *ἔξωρῖο*,  
extra haurio, extraho. *Caes. B. G.* 5, 41. Mani-  
bus sagulisque terram exhaurire cogebantur. *Hor.*  
*Ep.* 5, 30. Veja lignonibus duris humum exhaurie-  
bat. *Cic. Agr.* 2, 36. Cum omnem pecuniam ex  
aerario exhausisset. P Translate. *Id. Phil.* 2,  
25. Tantum vini exhauseras, ut tibi necesse esset  
vomere, h. e. ebiberas. *Id. Sext.* 21. *extr.* Vitam  
sibi manu exhaurire. Sic *ib.* 37. Plaga una illa  
extrema defuit, quae, si accessisset, reliquum spi-  
ritum exhausisset. *Id. Pis.* 21. Praeda, quam ex  
fortunis publicanorum, ex agris urbibusque socio-  
rum exhauserat, h. e. extorserat, abstulerat, eripue-  
rat. *Id. Fam.* 9, 14. med. Libentius omnes  
meas laudes ad te transfuderim, quam aliquam par-  
tem exhauserim ex tuis, h. e. detraherim, deminue-  
rim. *Id. Att.* 2, 21. med. Tantus fuit amor, ut  
exhauriri nulla posset injuria, h. e. tolli, auferri,  
deleri. *Id. Fam.* 5, 16. med. Non facile exhauriri  
tibi istum dolorem posse universon puto, h. e. ad-  
mi, levare. *Id. Att.* 1, 18. Multa sunt, quae me  
sollicitant, anguntque, quae mihi videor, aures na-  
ctus tuas, unius ambulationis sermone exhaurire  
posse, h. e. effundere, atque enarrare omnia, at-  
que adeo, te consilium consolationemque praebente,  
levare. P Metonymice significat vacuum facere,  
exinanire. *Cic. Senect.* 6. Exhaurire sententiam.  
[\**Liv.* 10, 34, 2. Tecta exhaurire, omnem ex ae-  
dibus egerere praedam. V. *Drak.* ad h. l.] *Id.*  
*Cluent.* 11. poculum. [\**Liv.* 39, 50, 8. ibique  
*Drak.*] *Id. Vat.* 2. aerarium, rempubl. compila-  
re. *Lucan.* 3, 181. Exhausit totas quamvis delect-  
tus Athenas. P Hyperbolice. *Stat. Theb.* 2, 633.  
singultibus arctum Exhaurit thoraca dolor, h. e.  
paene vacuefacit, contrahente se pectore propter  
singultus. P Translate. *Cic. Fr.* 1, 1, 2. Non  
itineribus tuis perterreris homines, non sum-  
ptu exhauriri. *Liv.* 37, 19. Exhaurire commea-  
tis praebendis socios. *Nep. Annib.* 6. Exhausit  
jam patriae facultatibus. [\**Drak.* ad *Liv.* 34, 13,  
6.] *Justin.* 5, 9. Miseras urbis reliquias caedi-  
bus et rapinis exhauriunt. *Stat. Theb.* 10, 167.  
trepidans incerto sanguine reddit, Exhauritque ge-  
nas. [\*i. e. pallidas et exsanguis reddit.] Et 295.  
jam taedet inanes Exhaurire minas. *Lucan.* 4, 622.  
Exhaurire inanes. *Rursus Stat. Theb.* 1, 1, 33.  
citius genitrix Sipyleia fertur Exhausisse genas, h.  
e. vacuasse lacrimis, et flere desiisse. *Plin. ep.* 5,  
1. med. Heredem legatis ita exhaurire, ut non

amplius, quam pars quarta remaneat. Id. ep. 3, 19. Exhaurire vires. [\*V. Ruhnck. ad Vell. Pat. 2, 111.] P Exhaurire laborem, ap. eund. ep. 3, 9. et Sil. 17, 351. est excipere, subire, exsequi, ea ratione, qua dicimus exantillare labores. Liv. 21, 21. Quies inter labores aut jam exhaustos, aut mox exhauriendos renovavit corpora, animosque ad omnia de integro patiendia. [\*Drak. ad Liv. 21, 30, 9.] Stat. Theb. 6, 236. positio donec cum sole labores Exhausti, h. e. peracti. Tac. H. 4, 32. Pericula, quae per viginti annos in castris exhausisset. Curt. 5, 9. Major belli moles superest, quam exhausta sit. P Exhaurire ictum est vacuum irritumque reddere. Stat. Theb. 5, 562. nam mollia colla refusus In tergum serpens venientem exhaurerat ictum. P Exhaurire mandata est omnia ad unum exsequi, et quasi persequendo et conficiendo consumere. Cic. Att. 5, 13. f. Deinde exhauri mea mandata; maximeque si quid potest, de illo domestico, scrupulum, quem non ignoras, etc. Et ib. 6. Mandavi omnia: quae quidem tu, ut polliceris, exhaurias. [\*ad Att. 7, 1. Reliquum est ut mandata nostra exhaurias. Quae significatio quum in his tantum locis legi videatur, haud scio an familiari sermone tribuenda sit.] P Poenarum exhaustum satis est, Virg. A. 9, 356. h. e. captum est, caede facta hostium. P Exhaurire aes alienum est dissolvere. Liv. 7, 21. f. P [Part. Exhausturus ap. Senec. ep. 51. Quid mihi cum sudatoriis, in quae siccus vapor corpora exhausturus includitur? F.]

EXHAUSTANT, efferunt. Festus. EXHAUSTIO, onis, f. actus exhauriendi. Adhibetur a Serv. ad Virg. G. 2, 398. Aspera tamen vox est (vel ipso fatente) si in carmine usurpetur.

EXHAUSTUS, a, um, part. ab exhaurio, ἐξηρημένος, ἐκκενωθείς, hauriendo extractus. Prop. 4, 9, 63. exhausto jam flumine vicerat aestum. P Substantivi more. Virg. G. 2, 398. de vite. Cui nunquam exhausti satis est, h. e. effossio terrae circa eam. P Item hauriendo vacuefactus. Cic. Cluent. 11. Exhaustum poculum. Ov. Met. 1, 443. Exhausta pharetra. Cic. Verr. 2, 3, 70. Inops et exhaustum aerarium. Hirt. B. G. 8, 43. Fons perennis exhaustus, i. e. exsiccatus. Sic Stat. Theb. 3, 259. exhausti solibus annes. Curt. 4, 14. Ordines raris, cornua extenta, mediam aciem vanam et exhaustam. P Translate. Liv. 6, 5. Plebs exhausta impensis. Cic. Att. 6, 1. Provincia sumptibus et jacturis exhausta. [\*Eutr. 9, 8. Alamanni, vastatis Galliis, in Italiam penetraverunt, ubi quod libri nonnulli exhibent exhaustis Galliis praefendum videtur.] Et ib. 4, 2. f. Amicorum benignitas exhausta est in ea re, quae etc. Suet. Caes. 79. Exhausta delectibus Italia. Virg. A. 1, 603. Omnibus exhaustos jam casibus, omnium egenos. Vell. 2, 21. Exhaustus bello exereitus. P Est etiam fatigatus, absumptus viribus, confectus, defectus, effectus. Curt. 8, 14. Exhaustae erant vires, deficiebatque sanguis. Et ib. 4, 16. f. Manus fatigatas tantoque cursu corpora exhausta. Lucan. 4, 638. exhausti sudoribus artus. Et 9, 171. Exhausta lacrimis. Et 2, 340. Visceribus lassiss, partuque exhausta revertor. [\*Veg. Mul. 4, 1, 11. Exhaustum animal, i. e. macilentum.] Auct. ad Her. 4, 10. Scurra exhausto rubore, h. e. qui omnem pudorem abiecit. Stat. Theb. 5, 420. pariterque exhausta quierant Flamina. Et 10, 383. exhaustasque dolent pallere tenebras. Cic. Or. 3, 26. In quo tanta commoveri actio non posset, si esset consumpta superiore motu, et exhausta. P Item exantillatus, toleratus, peractus. Stat. Theb. 10, 36. exhaustos iterare labores. Virg. A. 4, 14. bella exhausta canebat. Et ib. 10, 57. tot exhausta pericula. Lucan. 5, 44. nostrum exhausto jus clauditur anno. Tac. H. 4, 29. extr. Sic exhausta nocte, novam aciem dies aperuit. P [\*Confunduntur Exhaustus et Exactus. Drak. ad Liv. 3, 39, 3.]

EXHIBENSUS, i, f. ἐξίβητος, gemma. Plin. 37, 10, 18. Exhebenum Zoroastres speciosam et candidam tradit, qua aurifices aurum poliunt. Hard. scribit exhebenus.

EXHEDRA. V. EXEDRA.

EXHERBO, as, a. i. ἐξβοτάνω, est herbas extirpare. Colum. 11, 3. in. Cum sationis appropinquabit tempus, ante quintum diem exherbandus erit locus. Id. 4, 31. Salix cum germinavit, crebro foditur, atque exherbatur.

EXHEREDATIO, onis, f. ἀποκληρώσις, hereditatis privatio. Quint. 7, 1. med. Tu impie fecisti, cum exheredationem meruisti. Ulp. Dig. 37, 9, 1. Notam exheredationis mereri.

EXHEREDATUS, a, um, part. ab exheredo, ἀποκληρωθείς, hereditate privatus. Nep. Them. 1. A patre exheredatus. Herm. Dig. 37, 14, 21. Liberi liberti exheredati facti.

EXHEREDITATUS, a, um, part. ab exheredito, exheredatus. Papin. Dig. 3, 2, 25. Exhereditatum quoque filium luctum habere patris memoriae placuit. Ita Haloander; at Torrent. habet exhereditatum.

[\*EXHEREDITO, as, avi, atum, a. i. frequent. verbi exheredo, exheredem facio. Salv. adv. avar. 3. p. 112. Rittersh. Donantes omnia sua etiam se ipsos exhereditaverunt. Not. Tir. p. 85. Exheres, exhereditat. F. et B. A.]

EXHEREDO, as, avi, atum, a. i. ἀποκληρώω, hereditate privo, exheredem facio. Cic. Phil. 2, 16. Igitur fratrem exheredans, te faciebat heredem. Id. Cluent. 48. f. Ut, cum eum filium exheredaret, quem oderat; et filio coheredes homines alienissimos conjungeret, quem diligebat. [\*Auct. ad Her. 4, 24. Ab omnibus necessariis exheredatus est.] P Translate. Plin. 37, 2, 7. T. Petronius moriturus, invidia Neronis principis, ut mensam ejus exheredaret, trullam myrrhinam trecentis talentis emptam fregit, h. e. ut mensae Neronis auferret, scilicet ne heres Nero trulla illa in mensa uteretur.

EXHERES, edis, comm. gen. ἀποκληρῶς, qui privatus est hereditate, quae ad eum pertinebat. Cic. Or. 1, 38. extr. Possetne paternorum bonorum exheres esse filius, quem pater testamento neque heredem, neque exheredem scripsisset? Pl. Most. 1, 3, 77. Ut ego exheredem meis bonis me faciam, atque haec sit heres. Quint. 7, 1. med. Qui reo patri non affuerit, exheres sit. Paul. Dig. 28, 2, 19. In cetera parte exheres mihi erit. Et mox. Fundi exheres esse jussus. P Joculariter. Pl. Bacch. 4, 8, 8. Neque Bellona mihi unquam ereduat, ni illum exheredem fecero vitae suae, h. e. occidero.

EXHIBEO, es, ui, itum, a. 2. ἀποδείκνυμι, παρῶν, quasi extra habeo, est extra secretum habeo, videndi tangendique aliquid facultatem praebere, ut ait Ulp. Dig. 43, 28, 3. produco, profero, ostendo, offero. Cic. Verr. 2, 5, 25. Quaestori suo custodes misit, ut omnia sibi integra quamprimum exhiberentur. Id. Sext. 50. Pompejus se non solum auctorem meae salutis, sed etiam supplicem populo R. exhibuit. Phaedr. 4, 23. extr. Quorum virtus exhibet solidum decus. Et ib. 25. Exhibe vocis fidem. Suet. Vit. 17. Exhibere se ministratorem alicui, h. e. praestare ministratoris operam. Id. Cat. 22. se adorandum aduentibus. [\*Or. 17, 116. Tres tibi se nandas exhibere deae, ubi vide Interpp.] Colum. 11, 1. fidem ac benevolentiam alicui. Curt. 6, 10. med. veritatem. Suet. Tib. 48. munificentiam. Plin. Pan. 33. liberalitatem et justitiam. Et 63. extr. se religioni Deorum, et iudiciis hominum. Id. ep. 1, 25. alicui spectaculum memorabile. Suet. Ner. 12. Exhibuit ad ferrum quadringentos senatores, sexcentosque equites, h. e. in arenam produxit ludorum causa. P In re forensi est ante iudicem sistere, et facere potestatem ei, qui agit, ut experiundi sit copia, [\*et dicitur tam de personis, quam de rebus et instrumentis.] Cic. Mil. 22. Exhibe, quaeso, Sexte Clodi, exhibe librarium illud legum vestrarum. Petr. Sat. 15. Invaserat pallium, exhibiturumque crastino die affirmabat. Cic. Fl. 15. Cedo tabulas: non deportavi. Fratres saltem exhibe: non denuntiavi. Paul. Dig. 2, 4, 17. Exhibere aliquem apud acta. Ulp. ib. 11, 4, 1. fugitivos apud magistratus. Paul. ib. 12, 2, 28. debitorem in iudicium. Scaevola ib. 40, 5, 41. extr. rationes. Suet. Vit. 14. tabulas testamenti. Adde Dig. 10. t. 4. qui est ad exhibendum, 43. t. 28. de libero homine exhibendo, t. 5. te tabulis exhibendis, t. 29. de liberis exhibendis etc. P [\*Omnino significat tradere, impertire. Cic. Ac. post. 1, 5. Quid me putas, qui philosophiam jam professus sim, populo nostro exhibiturum? P Interdum sumitur pro praestare. Plin. 23, 7, 63. Spodii vicem exhibet fruticum cinis. African. Dig. 29, 6, 16. Codicilli vicem testamenti exhibent. Ulp. ib. 44, 4, 4. med. Honorem, reverentiam alicui exhibere. [\*Eutr. 3, 1. Hiero ducenta millia modiorum tritici populo dono exhibuit, ubi alii leg. dono dedit.] P Interdum praestare, alio sensu. Id. ib. 13, 6, 5. In deposito dolus solus praestatur: nisi forte et merces accessit: tunc enim et culpa exhibetur. Cujus ib. 18, 6, 2. Exhibere diligentiam. [\*Sen. de provid. 3. Tibi fortuna non dat facultatem exhibendae virtutis. Plin. Epp. 5, 19. Cui tanto major humanitas exhibenda est. V. Munck. ad Lact. fab. narr. 6. p. 807.] Pl. Asin. 2, 4, 51. Da meo periculo: rem salvam exhibebo. Ov. Pont. 4, 5, 34. Exhibere vias tutas. P Interdum repraesentare. Ov. Met. 6, 213. et exhibuit linguam scelerata paternam. [\*Burm. ad Ov. Met. 6, 43.] Colum. 5, 2. Ager plurimum angulorum formam exhibet. Plin. 15, 13, 11. Pruna nubicibus insita faciem parentis, succumque adoptionis exhibent. P [\*Nonnunquam dicitur exhibere aliquem, velut duces etc., omisso pronomine. Just. 8, 4. Thessali orant, ut professum adversus Phoenices duces Graeciae exhibeat. Id. 27, 2. Pro fratre hostem exhibuit. V. Burm. ad Quint. Inst. 12, 2. p. 1058.] P Interdum emittre, edere. Ov. Trist. 3, 11, 53. monstratis crudeliter ignibus ustus Exhibuit querulos ore gemente sonos. P Item exercere. Pl. Cas. 2, 6, 57. Si quidem me vivo mea uxor imperium exhibet. P Saepè facesere, comparare, creare. Cic. Att. 2, 1. Exhibe-

re molestiam alicui. Id. Off. 3, 31. negotium enipiam. [\*sc. eo quod alicui dictus sit dies.] Tibull. 2, 1, 61. curam. Colum. 5, 5. difficilem laborem. P Significat etiam tolerare, alere, sustentare. Haec autem notio inde oritur, quod qui alit, ejus, quem alit, praesentiam et statum exhibet ac praestat. Justin. 9, 2. Sterilitas terrae non patrimonii dicitur Scythas, sed vix alimentis exhibet. Id. 11, 10. et 22, 1. Exhibere vitam. Ulp. Dig. 1, 12, 1. Maxime si aegros se esse dicant, desiderantque a libertis exhiberi. Id. ib. 25, 3, 5. Si quis a libertis alii desideret, vel liberi ut a parente exhibeantur. Adde Paul. ib. 3, 5, 33. etc. [\*In hunc sensum saepissime ap. Ictos. Sic Exhibere parentes, servos, uxorem. V. Brisson. de verb. signif. Duker. de Lat. Vet. Ict. p. 436.]

EXHIBITIO, onis, f. παραδείξις, actus exhibendi. Gell. 14, 2. Probari debere pecuniam datam consuetis modis, expensi latione, chirographi exhibitione, testium intercessionem. Ulp. Dig. 29, 3, 2. f. Exhibitio tabularum testamenti. P Significat interdum alimenta et victum, quo vita exhibetur, hoc est sustentatur, ut in v. praec. dictum est. Id. ib. 27, 2, 3. Quod exhibitioni frugaliter sufficit, modum alimentis dabit. Adde Papin. ib. 26, 2, 26. f. et Tertull. Idol. 6. et alibi.

EXHIBITOR, oris, m. παραδείκτης, qui exhibet. Arnob. 7, 247. Ludorum exhibitor magistratus. Non. 4, 125. Exhibitor convivii, dominus appellatur.

EXHIBITORIUS, a, um, adj. ad exhibendum pertinens, ut Exhibitorium interdictum. Ulp. Dig. 43. t. 5. qui est de tabulis exhibendis, 3. t. 29. qui est de liberis exhibendis, 1. 3. h. e. quod jubet exhiberi aliquid, et sisti iudicio, ut quid juris in eo sit, decernatur.

EXHIBITUS, a, um, part. ab exhibeo, productus, prolatus, oblatas. Or. Her. 17, 192. Hypsipyle testis, testis Minoia virgo, In non exhibitis utraque lusa toris, h. e. non oblatis, sed furto quaesitis, atque adeo illegitimis.

EXHILARATIO, onis, f. actus exhilarandi. August. de Gen. ad litt. 8, 8. Exhilaratio voluntatis.

EXHILARATUS, a, um, part. ab exhilaro. Cic. Fam. 9, 26. Exhilarata servitus. Colum. 6, 24. Pecudes pabulo exhilaratae.

EXHILARO, as, avi, atum, a. i. ἐνθαρρύνω, hilarem reddo, laetifico. Mart. 8, 50. Exhilarant ipsos gaudia nostra Deos. Colum. 11, 1. med. Variisque exhortationibus in opere ipso exhilarant laborantes. P Translate. [\*Veg. Mul. 5, 38. Quo facto statim exhilaratur jumentum, i. e. recreatur.] — P Plin. 16, 25, 40. Neque ilex, picea, larix, pinus ullo flore exhilarantur. Id. 22, 25, 74. Colorem hominis frequentiores in cibo lupini exhilarant. [\*eine gute Farbe machen, ein gutes Ansehen geben.]

EXHINC et Ex hinc, adv. ex hoc tempore, deinde, exinde. Lucr. 3, 161. exhinc corpus propellit, et icit. Ita Prisc. legit 10, 886. Alii exin. Suet. Tib. 9. Exhinc Rhoeticum bellum, inde Pannonicum, inde Germanicum gessit. Al. leg. exin. Appul. Met. 11. [\*In Scheller. Lex. per errorem lib. 9. citatus est.] p. 269, 19. Exhinc festivissimum celebravi natalem sacrorum.

EXHONORO, as, a. i. inhonoro, ἀτιμάζω. August. tract. in Joann. 36, 4. Christum ab hominibus exhonoriari. Id. ep. 118, 3. Exhonoriare corpus et sanguinem Domini.

EXHORREO, es, horroi, n. 3. περιφροῦμαι, valde horreo. Cum accus. Colum. 10, 154. de planta. Nec mutata loco siccos exhorreat aestus. Ov. Met. 4, 134. oraque buxo Pallidiora gerens, exhorruit aequoris instar, Quod fremit, exigua cum summum stringitur aura. Val. Fl. 4, 380. Verbera candentes quoties exhorruit armos, zara subintellige, Graecorum more. Id. 7, 527. atque omnis spiris exhorruit arbor. P Metonymice est prae timore, ira, aut admiratione turbari, et contremiscere, horrore perfundi. Val. Fl. 6, 52. nec Nymphae geminos exhorruit angues.

EXHORRESCO, is, n. 3. idem ac exhorreo, horridus fio, et translate timore perturbor. Planc. ad Cic. Fam. 10, 18. med. Non possum non exhorrescere, si quid intra cutem subest vulneris. Cic. Fin. 1, 13. Sapientia nos exhorrescere metu non sinit. Id. Or. 3, 14. In quo igitur homines exhorrescunt? quem stupefacti dicentem intuentur? P Cum accus. more Graecorum. Virg. A. 7, 265. vultus neve exhorrescat amicos. Sil. 3, 146. Nec tamen incautos laudum exhorresce furores. P Cum infinito. In fragm. orat. Claudii Imp. apud Grut. 502, 1, 4. Deprecor, ne quasi novam istam rem introduci exhorrescatis.

EXHORTAMENTUM, i, n. exhortatio. Non. 2, 637. Excursum et exhortamenta moderari.

EXHORTATIO, onis, f. adhortatio, hortamen, παρακλήσις, προτροπή. Planc. ad Cic. Fam. 10, 7. Quae et tua exhortatione excepi, et mea affirmatione tibi recepi. Colum. 11, 1. med. Variisque exhortationibus in opere ipso exhilaret laborantes. Justin. 38, 3. f. Milites variis exhortationibus ad

bellum incitare. Tac. H. 1, 36. Strepere cuncta clamoribus, et tumultu, et exhortatione mutua. P. Rutilius et Celsus inter figuras sententiarum et exhortationem posuerunt: sed excludit Quint. 9, 2. sub f.

EXHORTATIVUS, a, um, adj. ad exhortandum pertinens. Ita vertit Quint. 3, 6. Graeca verba προτροπικός et παρανετικός, ubi de Statu agit.

EXHORTATOR, oris, m. προτρέπων. Tertull. de fuga in persecut. f. Exhortator omnium tolerantiarum.

EXHORTATORIUS, a, um, adj. παρανετικός, exhortativus, ut Exhortatoria epistola, Hieron. ep. 2. n. 1. et August. ep. 209.

EXHORTATUS, a, um, part. ab exhortor. Virg. A. 12, 159. sic exhortata reliquit Incertum. P. Passive. Cic. Senect. 12. f. Exhortatus in convivio a scorto est, ut etc. Al. rectius leg. exoratus.

EXHORTOR, aris, atus sum, dep. 1. προτρέπω, παρανέω, vehementer hortor. Virg. A. 7, 472. Certatim Rutuli sese exhortantur in arma. Ov. Met. 13, 234. Cives exhortari in hostes. Et ib. 7, 35. Tauros exhortari in aliquid. Et ib. 5, 402. Et nomine quemque vocatos Exhortatur equos. Petr. Sat. 140. et Auct. dial. de or. 14. Exhortari aliquid, ut etc. Et omisso ut, Plin. Pan. 69. Nec segnius juvenes nostros exhortatus es, consulatum circumirent, senatui supplicarent. Plin. alter 2, 107, 111. Milites ad ultionem exhortans. [Observa eleganter dici exhortari aliquid pro vulgari exhortari ad aliquid, quae etiam simplicis verbi constructio est. V. Gron. ad Sen. Ep. 121. Et virtutes exhortabor.] Petr. Sat. 109. Exhortantibus universis, odia detumescunt. Quint. 10, 7. med. Exhortandis in hanc spem, qui foro praeparantur, utile exemplum. Gell. 13, 23. Plus hercle promovet ad exhortandam parsimoniam, sustinendamque inopiam, quam etc.

\*EXHUMORO, as, a. 1. humorem detraho. Coel. Aurel. Tard. 4, 1. f. Alii cutis vulnerationem affectandam probant, qua corpus exhumoretur, h. e. noxiis humoribus liberetur. B. A.

EXHYDRIAE, arum, m. plur. vocantur venti Atticorum lingua, cum imber effusus conciet flabra, ξυδρῆλαι ἀνεμοί. Appul. de Mundo. p. 62, 3.

EXIBILO. V. EXSIBILO.

EXICCO. V. EXSICCO.

EXICIA. V. AXICIA.

EXICO. V. EXSECO.

EXIGNESCO, is, n. 3. ignem, seu calorem concipio, ignis fio. Censorin. de die nat. 18. med. Mundus tum exignescere, tum exaquescere videtur.

EXIGO, is, egi, actum, a. 3. έξίγω, extra ago, educo: ab ex, et ago. [Ruhnk. ad Ov. Her. 11, 8.] Varr. R. R. 2, 3. Desistente autumno, exigunt a grege in campos. Et 4. Hiberno tempore non prius exigunt pastum, quam pruina evanuit. P. Item emitto. Cels. 5, 28. n. 14. Μυρρίκηαι, quae radices altius exigunt. [\*i. e. emittunt, propellant.] Et Colum. 3, 2. et 6. Vitis fecunda uvae complures exigit. Cels. 8, 1. med. Vertebrae ab utroque latere processus duos exigunt. Ov. Her. 2, 114. Et sacer admissas exigit Hebrus aquas, h. e. propellit in mare. [\*Burm. ad Ov. Trist. 5, 5, 31.] Quint. 11, 3. med. Dilucida erit pronuntiatio, si verba tota exegerit, quorum pars devorari, pars destitui solet. Ter. Andr. prol. 27. V. infra.] P. Item expello. Cic. Or. 2, 48. Neque reges ex hac civitate exigi sine nobilium dissensione potuisse. [\*Drak. ad Liv. 1, 59, 1.] Liv. 3, 61. Pulsus hostem exigere e campo. Et 37, 41. extr. Exigere campo. [\*Drak. ad Liv. 10, 27, 8.] Val. Fl. 3, 381. ferroque morantes Exigere hinc animas. Sen. Ira 1, 6. Exigere aliquem vita. Et Naevius ap. Non. 4, 152. Indigne exigor patria innocens. Plin. 2, 68, 68. Exigere accolae ultra fines. Pl. Aul. 3, 1, 7. Itaque omnes exegit foras. Lic. 39, 11. Domo exigere aliquem. [\*Dicitur etiam de historiis, qui ejiciuntur. Ter. Hec. Prol. 11. Partim sum exactus, partim vix steti. V. Ruhnk. ad Vell. Pat. 2, 28.] Sil. 16, 234. Exigere e stratis corpus. Hor. Od. 4, 15, 17. Custode rerum Caesare, non furor Civilis, aut vis exiget otium. [\*Cic. Ph. 2, 28. Uxorem exigere foras.] Ter. Hec. 2, 1, 45. Exigere uxorem Pl. Mil. 4, 6, 62. Tua causa exegit virum a se. Id. Capt. 5, 4, 4. Ex corpore lassitudinem exigere. Luc. ap. Non. 4, 152. Vestimentis frigus exigere. [\*Suet. Aug. 94. In corpore ejus existisse maculam, velut depicti draconis, nec potuisse unquam exigi, quae est lectio unius cod., probata a Gronov. V. Burm. ad Ov. Art. Am. 2, 653. Bentl. ad Hor. Od. 4. ult.] P. Item injicio, immitto, adigo. Virg. A. 10, 815. validum namque exigit ense Per medium Aeneas juvenem, totumque recondit. Flor. 4, 2. a med. Gladium per viscera exegit. Senec. Consol. ad Marc. 16. Exigere tela in aliquem. Adde Stat. Theb. 6, 717. [\*V.

Gron. a Sen. Cons. ad Marc. 16. Burm. ad Quint. decl. 10, 16. p. 228. Interpp. ad Sil. It. 1, 307. 642.] P. Item transfodio. Val. Fl. 6, 572. illum exigit hasta, Hunc fugat. [\*Genus loquendi poetis non infrequens. Exempla vide apud Gron. ad Sen. Cons. ad Marc. 16.] P. Item duco, ultra duco, produco, transmitto. Val. Fl. 2, 75. cum primus equis exegit anhelis Phoebus Athon, mediasque diem dispersit in undas. Prop. 3, 19, 3. Tu quoque, qui aestivos spatiosius exigis ignes, Phoebe, moraturae contrahe lucis iter. Stat. Theb. 2, 41. ubi prona dies, longos super aequora fines Exigit umbra, h. e. extendit, producit. Ov. Amor. 1, 5, 1. Aestus erat, mediamque dies exegerat horam, h. e. adduxerat, vel transierat. P. Item trajicio, transcurro. Plin. 12, 19, 42. Troglodytae hibernum mare exigunt circa brumam, Euris tum maximum flantibus. P. Item transigo, ago. Petr. Sat. 115. Cibis corruptis utcumque curati, tristissimam noctem exegimus, [\*Tac. A. 3, 16. Exquirat qualem Piso diem supremum noctemque exegisset.] Plin. ep. 3, 1. Nescio, an ullum tempus jucundius exegerim. Ter. Heaut. 2, 3, 39. Quo studio vitam suam te absente exegerit. Virg. A. 7, 776. et Ov. Met. 12, 208. Solus ubi in silvis Italis ignobilis aevum Exigeret. Pl. Capt. 5, 4, 12. Tu cuius causa hanc aerumnam exigo, h. e. tolero, perfero. P. Item perficio, absolvo. Hor. Od. 3, 30, 1. Exegi monumentum aere perennius. Ov. Met. 1, 117. Perque hiemes, aestusque, et inaequales autumns, Et breve ver spatium exegit quatuor annum, h. e. complexit, composuit. P. Item distrahere, venale aliquid extrudere. Liv. 34, 9. a med. Mercari et ipsi ea, quae externa invehentur, et agrorum exigere fructus volebant. [\*ubi vid. Gron.] Colum. 10, 10, 315. Mercibus exactis etc. P. Saepae est reposcere, flagitare, in re pecuniaria: itemque exigendo obtinere. [\*Cic. Brut. 4. Ego expectabo ea quae polliceris, neque exigam, et erunt mihi grata ut solveris.] Cic. Fam. 13, 11. Ad eas pecunias exigendas, quae a colonis debentur, legatos misimus. Id. Dic. Verr. 10. f. A civitatibus pro frumento pecunias exegerunt. Id. Font. 5. Quaternos denarios in singulas vini amphoras portorii nomine exegit. Caes. B. C. 3, 32. Acerbissime exigere pecunias imperatas. Et 12. obsides ab aliquo. Petr. Sat. 8. Pro cella assem exigere. Cic. Fam. 3, 7. tributa. Et ib. 6, 18. pensionem Id. Verr. 2, 1, 10. nomina sua. Id. Amic. 21. mercedem. P. Extra rem pecuniariam. Cic. Fam. 2, 6. Ne id quod petat, exigere magis, quam rogare videatur. Et ib. 15, 16. Longiores litteras expectabo, vel potius exigam. Id. Fin. 4, 28. Hanc exigam a te operam, ut audias me. Et ib. 2, 35. Exigerem ex te, cogereque, ut responderes. Et 22. Omnibus ex rebus voluptatem, quasi mercedem, exigit. [\*Cic. Tusc. 1, 39. Ab hoc acerbibus exigit natura quod dederat, de morte immatura.] Id. Leg. 1, 1. Non ut a poeta, sed ut a teste veritatem exigunt. [\*Sen. Claud. Apol. in. Quis unquam ab historico jurato res exegit, h. e. iurjurando obstrinxit historicum ad fidem et veritatem eorum quae tradit. P. Observa etiam delatativum sequi hanc vocem. Paul. in Dig. 29, 7, 8, 2. Exigimus potuisse eum eo tempore testamentum facere. Ulp. in Dig. 24, 3, 2, 2. Ubi sapit, scire eam exigimus, ut videatur non contradicere.] Et qui exigendo obtinet, exigere dicitur. [\*Exigere verbum est potestatis et praepositorum negotio, ut rite ac diligenter fiat. Sunt verba Gron. ad Sen. Contr. 32. quem vide.] Liv. 42, 3. Sarta tecta exigere sacris publicis, et loca tuenda more majorum. Ascon. in Verr. 2, 1, 59. Exigere viam dicuntur magistratus, cum viciniam cogunt munire quam diligentissime sumpto facto. Cic. ib. Quam tu viam thensarum atque pompae ejusmodi exegisti, ut etc. [\*Suet. Tib. 19. Disciplinam acerrime exegit.] Suet. Claud. 12. Ut rata essent, quae procuratores sui statuerent, precario exegit. Ov. Rem. Am. 333. Exige quod cantet, si qua est sine voce puella. Id. Met. 14, 477. antiquo memores de vulnere poenas Exigit alma Venus, h. e. pro vulnere. [\*Sen. de Ir. 2, 23. Potest poena delata exigi, non potest exacta revocari.] Flor. 3, 19. extr. et Ov. Met. 8, 531. Exigere supplicium, poenas de aliquo. Aurel. Vict. vir. illustr. 12. ab aliquo. Liv. 29, 18. f. Exigere ab aliquo gravia piacula. [\*Hinc omnino curare, ut aliquid fiat. Sen. Contr. 25. In socium nostrum praetor animadvertit, ebrius fortasse, nisi, ut omnia spectaret meretrix, diligenter exegit. Quamquam ibi exigere cum delecto positum, quod de praetore agitur.] P. Invenitur etiam exigere poenas alicui. Ov. Fast. 4, 230. huic poenas exigit ira Deae. [\*Cf. Burm. ad Ov. Art. Am. 1, 381. Heins. ad] Claud. VI. cons. Honor. 113. Ense Thyestidae poenas exegit Orestes. Id. B. G. 194. Tandem supplicium cunctis pro montibus Alpes Exegere Getis. P. Necessitas exigit, ratio, usus exigit, apud Quint. 4, 1, Colum. 7, 12. med. et prooem. l. 9. Ut res exigit, prout res exigit, ap. Plin. 27, 4, 5. et 31, 6, 31. Sic Quint. 10, 3. Illic opes reconditae, unde ad subitos casus, cum res exiget, proferantur. P.

Praeterea significat examinare, redigere, ponderare, explorare. Cic. Verr. 2, 1, 5. Nisi forte vis ad perpendiculum columnas exigere. Plin. 36, 25, 63. Materia crassitudine bipedali ad regulam et libellam exigitur. Suet. Caes. 47. Margaritarum pondus sua manu exigere. Plin. 17, 21, 35. n. 4. Exigere aliquid mensura. Hinc translate. Liv. 34, 31. med. Nolite ad vestras leges et instituta exigere ea, quae Lacedaemone fiunt. Coel. ad Cic. Fam. 8, 6. Si ad illam summam veritatem legitimum jus exegeris, cavendum tibi erit, ne etc. Ov. Art. Am. 2, 502. Exigere opus ad vires suas. Quint. 1, 5. Illa non nisi aure exiguntur, quae fiunt per sonos. Et 4. An cujuslibet auris est exigere litterarum sonos? Mart. 7, 28. Exige, sed certa, quos legis, aure jocos, h. e. examina, perpende versiculos jocosos. Alii leg. Excepe. Senec. Q. N. 4, 5. Si omnia argumenta ad obrusam coeperimus exigere, silentium indicetur. [\*Id. de clem. 1, 1. Principatus tuus ad anni gustum exigitur. Sic recte coniecit Lips. V. Gron.] Virg. A. 4, 476. Decrevitque mori: tempus secum ipsa modumque Exigit. Quint. 1, 9. Aesopi fabellas narrare sermone puro; deinde eandem gracilitatem stilo exigere condiscant, h. e. imitari, assequi, exacte assimilare, ad eam gracilitatem stilo se conformare. Sen. ep. 11. f. Opus est aliquo, ad quem mores nostri se ipsi exigant, h. e. se conforment, dirigant. V. EXACTUS. [\*V. Gron. Observ. 1, 8. ad Sen. Agam. 934. Ruhnk. ad Rut. Lup. 2, 15. p. 124.] P. Exigere quippiam cum aliquo, agere, tractare deliberare, cum aliquo rem examinare et quasi ad regulas rationis et prudentiae exigere, Planc. ad Cic. Fam. 10, 24. f. De his rebus ut exigeret cum eo, Furnio mandavi. Sen. ep. 27. In secretum te meum admitto, et te adhibito, mecum exigo. Plin. ep. 6, 12. Sentio, quanto opere me diligas, cum sic exegeris mecum, ut solebas cum filio tuo. Id. ep. 9, 26. f. Dummodo destines diem, quo et de his coram exigere possimus. Liv. 22, 49. med. Haec exigentes prius turba fugientium civium, deinde hostes oppressere. Sic Graece έξηγείσθαι, sermone agere, colloqui. P. Exigere ab aliquo, quaerere, exquirere. Tac. A. 2, 85. Exactum est a Labeone, cur ultionem omisisset. P. Exigere aliquem, vocare, impellere. Juppiter apud Stat. Theb. 1, 215. quoniam usque nocentem Exigar in poenas? P. Passive Metell. Numid. ap. Gell. 15, 14. sese pecunias maximas exactos esse dixit, h. e. pecunias a se maximas exactas. Et Caecil. ib. et ap. Non. 2, 294. Ego exigor portorium, h. e. exigitur de me portorium: quas loquendi rationes nove dictas ait Gell. et Graecae rationis; Graeci enim dicunt έξεργάζεσθαι με άργύριον, exegit me pecuniam. Simili modo locuti sunt Pl. Trin. 2, 4, 26. et Jabolen. Dig. 23, 4, 32. extr. P. [Part. Exacturus ap. Sil. 7, 280. Arcta fames poenas miserae exactura Saguntii. F.] P. [\*Confunduntur passim a librariis Exigere et erigere. V. Ruhnk. ad Rut. Lup. 1, 15. p. 51. Drak. ad Liv. 6, 2, 1. — et Excitere. Burm. ad Ov. Met. 9, 745. — et Eximere. Id. ad Art. Am. 2, 653. — et Exsuere. Id. ad Fast. 3, 6, 281.] EXIGUUS, adv. μικρός, ὀλίγως, exiguo modo, parum, leviter, tenuiter. Cic. Or. 3, 36. Cum de duabus primis celeriter exigueque dixisses. Id. Att. 11, 16. Epistola exigue scripta, h. e. quae pauca continet, eaque inania. Ter. Heaut. 1, 2, 33. Exiguae sumptum praebent. Caes. B. G. 7, 71. Ratione inita, frumentum se exigue dierum triginta habere, sed paulo etiam longius tolerare posse parcendo, h. e. vix. Cic. Amic. 16. Hoc quidem est, nimis exigue et exiliter ad calculos revocare amicitiam. Gell. 19, 3. Turpius esse exigue atque frigide laudari, quam insectanter ac graviter vituperari. Id. 9, 9. extr. Virgilius hunc Homeri versus exigue secutus est, h. e. parum expressit. EXIGUITAS, atis, f. ὀλιγότης, μικρότης, paucitas, parvitas. Cic. Fin. 4, 12. In quibus, propter earum exiguitatem, obscuratio consequitur. Caes. B. G. 3, 23. et Coel. ad Cic. Fam. 8, 10. Exiguitas copiarum, Caes. B. G. 2, 21. et 33. et Liv. 24, 17. temporis. Caes. B. G. 4, 30. Paucitatem militum ex castrorum exiguitate cognoscere. Et 1. extr. Exiguitas pellum. Justin. 43, 3. terrae. [\*Et simpliciter. Pall. R. R. 1, 6, 8. Foecundior est exiguitas (sc. terrae), quam magnitudo neglecta.] Suet. Claud. 28. fisci. Colum. 7, 5. med. cibi maciem facit. [\*Adde Col. R. R. 7, 5, 5. P. Aliquando etiam vilitatem significat. Ulp. in Dig. 19, 2, 15, 5. Quum quidam de fructuum exiguitate quereretur, non esse rationem ejus habendam.] EXIGUUS, a, um, adj. μικρός, ὀλίγος, parvus, exilis, tenuis: est ab exigo, ut ambiguus ab ambigo, unde proprie exiguis dicitur, qui nullo negotio exigi, ejicique potest. Nep. Ages. 8. Exiguus, et claudus altero pede, i. e. brevis. Virg. G. 1, 181. Exiguus mus. Cic. Div. 2, 16. Possum suspicari, contactum aliquo morbo, bovis exile, et exiguum, et vietum cor fuisse. Id. Rabir. perduell. 3. Exigua et angusta pars. Id. Parad. 6, 3. [\*Fructus non modo ad sumptum, sed etiam ad fenus exi-

guus.] *Mart.* 12, 83. Exigui capilli, *h. e.* rari. *Cic. Or.* 3, 19. Ex ingenti campo in exiguum gyrum compellere. *Id. Quint.* 1. Exiguæ amicorum copiae. *Nep. Mil.* 4. *extr.* Exiguus copiis dimicare. *Lucan.* 3, 182. Exiguæ puppes. [\*numero paucae.] *Cic. Or.* 1, 4. *extr.* Exiguus oratorum numerus. Et 20. *f.* Exiguum tempus. *Caes. B. G.* 4, 20. Exigua pars aestatis. Et *ib.* 5, 47. Exigua castra. Et *ib.* 7, 17. Civitas exigua et infirma. *Cic. Agr.* 2, 2. *extr.* Exigua laus. *Id. Fam.* 5, 7. Litterae tuae exiguam significationem tuæ erga me voluntatis habebant. *Id. Fin.* 1, 19. Exiguam fortunam intervenire sapienti. *Ov. Her.* 14, 115. De fratrum populo pars exiguissima restas. *Plin. ep.* 7, 24. Exiguissima legata. [\*Ceterum opponuntur Exiguora legata plenioribus. *Ulp. in Dig.* 32, 46. Ea adjectio legatum alias exiguis, alias plenius efficiat.] *Colum. Arbor.* 28. *f.* Cytisum aridum si dabis, exiguis dato. *Front. Aquaed.* 32. Vicenariam exiguiorem faciunt diametro digiti semisse. *Ulp. Dig.* 29, 5, 1. *med.* Licet alii validioris vocis sint, alii exiguioris. *Id. ib.* 43, 11, 1. *med.* Ut aqua exigui facta minus sit navigabilis. Et 30, 1, 14. *extr.* Exiguus esse praestandum. P Cum genitivo. *Claud. in Eutrop.* 2, 381. Abundans corporis, exiguis animi. P Substantive. *Ov. Trist.* 5, 2, 20. Exiguum pleno de mare demat aquae. [\**Liv.* 22, 24, 8. Exiguum spatii, *id.* 27, 27, 3. Exiguum campi. *V. Drak. ad Liv.* 27, 2, 9.] *Plin.* 28, 9, 37. Exiguum mellis adijciunt. Et 25 13, 106. Cum croco, et exiguo aquae frigidae trita. *Sil.* 4, 248. Exiguum salutis. *Plin. ep.* 7, 27. temporis. P Adverbialiter. *Id. ep.* 3, 6. In hac certe perquam exiguum sapio. *Plin. alter.* 10, 75, 97. Exiguum dormire. *Ov. Her.* 18, 141. exiguum misero contingis amanti, *h. e.* exiguo tempore. *Lucan.* 5, 431. Exiguum tument vela. P *Exiguo* pro *exiguo*. *Scrib. Comp.* 240. Exiguo oras ulceris tangere. P *Exiguo post*, paulo post. *Plin.* 31, 2, 3. Exiguo post obitum ipsius. P Vilem aliquando significat, parvique pretii. *Spartian. Sever.* 19. Tam exiguis vestibibus usus est, ut vix tunica ejus aliquid purpurae haberet. [\**Ulp. in Dig.* 32, 75. Nummis indistincte legatis, hoc receptum est, ut exiguiore legati videantur.]

## EXILICA. V. EXSILICA.

## EXILIO. V. EXSILIO.

EXILIS, e, adj. λεπτός, tenuis, subtilis, gracilis. *Festus* derivat a tenuitate *inarum*, *οὐρ ἰσῶν*, hoc est fibrarum, seu subtilium venularum in chartis intersantium. At fortasse est derivandum ab *ex* et *ile*, qui nempe exiguis est illis, seu lateribus, quemque *Hor. Sat.* 1, 2, 93. *brevi latere* dicit. *Cic. Div.* 2, 13. Eadem hora aliae pecudis jecur nitidum atque plenum est, aliae horridum et exile. [\**Colum. R. R.* 1, 4, 2. Exilis ager.] *Id. Agr.* 2, 25. *med.* Quod solum tam exile et macrum est, quod aratro praestringi non possit? *h. e.* arenosum, vel exigui fundi. *Lucan.* 3, 204. glebis exilis Arisbe, *h. e.* macri soli. *Senec. Q. N.* 1, 1. *med.* Ignes tenuissimi iter exile designant. *Plin.* 13, 4, 9. Caryotae macro corpore exiles. *Ov. Pont.* 1, 10, 27. Exiles artus. *Val. Max.* 9, 12. *n. 8. extern.* Tenuis et Exiles virium reliquias fovere. *Plin.* 11, 37, 89. Exilis humor. *Id.* 24, 6, 20. Exilia folia. *Id.* 15, 13, 12. Exilior prunorum caro. *Id.* 11, 51, 12. Feminis vox exilior, quam maribus. *Hor. Od.* 1, 4, 17. vocat *exilem* domum Plutonium, in qua sunt manes sine corpore, et tenuis umbrae. P Translate. *Cic. Fin.* 4, 3. *f.* Ista ipsa, quae tu breviter, a te quidem apte et rotunde, habes enim a rhetoribus: illorum vero ista ipsa quam exilia de virtutis vi, *h. e.* inornata, subtilia, sicca, tenuia. *Id. Or.* 2, 38. Genus sermonis non liquidum, non fuscum ac profluens, sed exile, aridum, concisum ac minutum. Et 77. *extr.* Exile exordium. Et *ib.* 1, 18. Spinosa et exilis oratio. *Pl. Stich.* 4, 1, 21. Ita, me absente, familiarem rem uxor curavit meam: omnium me exilem atque inanem fecit aegritudinum, *h. e.* exsortem, immunem, nulla aegritudine circumdatum, omni cura spoliatum. *Nep. Eumen.* 5. Exiles res animi magnitudinem etsi non frangebant, tamen imminuebant, *h. e.* tenues, imminutae, adversae et calamitosae. *Gell.* 14, 2. Argumentis admodum exilibus nitebatur. *Hor. Ep.* 1, 6, 45. Exilis domus est, ubi non et multa supersunt etc., *h. e.* pauper, tenuis. *Plin. Pan.* 40. Parva et exilis hereditas. *Appul. Met.* 10. Exilis metus. P [\**Sever. de Aetn.* 97. Exiles viae, i. e. angustae. In *Ov. Trist.* 1, 2, 84. Exilem vim interpretabatur *Heins.* per compendiosam; quod latine dici non potest. Cf. *Burm.* ad *h. l.*] P *Exile* adverbii ritu pro *exiliter*. *Stat. Theb.* 7, 262. redit, atque exile profatur. P Sup. Exilissimus in *Not. Tir.* p. 67.

EXILITAS, atis, f. λεπτότης, tenuitas, gracilitas. *Plin.* 11, 2, 1. Exilitas aculei apum. *Id.* 24, 19, 118. Folia fastigantur in exilitatem. *Id.* 18, 17, 45. et *Colum.* 8, 16. Exilitas soli. *Quint.* 1, 11. Femineae vocis exilitas. P Translate. *Cic. Or.* 7, 12. Qui discernes eorum, quos nominavi, ubertatem in dicendo et copiam, ab eorum Tom. II.

exilitate, qui hac dicendi varietate non utuntur? *Id. Brut.* 82. Atticum se Calvus noster dici oratorem volebat: inde erat illa exilitas, quam etc. *Quint. l. c.* Quarundam litterarum vel exilitate, vel pinguitudine nimia laboramus.

EXILITER, adv. λεπῶς, tenuiter, graciliter. *Cic. Or.* 3, 11. Nolo, verba exiliter exanimata exire; nolo inflata, et quasi anhelata gravius. [\*i. e. sine vi, ut vix intelligi possint.] P Translate. *Id. Or.* 1, 11. *f.* lisdem de rebus jejune quosdam et exiliter disputavisse, *h. e.* tenui, et inornato stilo. *Id. Brut.* 27. *extr.* Annales sane exiliter scripti. *Varr. L. L.* 4. *s. in.* De quibus duabus rebus in his libris promiscue dicam, sed exilius de posteriore, *h. e.* parcius, brevius.

## EXILIUM. V. EXSILIUM.

EXIMIE, adv. ἐξαίρετος, excellenter, egregie. *Cic. Arch.* 9. Marius L. Plocium eximie dilexit. *Juven.* 11, 1. Eximie coenare. *Liv.* 25, 40. Eximie ornatum templum. *Id.* 42, 29. Antiochus omnia per suos legatos senatui eximie pollicitus erat. *Gell.* 13, 8. Eximie atque verissime opinari. Et 11, 13. Eximie et unice delectare. *Plin.* 29, 6, 38. Eximie prodesse. Et 20, 22, 89. Eximie utilis. Et 29, 6, 38. Oculis eximie medetur. Et 27, 12, 104. Proserpinaca anginam eximie curari. [\**Col. R. R.* 8, 17, 1. Stagnum censem eximie optimum, quod sic positum est, i. e. prae aliis omnibus optimum.]

EXIMIETAS, atis, f. praestantia. *Symmach. ep.* 3, 3. Spondeo tuam eximietatem reperire posse multa, quae tacui. Adde *August. ep.* 32, 231. et 237.

EXIMIUS, a, um, adj. ἐξαιρετός, excellens, egregius, quasi exemptus, et extra ceteros positus: est ab *eximo*. Hinc *Cic. Div. Verr.* 16. Neque esset verisimile, cum omnibus Siculis faceret injurias, te illi unum eximium, cui consuleret, fuisse. *Liv.* 9, 34. Tu unus eximius es, in quo hoc praecipuum et singulare valeat! [\**V. Drak. ad h. l.*] *Ter. Hec.* 1, 1, 9. Utin' eximium neminem habeam? *h. e.* ut neminem eximam, excipiam. P Proprie dicebatur de animalibus ad sacrificium electis, quia in sacrificiis optimum pecus e grege eximebatur, teste *Festo*, et *Macr. Sat.* 3, 5, et magis etiam de porcis majoribus, qui ad sacrificandum excepti liberius pascebantur. Nam boves, qui ad hoc electi erant, *egregii* dicebantur, et oves *lectae*. *Donat. ad Ter. Hec.* 1, 1, 9. [\**Drak. ad Liv.* 7, 37.] Sed haec nomina saepe indifferenter usurpantur. *Virg. G.* 4, 538. Quatuor eximios praestanti corpore tauros. P Universim autem, et lato usu accipitur pro excellenti, insigni, singulari, praestanti, ut dictum est. *Cic. Manil.* 1. *extr.* Pompeji singularis eximiaeque virtus. *Id. Or.* 2, 28. *extr.* Haec ipsa semper in te eximia et praestantia fuere. *Id. Off.* 1, 20. Ea quae eximia plerisque et praecleara videntur, parva ducere. *Id. Fin.* 1, 13. Eximiae pulchraeque virtutes. *Id. Verr.* 2, 5, 31. Mulier eximia facie. *Plin.* 7, 12, 10. Eximios forma pueros vendidit. [\**Drak. ad Liv.* 6, 11, 3.] *Cic. Fam.* 6, 5. Eximium ingenium. Et *ib.* 1, 7. *extr.* Lentulus eximia spe et summae virtutis adolescens. *Plin.* 21, 5, 11. Eximius candor. *Id.* 27, 12, 104. Proserpinaca est eximii adversus scorpiones remedii. *Id.* 5, 4, 3. Regio fertilitatis eximiae. *Id.* 2, 63, 63. Eximia merita. *Id.* 24, 16, 95. Herba eximii usus ad vulnera. *Id.* 8, 44, 69. de mulis. Animal viribus in labores eximium. *Id.* 21, 20, 86. Caligines oculorum succo inungi, eximium habetur. *Lucan.* 3, 696. Eximius in aliqua re. P Cum infinito. *Id. ib.* pugna fuit unus in illa Eximius Phoeceus animam servare sub undis, *Scrutarique* fretum. P Cum genitivo, Graeco more. *Stat. Th.* 6, 15. Eximii regum. P In malam partem. *Lucr.* 2, 593. Eximius vero furit ignibus impetus Aetnae. P Pro *maximus*. *Liv.* 42, 15. Harpalus quanta eximia celeritate poterat, regressus in Macedoniam. Alii leg. *quanta maxima*.

EXIMO, is, emi, emptum, vel emtum, a. 3. ἐξαίρετος, extraho, educo, eruo: ab *ex* et *emo*, quod olim accipere significabat, *Festo* teste in *Aemilio*. *Cato R. R.* 112. Ubi triduum praeterierit, eximito de dolio. Et 28. Oleas, ulmos bene cum radicibus eximito, cum terra sua quam plurima. *Plin.* 26, 11, 31. Medullam e caule eximere. *Id.* 30, 6, 17. Cani viventi lienem eximere. *Id.* 19, 12, 62. Eximere acetum opsoniis apio. *Cels.* 6, 9. et *Suet. Vesp.* 5. alicui dentem. *Cic. Verr.* 2, 2, 52. unum diem ex mense. *Hor. Od.* 2, 2, 18. aliquo numero beatorum. *Curt.* 6, 11. *med.* se hominibus. P Item adimo, aufero, tollo. *Hor. Ep.* 1, 5, 18. Sollicitis animis onus eximit. *Id. Od.* 3, 14, 14. Eximere curas. *Justin.* 30, 3. Quae res omnem cunctationem belli senatui eximit. *Cic. Tusc.* 2, 12. *f.* Illud, quod me angebat, non eximis. *Id. Amic.* 7. Eximere ex rerum natura benevolentiae vinctionem. *Liv.* 4, 31. religionem. *Suet. Claud.* 11. aliquid memoriae. *Pl. Merc.* 1, 2, 17. alicui lassitudinem. [\**Flor.* 4, 7, 13. Eximere alicui sensum rei gestae: de pulvere et strepitu, noctisque tenebris, quae impediunt quominus aliquis quae geruntur s. aguntur sentiat.] P Item

subtraho, libero. *Cic. Or.* 23. Eximere aliquem e vinculis. *Id. Inv.* 2, 7. *s. f.* aliquos ex culpa. *Liv.* 38, 15. obsidione. *Cic. Fam.* 5, 6. ex obsidione. *Id. Verr.* 2, 2, 40. *f.* aliquem ex reis. Et *ib.* 2, 4, 19. absentem de reis. *Id. Or.* 2, 67. *extr.* aliquem ex aerariis. *Nep. Att.* 10. quempiam de numero proscriptorum. *Liv.* 6, 40. *med.* se arbitrio alterius. Et 24. *med.* reum crimine. *Id.* 28, 39. *f.* cives servitio. [\*Eximere aliquem alicui rei et aliqua re. *Drak. ad Liv.* 8, 35, 5. 33, 23, 2. Apud *Tacitum* vero aequalesque ejus scriptores fere cum dativo jungitur. *Boettich. Lex. Tac.* p. 184.] *Tac. A.* 14, 48. morti. *Val. Flacc.* 2, 256. Exime nos sceleri, pater, et miserere piorum. *Gell.* 4, 20. Notae jam destinatae exemptus est. *Pl. Rud.* 1, 4, 13. Eximere aliquem ex metu. *Liv.* 5, 15. rem miraculo, *h. e.* efficere, ut res miraculo, tribuenda non sit. P In re forensi *eximere diem* est extrahere, protrahere, et sic iudicio auferre. [\**Eximere diem*, tempus est in universum deripere et abstrahere negotiis, sive feriarum causa, sive ne quod opus aut quod institutum erat, agatur et perficiatur. Sunt verba *Gron.* ad *Sen. N. Q. praef.* 3., quem vide.] *Cic. Q. Fr.* 2, 1. *med.* Clodius rogatus, diem dicendo eximere coepit. *Id. Att.* 4, 3. Metellus calumnia dicendi tempus eximit. *Plin. ep.* 5, 21. Dimittuntur centumviri, eximitur dies. Adde *Liv.* 1, 50. *f.* P Translate. *Suet. Oth.* 6. Medium quoque tempus religio, et Seleucus eximit. P [\*Impersonaliter, passive. *Tac. A.* 6, 22. Plurimis mortalium non eximitur, quin primo cujusque ortu ventura destinatur. *Gron. in Observ.* 2, 14. ita: non eximi est: non potest eximi, non potest opinio ista eripi.] P [Partic. *Eximendus* ap. *Liv.* 24, 29. Id eximendum de foedere est. *F.* P Confunduntur *Eximere* et *Exigere*. *Burm.* ad *Or. A. Am.* 2, 653.]

EXIN, adv. per apocopen pro *exinde*, metri causa dici, ait *Festus*. Legitur autem ap. *Virg. A.* 6, 891. et *ib.* 7, 341. et alibi, *Enn.* ap. *Cic. Div.* 1, 48., *Pl. Epid.* 1, 2, 47. et *Poen.* 3, 5, 9. etc. P Sed et a prosae scriptoribus usurpatur. *Cic. Or.* 45. *f.* Dein etiam saepe, et *exin*, pro deinde et *exinde* dicimus. *Id. Div.* 1, 26. *Exin* cuidam rustico visus est venire, etc. *Tac. A.* 3, 36. *Exin* promptum, quod, etc. P Reperitur et *exim*, v. gr. ap. *Auct. Itin. Alex.* (ed. *A. Majo*) 49. Eximque illos solo pingendo paruisse. *B. A.* P [\**Sacpius* autem confunduntur *Exin* et *Exinde*. *Drak. ad Liv.* 27, 5, 6. 41, 27, 3. 42, 9, 8.]

EXINANIO, is, ivi, itum, a. 4. ἐκκένωσις, evacuatio, iuanem reddo. *Cic. Verr.* 2, 5, 25. Nox illa tota exinanunda navi consumitur. *Id. ib.* 5, 50. Vastare et exinanire agros. *Id. Div. Verr.* 4. Civitates vastare, domos exinanire, fana spoliare. *Hirt. B. Afr.* 20. Omnem regionem exinanire frumento. *Plin.* 26, 8, 36. Radix et alvum, et bilem, et pituitam exinanit. *Id.* 25, 5, 20. Exinanire lienem. *Id.* 7, 20, 19. onusta vehicula. *Id.* 24, 8, 35. hydropicos. [\**abzapfen*.] *Id.* 18, 22, 51. Nisi multiplici partu exinaniatur ubertas, pereunt luxuria singuli fructus. *Paul. Dig.* 31, 1, 89. *f.* Patrimonium suum donationibus exinanire. *Pl. Truc.* 4, 2, 2. Ama rem tuam: istum (*amatorem*) exinani, *h. e.* emunge, exhauri, spolia. P [Part. *Exinaniens* ap. *Plin.* 36, 14, 21. Paulatim exinaniens imos. *F.*]

EXINANITIO, onis, f. evacuatio, ἐκκένωσις. *Plin.* 13, 22, 38. Succurrit aliquando praecipis alvi exinanitio. *Id.* 17, 2, 2. Exinanitio florescendi, *h. e.* emissio florum, qua vires arborum exhauriuntur.

EXINANITUS, a, um, part. ab *exinatio*, ἐκκένωσις. *Cic. Agr.* 2, 27. Regibus atque omnibus gentibus exinanitis. *Id. Verr.* 2, 5, 40. Habet constratam navem, et minus exinanitam. *Sisen.* ap. *Non.* 2, 302. Exinanitis castris. *Plin.* 32, 5, 17. Exinanita clysteribus corpora. *Id.* 17, 2, 2. Exinanitae fetu arbores, *h. e.* viribus exhaustae. *Varr. R. R.* 3, 16. Apes relinquunt exinanitas alvos.

EXINDE, adv., ἐντεῦθεν, ex eo tempore, postea, deinde, et ordinem significat tum loci, tum temporis. Loci. *Cic. N. D.* 2, 39. *f.* Exinde mari finitimus aer, etc. *Pl. Curc.* 2, 3, 84. Ostium ubi prospexi, exinde me illico protinam dedi. P Temporis. *Virg. A.* 6, 743. exinde per amplum Mittimur elysium. *Liv.* 31, 4. Praetores exinde facti Q. Minutius, etc. *Pl. Truc.* 1, 1, 63. Postquam alium reperit, qui plus daret, me exinde amovit loco. *Ulp. Dig.* 1, 16, 4. *extr.* Videri legatum habere jurisdictionem, non exinde, ex quo mandata est, sed ex quo, etc. P Significat etiam ex ea re. *Pl. Pseud.* 2, 3, 13. Proinde ut quisque fortuna utitur, ita praecellet; atque exinde sapere eum, omnes dicimus. [\**Varr. R. R.* 1, 20, 4. Ad molas alii asellis, alii vaccis ac mulis utuntur, exinde ut pabuli facultas est, je nachdem das Futter da ist.]

EXINFULABAT, exserebat, infulas enim sacerdotum, filamenta vocabant. *Festus*.

## EXINTERO. V. EXENTERO.

**EXJOCOR**, aris, dep. 1. idem quod jocos, ludo. *Catull.* 21, 5. nam simul exjocaris una Haerens ad latus, omnia experiris. Alii multo rectius leg. nam simul es, jocaris una, Heres ad latus, etc. h. e. cum illo consuescis, vel edis. [\*Scripturam *Exjocares* damnat etiam *Schneid. Elementari. Tom. II.* p. 562.]

**EXISONA**. *Vitr.* 4, 7. Uti reliqua exisona, quae solent esse in frontibus, ad latera sunt translata. *Barbarus* vertit *le altre parti uguali*, quasi sit ab *isos*, aequalis, et *Vitr.* scripserit *ἴσους*, ex cuius corruptione exstiterit paulatim illud *exisona*: quae conjectura est *Baldi* in *Lex.*, ubi addit, placere *Turnebo* lectionem mutari, et *ex his omnia* legi.

**EXISTIMABILIS**, e, adj. qui existimari potest, probabilis, veri similis. Est *Coel. Aurel. Acut.* 2, 5. et *ib.* 3, 17. f.

**EXISTIMATIO**, onis, f. *ἐπιπίστις*, actus existimandi, opinio, iudicium. Differt ab *aestimatione*, quod haec fere ad pretia refertur; *existimatio* ad cetera. Praeterea *aestimatio* est de re perputata et cognita iudicium: *existimatio* est de re putata et probabili. Contra alii putant, *aestimationem* esse cogitationis et opinionis, *existimationem* perfecti omnino iudicii. *Cic. Q. Fr.* 1, 1, 15. Non est tibi his solis utendum existimationibus, ac iudiciis, qui nunc sunt, hominum, sed iis etiam, qui futuri sunt. [\*Existimatio et iudicium quomodo differunt, docet locus *Cic. Cluent.* 30. Nunc quemadmodum audiri sentio, non modo ab iis, quarum iudicium ac potestas est, sed etiam ab illis quorum tantum est existimatio, ubi iudicium de iis quibus absolvendi aut condemnandi est potestas, existimatio de hominibus privatis.] *Lic.* 4, 20. Qui si in ea re sit error, communis existimatio est. [\**V. Drak.* ad h. l. et ad 4, 41, 2.] *Plin.* 11, 16, 16.

Propior vero prior existimatio fieret, ni, etc. *Vitr.* 7, 5. med. Indecens status signorum publice civitati vitium existimationis adjecit. Et *Cic. Verr.* 2, 3, 82. In hoc genere facilius est existimatio, quam reprehensio. Et 58. Omnium existimationi satisfacere. [\**V. Ruhnk.* ad *Ter. Heaut. Prol.* 25.] *Suet. Tib.* 58. extr. Dictum factumve alicujus existimatione aliqua laedere. *Ascon.* in *Cic. Mil.* 12. Complures alias, nimia etiam, ut existimatio est, asperitate usus, damnavit. P. Saepius est passivae significat., et sumitur pro bona fama, opinione, auctoritate, honestate, dignitate, *εὐδοξία, δόξα, ἐπιπίστις*. *Callistr. Dig.* 50, 13, 5. Existimatio est dignitatis illaesae status, legibus ac moribus comprobatus, qui ex delicto nostro, auctoritate legum, aut minuitur, aut consumitur. *Cic. Fam.* 5, 20. Nihil eum fecisse scientem, quod esset contra aut rem, aut existimationem tuam. *Id. Flacc.* 22. Homo egens, sordidus, sine honore, sine existimatione, sine censu. *Id. Or.* 2, 49. Nihil mihi ad existimationem turpius, nihil ad dolorem acerbius accidere posse. *Id. Rosc. Com.* 6. Iudicia summae existimationis, et paene dicam capitis. *Id. Flacc.* 15. Homo fortuna egens, vita turpis, existimatione damnatus. *Id. Fam.* 13, 73. Alicujus existimationem violare. *Id. Planc.* 2. offendere. *Id. Fam.* 3, 10. med. oppugnare. *Suet. Caes.* 75. lacerare. *Cic. Att.* 1, 1. venire contra. Et *ib.* Inopem esse ab amicitia et existimatione. *Auct. ad Her.* 4, 10. Perdere existimationem. *Nep. Cat.* 2. Detrimentum existimationis facere. *Cic. Q. Fr.* 1, 1, 5. Alicujus existimationi consulere. Et 4. Committere alteri existimationem suam. *Suet. Nep.* 12. Existimationis integritate vir. *Nep. Ages.* 4. Bonam existimationem regno praepone. *Id. Att.* 15. Suam existimationem in ea re agi putabat.

**EXISTIMATOR**, oris, m. *δοξαστής*, qui existimat, censet. *Cic. Or.* 31. Ut existimatores videamur loqui, non magistri. *Id. Or.* 3, 22. Stultus alieni artificii existimator. *Id. Brut.* 93. Existimator doctus et intelligens. *Gell.* 20, 1. Existimator non levis. [\**Alia v. ap. Gron.* ad *Liv.* 4, 41.] P. Quid ab *aestimatore* differat, collige ex dictis in v. praec.

**EXISTIMATUS**, a, um, part. ab *existimo*. *Cic. Har. resp.* 13. Dejotarus a senatu regali nomine dignus existimatus. *Plin.* 18, 12, 30. Faba hebetare sensus existimata. *Gell.* 1, 9. Pro existimato capti solertiae. *Id.* 10, 23. Cato non solum existimatas, sed multatas quoque a iudice mulieres refert.

**EXISTIMO**, et antique *Existimo*, as, avi, atum, a. 1. *δοκέω, νομίζω*, puto, opinor, censeo: ab *ex*, et *aestimo*, a quo quid differat, in **EXISTIMATIO** diximus. *Cic. Agr.* 2, 33. Si majores nostri existimassent, quemquam *Rulli* similem futurum. *Id. Fam.* 15, 21. Non possum existimare, plus quemquam a se ipso, quam me a te amari. *Id. ad Brut.* 1, 4. Quanta sim laetitia affectus, facilius est tibi existimare, quam mihi scribere. *Id. Leg.* 1, 2. De scriptoribus, qui nondum ediderunt, existimare non possumus, i. e. iudicare. [\**Drak.* ad *Liv.* 34, 2, 5.] *Id. Or.* 2, 66. P. Cornelius, homo, ut existimabatur, avarus et furax. *Id. Fam.* 1, 7. Ex eventu homines de tuo consilio existimatos videmus. *Id. Brut.* 21. Orationes, ex quibus existimari de ingenio oratorum potest. Et 36. extr. Ego sic existimo, hos oratores fuisse maximos.

*Id. Att.* 6, 2. et *Off.* 2, 10. Bene aut male existimare de aliquo. *Id. Verr.* 2, 3, 82. Existimare aliquem avarum. *Nep. Phoc.* 2. Qui bene de republica mereri existimabatur. *Caes. B. G.* 5, 13. Huic millia passuum *DCCC* in longitudinem esse, existimatur. *Plin.* 6, 13, 14. Capillus juxta feminis virisque existimatur in probro. *Id.* 24, 15, 84. *Chamaecissos* cum floret, existimari potest alba viola. *Id.* 6, 22, 24. *Taprobanae* alterum orbem terrarum esse, diu existimatum est. *Liv.* 23, 15. med. Existimatum facile est. P. [\**Insolentius* positum ap. *Tac. H.* 4, 81. Existimari a medicis jubet, an talis caecitas ac debilitas ope humana superabilis forent, i. e. quaeri ac sententiam ab iis ferri. — P. Porro observa *existimare* ex urbanitate Graecis inprimis familiari dici non tantum in re dubia, sed saepe de vera et certa. *V. Cic. Ac. Qu.* 4, 47.] P. Videtur aliquando poni pro *aestimo*. *Sall. H. in or. Maeri Lic. trib. pleb.* 3. Si, *Quirites*, parum existimaretis, quid interesset, etc. *Id. Jug.* 88. Nunc vos existimate, facta, an dicta pluris sint. *Ter. Phorm.* 1, 1, 11. Haud existimans, quanto labore partum. *Id. Heaut.* 2, 3, 41. Ea res dedit existimandi copiam quotidianae vitae consuetudinem. P. Bene, aut male existimare de aliquo non solum est bene aut male opinari, sed etiam per metonymiam bene aut male loqui. *Sen. Ira* 3, 22. Quid facilius fuit *Antigono*, quam duos manipulares duci jubere, qui incumbentes regio tabernaculo faciebant, quod homines et periculosissime, et libentissime faciunt, de rege suo male existimabant? Et *ep.* 68. Quid autem tecum loquaris? quod homines de aliis libentissime faciunt: de te apud te male existima.

**EXISTO**. **V. EXSISTO**.  
**EXITIABILIS**, e, adj. exitium ferens, exitialis. *Cic. Att.* 10, 4. Bellum terra et mari comparat, suis civibus exitiabile. [\**Adde Eutr.* 9, 7.] *Liv.* 29, 17. Exitiabilis tyrannus. [\**Adde Eutr.* 8, 1.] *Suet. Aug.* 23. Clades paene exitiabilis. *Ov. Met.* 6, 257. Telum exitiabile. *Tac. A.* 6, 24. Exitiabilis in suos, infensus reipubl. animus. *Vellej.* 2, 112. Exitiabilis fames. [\**Saepe confunduntur a librariis Exitiabilis et exitialis. V. Interpp.* ad *Liv.* 27, 23, 29, 17. ad *Suet. Cal.* 50. *Tzschuk.* ad *Eutr.* 8, 1.]

**EXITIABILITER**. **V. EXITIALITER**.  
**EXITIALIS**, e, adj. *ὀλεθρῶς*, exitium afferens, perniciosus, exitiosus. *Cic. Verr.* 2, 5, 6. Perditae civitates, desperatis omnibus rebus, hos solent exitus exitiales habere, ut damnati in integrum restituantur. *Virg. A.* 2, 31. Donum exitiale. *Id. ib.* 6, 511. scelus. *Plin.* 10, 72, 93. Animalia venenata magis exitialia, si, etc. P. [\**Saepe confundi Exitialis et exitiabilis supra animadvertimus.*]

**EXITIALITER**, adv. perniciose. *August. Conf.* 6, 7. Quia circum exitialiter amabat. Al. leg. *exitialiter*, quod idem sonat.

**EXITIO**, onis, f. exitus. *Pl. Truc.* 2, 6, 30. Quid illi ex utero exitio est?

**EXITIOSE**, adv. perniciose. *August. ep.* 8, 3. Videtur mihi exitiosissime credi.

**EXITIOSUS**, a, um, adj. *ὀλεθρῶς*, exitium afferens, exitialis. *Cic. Cat.* 4, 3. Exitiosa conjuratio. *Id. Planc.* 36. Reipublicae exitiosum fuisset. *Tac. Hist.* 2, 31. Otho luxu, saevitia, audacia reipublicae exitiosior ducebatur. [\*ubi nota adject. ad personas relatum, quo usu abstinere videntur antiquiores.] *Tertull. Anim.* 34. Helena exitiosissima *Priamo*.

**EXITIUM**, ii, n. *ὀλεθρῶς*, pernicies, ruina, extrema calamitas, interitus. Exitium, inquit *Fest.*, antiqui ponebant pro exitu: nunc exitium, pessimum exitum dicimus. [\**Hinc tale παρρησια, qualia amat Cic. Agr.* 2. Qui extremi exitiorum solent esse exitus.] *Cic. Cat.* 4, 5. Cum de pernicie populi R., exitio hujus urbis tam acerbe, tamque crudeliter cogitarit. *Id. Q. Fr.* ep. 1, 4. med. Ego omnibus meis exitio fuero. *Hor. Od.* 1, 16, 17. Irae *Thyesten* exitio gravi *Stravere*. *Lucr.* 5, 96. et *Sen. Med.* 1001. Dare aliquem exitio. *Id. Agam.* 523. Mittere exitio *Doricum* genus. *Id. Phoen.* 342. Rapere in exitium omnia. *Id. Med.* 513. Trahere in exitium quempiam. *Tac. A.* 1, 22. Armare quempiam in exitium alterius. Et 32. Dedere ad exitium. Et 43. Iras civiles in exitium hostibus vertere. [\**Suet. Aug.* 94. Veliterni paene ad exitium sui cum *Romanis* belligeraverunt, ubi olim male edebatur ad exitum sui.] *Pl. Cist.* 4, 1, 11. Quovis exitio interire. *Plin.* 19, 10, 58. Formicae non minimum hortorum exitium. *Virg. A.* 7, 123. Ponere modum exitiis. *Cic. Mil.* 2. Quos P. *Clodii* furor rapinis, et incendiis, et omnibus exitiis pavit. [\*h. e. exitii generibus.] *Id.* 2. Metu crudelissimorum exitiorum carere non possumus. *Legg.* 1, 12. Id. querebatur caput esse exitiorum omnium.] P. Pro exitu, fine, interitu. *Val. Fl.* 1, 809. date fallaci pudibunda senectae *Exitia*, indecorosque obitus. [\**Recte Statuit Doederl. Syn. Fasc.* 2. p. 65. neque hoc loco, neque iis quos *Rhena.* affert ad *Tac. A.* 13, 1., exitium pro exitu dictum esse. Ap. *Val. Fl.* exitium et obitus op-

ponuntur.] P. Exitium pro exitiorum dixit *Pacrus*. ap. *Cic. Or.* 46. et 1. *Div.* 31. P. [\**Confunduntur Exitium et Excidium. Drak.* ad *Liv.* 5, 18, 12. et *Exitus. Drak.* ad *Liv.* 5, 27, 10.]

**EXITUS**, a, um, part. pass. ab *exeo*, apud veteres. *Fest.* in *Ad.* Ad exitam aetatem, ad ultimam aetatem.

**EXITUS**, us, m. *ἔξοδος*, actus exeundi. *Cic. Par.* 4. med. Reditum mihi gloriosum injuria tua dedit, non exitum calamitosum. *Lucr.* 6, 493. per spiracula mundi *Exitus* introitusque elementis redditus exstat. Et 727. fit liber minus exitus anni. P. Item locus, unde exitur. *Varr. L. L.* 4, 32. Exitum non habet, ac pervium non est iter. *Nep. Annib.* 12. Ut in omnibus partibus aedificii exitus haberet. *Liv.* 39, 51. Septem exitus e domo fecerat. [\**Liv.* 3, 8, 9. Quum exitus haud in facili essent, circumveniunt. *Vid. Gron.* et *Drak.* ad h. l.] *Caes. B. G.* 7, 28. Cum angusto exitu portarum se ipsi premerent. *Val. Fl.* 4, 718. Et 8. 185. Exitus *Istri*. *Plin.* 2, 103, 106. In exitu paludis. Et *ib.* 63, 63. Spiritui exitum quaerere. *Id.* 21, 14, 48. Alvorum, cum mel exitur, illinere exitus. *Colum.* 6, 30. f. Obsessos naturales exitus adaperire, h. e. intestinorum canales. Sic *cibi exitum* appellat *Plin.* 11, 34, 40. foramen sedis. P. *Exitus vitae*, et *exitus absolute* est vitae finis, mors. [\**Tribus* his, qui jam sequuntur, locis *exitus* non simpliciter est mors, sed mortis genus, moriendi modus. *Vid. Burn.* ad *Quint. decl.* 10, 9. p. 238.] *Nep. Eumen.* 13. *Eumenes* talem exitum vitae habuit. *Id. Phoc.* 4. Hunc exitum plerique clari viri habuerunt. *Vallej.* 2, 7. Hunc *Gracchi* vitae mortisque habuere exitum. [\**Argutum* dicendi genus. *Hunc vitae exitum* habuit, i. e. sic vitam finivit; at *hunc mortis exitum* habuit est hoc violento mortis genere periit. *Vid. Ruhnk.* ad h. l., qui laudat *Gron.* *Obs.* in *Script. Eccles.* 10. p. 106.] *Plin.* 8, 58, 74. Duravere usque ad *Sejani* exitum. [\**Amm. Marc.* 14, 11, 21. Terrore propinquantis exitus jam praeseputus, ubi *Gron.* legendum proponebat *exitii*, quod *exitus* sic absolute dici non posset. Sed vides emendatione non opus esse.] P. Dicitur etiam de fine et eventu cujuscumque rei. *Plin.* 17, 22, 35. n. 8. Exitu veris. *Liv.* 30, 26. Exitu superioris anni. *Cic. Marc.* 5. extr. Incertus exitus, et anceps fortuna belli. *Id. Mur.* 37. extr. In exitu est meus consulatus. *Id. Brut.* 34. Bonis initiis orsus tribunatum tristes exitus habuit consulatus. *Id. Manil.* 1. extr. Hujus orationis difficilior est exitum, quam principium invenire. *Id. Fam.* 3, 12. Quemadmodum expediam exitum hujus institutae orationis, non reperio. [\**Cic. N. D.* 1, 2. Tragici poetae, quum explicare argumenti exitum non potestis, confugitis ad deum: ubi exitus argumenti de fabulae catastrophe.] *Id. Fat.* 19. Utrique ad eundem exitum veniunt. *Id. Phil.* 5, 16. Fuga exitum non habebat, h. e. non patebat fugiendi locus. [\**Cic. Or.* 2, 77. Eae causae sunt plenissimae, quae plurimos exitus dant ad ejusmodi depressionem. h. e. transitu.] *Liv.* 43, 17. Rei exitum imponere. *Id.* 35, 10. In exitu jam annus erat. *Hor. Od.* 4, 8, 34. Liber vota bonos ducit ad exitus. *Cic. Tusc.* 5, 2. Adducere quippiam ad exitum. *Id. Fam.* 10, 22. Cum propter tarditatem sententiarum ea, quae consulebantur, ad exitum non perveniunt. [\**Zu einem Resultate. Sic Orat.* 33. Nunquam ad exitum perveniri potest.] *Id. Div.* 2, 24. Responsa haruspicum, quae aut nullos habuerunt exitus, aut contrarios. [\**quae aut ad effectum data sunt, aut non sunt. Cic. Inv.* 2, 40. Lex exitum facilem habet, h. e. qui sit legis sensus atque usus facile intelligitur.] *Id. ad Brut.* 1, 10. f. Eam rempubl. quam virtute magis, quam eventis rerum liberasti, exitu libera, h. e. re ipsa. *Sic Fam.* 6, 1. med. Si mihi alterutrum de eventu atque exitu rerum promittendum est. *Planc.* ad *Coss. Fam.* 10, 8. Ut quae reipubl. polliceremur, exitu praestaremus. *Ov. Fast.* 6, 565. Exitus accessit verbis. P. Exitum facere, h. e. habere. *Suet. Ner.* 46. Daturus poenas sceleratos, ac brevi dignum exitum facturos. *Adde Petr.* *Sat.* 2. et *Senec. ep.* 115. a. med. P. *Exitus acta* probat ap. *Ov. Her.* 2, 85. genus proverbii est. Quod tamen a sapientibus improbatum. Nam eventus est stultorum magister, ut ait *Liv.* 22, 39. et *Claud.* in *Eutr.* 2, 489. Improbatur etiam *Or. ib.* [\**Callistr.* in *Dig.* 48, 8, 14. In maleficiis voluntas spectatur, non exitus.] P. *Exitus verborum* est eorum positio extrema. *Cic. Or.* 49. Verba, quae casus habent in exitu similes. *Varr. L. L.* 9, 3. med. Habent exitus aut in a, aut in e, etc. [\**Confunduntur Exitus et Exitium. Drak.* ad *Liv.* 5, 27, 10. — et *Exercitus. Id.* ad *Liv.* 22, 13, 5.]

**EXJURO**, as, a. 1. *ἔξωρην*, idem quod juro, aut valde juro. *Pl. Amph.* 3, 3, 18. Quando istaec omnia exjurasti te mihi dixere pro jocum. *Ita Non.* 2, 286., sed in plerisque editionib. *Plauti* hic verus deest.

**EXLAETUS**, a, um, adj. valde laetus. *Appul. Met.* 3. p. 135, 7. Tandem *Fotis* mea sui longe dissimilis adventit: non exlaeta facie, sed, etc. Alii divisim scribunt *ex laeta*: alii melius non enim *laeta*.

**EXLECEBRA**. **V. ELECEBRA**.

EXLEX, egis, omn. gen. *ἄροχος*, qui nulla lege tenetur, qui supra leges est: sive quia non debet, sive quia non vult subijci legibus. *Cic. Cluent. 34.* Non quod illi exlegem esse Sullam putarent. *Liv. 9, 34.* An hoc dicis, lege populum teneri, te unum exlegem esse? *Al. leg. extra legem.* [\*vid. *Drak.* ad h. 1.] *Hor. A. P. 224.* Spectator potus, et exlex. *Varr. ap. Non. 1, 33.* Postremo quaero, paribus legibus, an non? anne exlex solus vives? Adde *Lucil. et Sisenn. ib.*

\*EX LIBERTO, indecl. qui fuit libertus. V. EX DUCE. *Vet. Schol. ad Juven. 14, 306.* Licinus ille ex liberto Claudii. *B. A.*

\*EX MAGISTRO MEMORIAE *Ammian. 15, 5.* i. qui fuit magister memoriae. Ex magistro pedum *ib. sec. Falster.* *Al. leg. ex magisterio.* Sed illud rectum. *B. A.*

\*EX MEDICO. *Ammian. 16, 6. extr.* Dorus quidam ex medico scrutatorum. *B. A.*

EXMENS, entis, omn. gen. demens, amens. *Hor. Ep. 1, 2, 59.* qui non moderabitur irae, Infectum volet esse, dolor quod suaserit exmens. *Pleriqu. omn. leg. et mens.*

EXMOVEO. V. EMOVEO.

\*EX NOTARIO. *Ammian. 22, 3.* Cyrinus ex notario. *B. A.*

[\*EX NUNC. *Amm. Marc. 21, 10, 2.* Loci situm ex nunc convenienter ostendam. Factum hoc ad morem Graecorum, qui *ἀπὸ νῦν* et similia dixerunt. *V. Lindenbr. ad h. l. p. 409.* *Wagn. et s. v. Ex tunc.*]

EXOBROTUS, a, um, part. ab inusit. *exobruo*, erutus. *Appul. Met. 9. p. 219, 34.* Dolium exobrutum protinus tradatur emptori.

EXOBSECO, as, a. i. *λελασέω*, valde obsecro. *Pl. Asin. 1, 3, 93.* Supplicabo, exobsecrabo, ut quemque amicum videro.

\*EX OCCUPO, as, a. i. i. q. occupo. *Sarish. 1, 4.* P Hinc part. pass. *exoccupatus, a, um*, apud *eund. 1, 8. B. A.*

EXOCHADIUM, ii, n. dimin. *ἐξοχάδιον*, ab *ἐξοχή*, prominentia, est tuberculum in ano. *Marcell. Empir. 31.* Exochadia aceto illinere. Adde *Theod. Prisc. 2, 30.*

\*EXOCHAS, adis, f. *ἐξοχάς*, (ab *ἐξοχή*, i. e. eminentia), tuberculum in ano, idem ac exochadium. *August. ep. 149. B. A.*

[\*EXOCHE, es, f. *ἐξοχή*, eminentia. Est cogn. *R. Inscr. ap. Grut. 688, 11.* Julia Exoche. *F.*]

[\*EXOCHUS, i, m. *ἔξοχος*, eminens. Est cogn. *R. Inscr. ap. Mur. 1685, 7.* L. Herennius Exochus. *F.*]

EXOCOETUS, i, m. *ἐξοκοίτος*, piscis ita dictus, quod in sicco dormiendi causa exeat, ap. *Plin. 9, 19, 34.*: ab *ἔξω*, extra, et *κοίτος*, cubile, vel somnus.

EXOCULASSO. V. EXOCULO.

EXOCULATUS, a, um, part. ab *exoculo*, cui oculi effossi sunt, caecus. *Appul. Met. 7. p. 188, 24.* Caecam et prorsus exoculatam esse fortunam. Adde *ib. p. 207, 8.*

EXOCULO, as, a. i. *ἐξοφθαλμίζω*, est privare oculis, excaecare. *Pl. Rud. 3, 4, 26.* Si ne ei caput exoculaveritis, ego vos virgis circumvinciam. pro *exoculaveritis*. P Quidam ex hoc *Plauti* loco male formant *Exoculasso*, is.

EXODIARIUS, ii, m. in fine fabulae intrabat, recitabatque aliquid extra rem, ad exhilarandos animos tragicis affectibus turbatos, ut *Vet. Schol. ad Juven. 3, 175.* docet. *Ammian. 28, 4.* Exodiario, venatori, aurigae, et histrionum generi omni. Adde *Inscr. ap. Grut. 637, 1.*

\*EXODIOSUS, a, um, adj. *Gloss. Gr. Lat.* Exodiosa, *μεμομημένη. B. A.*

EXODIUM, ii, n. *ἔξοδιον*, Graece est canticum, quod in exitu fabulae canebatur: ab *ἔξοδος*, exitus, finis. A Latinis exodia (quae initio ab honestis adolescentibus actabantur, ut est ap. *Liv. 7, 2.*, postea mimis relicta) dicta sunt ridicula intexta versibus, quae fabellis potissimum Atellanis conserebantur, ad risum movendum. Aliud omnino fuere posterioribus temporibus, nempe fabulae breviores (ut ex *Suet. Dom. mox* afferendo colligitur) quae praecipue agebantur in fine tragoediarum, ut quiddam lacrimarum atque tristitiae spectatores coegissent ex tragicis affectibus, hujus spectaculi risus detergeret, ut ait *Vet. Schol. Juven. ad illud 3, 174.* tandemque redit ad pulpita notum Exodium, cum personae pallentis hiatum in gremio matris formidat rusticus infans. *Id. 6, 71.* Urbicus exodio risum movet Atellanae. *Suet. Tib. 45.* Exodium Atellanicum. Et *Dom. 10.* Quod scenico exodio, sub persona Parisidis et Oenones, divortium suum cum uxore taxasset. P Si verbi vim spectes, *exodium* est exitus, finis, ut *Non. 1, 14.* docet, et *Festus* confirmat: apud quem alii leg. *exodium*. Quo sensu *Varr. ap. Non. ib.* Cum Socrates bibisset *κόριον* in exodio vitae. Et: Ab origine ad exodium. Et: Quod coeperas narrare, ad exodium ducas. P Pro insigni aliqua sententia. *Hieron. ep. 128. n. 1.* Ut secundum praeclari oratoris exodium, spes in ea (*infantula*) magis laudanda sit, quam res. Respicit illud *Cic. fragm.*

ap. *Serv. ad A. 6, 877.* Fanni, causa difficilis laudare puerum: non enim res laudanda, sed spes est.

EXODORATUS, a, um, part. ab *exodoro*, odore privatus ap. *Tertull. Pall. 4.* Alii rectius leg. *exoduratus*, quam v. vide.

EXODUS, i, f. exitus, *ἔξοδος*, *Festus*. V. EXODIUM. Hinc Exodus inscribitur liber Moysi, in quo Israelitarum ex Aegypto exitus narratur. *Tertull. adv. Jud. 11.*

EXOLEO, es, evi, etum, n. 2. *παρεκμάζω*, proprie est crescere desino. *Prisc. 9, 872.* Exoleo quoque exolevi, unde exoletus, exoleta, exoletum: *Plautus in Medico*: Domi reliqui exoletam virginem, id est grandem, quae exoleverat. *Not. Tir. p. 167.* Olet, abolet, exolet. P Item de iis, quibus homines uti, vel quorum meminisse desierunt. *Plin. 29, 1, 1.* Quoniam modo exoleverint in medicinae usu, quae tam parata erant. *Id. 34, 2, 3.* Exolevit fundendi aeris ratio. Et *37, 5, 18.* Male Calchedonii nescio an in totum exoleverint. *Tac. A. 6, 25.* Nondum is dolor exoleverat. *Liv. 2, 52.* Cum patris favor haud dum exolevisset. *Quint. 1, 6.* Cum in XII. tabulis legeremus, *Ni ita pagant*, inveniebamus simile huic, *cadunt*: inde prima positio, etiamsi vetustate exoleverat, apparebat, *pago*, ut *cado*: unde non erat dubium sic *pepigi* nos dicere, ut *cecidi*. *Curt. 3, 13.* f. Nondum in omnium animis memoriam majestatis suae exolevisse cernebat. *Stat. Silv. 1, 6, 99.* Quos ibit procul hic dies per annos! Quam nullo sacer exolescit aevo!

EXOLESCO, is, n. 3. verbum Ionice inflexum ab *exoleo*, et ejusdem omnino significationis: dicitur vero de iis, quae non solum crescere desinunt, sed deficient etiam, atque evanescent. *Colum. 2, 18.* Multa sunt, quae negligentia exolescunt, et fiunt sterilia. *Suet. Aug. 7.* Paene jam exolescentibus litteris. P Item de iis, quae in desuetudinem, et oblivionem abierunt. *Tac. A. 11, 15.* Ne vetustissima Italiae disciplina per desidiam exolesceret. [\*Omnino frequens est haec vox ap. *Tac.* *Exempla* vide ap. *Boetich. Lex. Tac. p. 185.*] Et *ib. 4, 10.* Rumor adeo validus, ut nondum exolescat. [\**Ulp. in Dig. 4, 2, 14, 2.* Quum per metum facta injuria anno exoleverit, i. e. abolita sit. *Pompon. in Dig. 1, 2, 2, 3.* Omnes leges haec exoleverunt. *Col. R. R. 7, 3, 20.* Exolescit gratia paseui usu continuo.]

EXOLETUS, a, um, part. ab *exoleo*, qui crescere desiit, ut et *Festus* interpretatur. V. EXOLEO. P Hinc *exoleti* dicuntur pueri meritorii adultae jam aetatis, qui tum virorum, tum feminarum libidini satisfacere possunt. *Mart. 12, 92.* Communis tibi cum viro, Magulla, Cum sit lectulus, et sit exoletus. P Universim vero ita appellantur quicumque pueri impudici, et alienae libidini inservientes, quorum publicum usum *Philippus Aug.*, teste *Lampr. Alex. Sev. 24.* et *Elagab. 32.*, vel ut testatur *Hieron. in Isaj. 1, 2, 7.*, Constantinus Aug. omnium primus edicto sustulit. *Cic. Mil. 21.* Clodius, qui semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas duceret, etc. Adde *Martial. 3, 82.* et *Pl. Poen. prol. 17.* P Adjective. *Vellej. 2, 28.* In qua civitate petulantis convicii iudicium histrionum exoleto redditur. *Tac. A. 15, 37.* Remiges exoleti. P Item qui in desuetudinem, vel oblivionem venit etc. *Liv. 2, 35. extr.* Exoletum jam vetustate odium. *Id. 27, 8.* Exoleta vetustate annalium exempla. *Suet. Aug. 86.* Exoletas et reconditas voces aucupari. *Id. Galb. 4.* Vetus et exoletus mos. *Quint. 8, 2.* Exoletos auctores scrutari.

EXOLVO. V. EXSOLVO.

\*EXOMATAE, arum, populi Sarmatiae Asiaticae (vel Scythiae), ad Maeotidem paludem. *Val. Fl. 6, 146.* ed *Heins.* P *Iaxamatae* et *Iaxamatae* vocantur a *Mela 1, 19. B. A.*

EXOMIS, idis, f. *ἔξομις*, vestis substricta, et brevis, proprie veterum Romanorum, et comicorum, sine manicis, ab *ὄμος*, humerus, sive quod ex ea humeri exsererentur, sive quod illa ex humeris penderet. *Fest. et Gell. 7, 12.* sed hic Graece utitur. P [Sunt tamen qui recte putant, ita appellari eam tunicam, quae alterum humerum una cum mamma nudabat, quaeque Graecis *ἐτερομάχαλος* dicitur, et a plerumque utebantur *Amazones*, *Bacchantes*, et virgines *Spartanae*, ut videre est ap. *Viscont. Mus. Pio-Clem. T. 3. tab. 27.* V. EXAPPHLATUS. *F.*]

EXOMIUM, ii, n. idem quod *exomis*, ut *Exomium* pulum, ap. *Quint. 5, 10. med.*, ubi alii melius leg. *exordium*, quam v. vide.

EXOMOLOGESIS, is, f. *ἔξομολόγησις*, Graeca vox confessionem significans. *Tertull. Poen. 9.* et de oratione 7.

EXONERATIO, onis, f. ut *Exoneratio* mercedis, *Ulp. Dig. 19, 2, 15. f.*

EXONERATOR, oris, m. qui exonerat. *Inscr. ap. Grut. 1117, 5.* Sex Cornelio Vitalioni exoneratori calcariario, homini dulcissimo etc.

EXONERATUS, a, um, part. ab *exonero*, onere levatus. *Plin. 9, 29, 47.* Nautilus, emissa omni aqua, velut exoneratus sentina, facile navigat. P Item depositus. [\**Exponam*: abductus, ablatus.

*Liv. 10, 6.* Exonerata plebe coloniis deductis.] *Tac. H. 5, 2.* Exundantem per Aegyptum multitudinem proximas in terras exoneratam.

EXONERO, as, avi, atum, a. i. *ἀποφορτίζω*, onere levo. *Pl. Stich. 4, 1, 26.* Exonerare navem. *Plin. 11, 10, 10.* Apes onustae remeant: excipiunt eas ternae quaternaeque, et exonerant. *Id. 8, 26, 40.* Profluvio sanguinis morbidum corpus exonerat. *Petr. Sat. 27.* Exonerare vesicam. *Plin. 10, 44, 61.* alvum. *Senec. Excerpt. contr. 4, 4.* jactu navigia. *Mart. 10, 48.* Malvae exoneratae ventrem. *Petr. Sat. 103.* Acclinatus lateri navis exonerabat stomachum nausea gravem. *Plin. 3, 16, 20.* Amnes et lacus in Padum sese exonerantes. *Ob. Fast. 3, 818.* Exonerare colos, h. e. nendo coli pensum detrahere. P Translate est levare, auferre. *Id. Trist. 1, 3, 36.* hanc odiis exonerate fugam. *Liv. 2, 2.* Exonerare civitatem metu. *Id. 42, 13. extr.* Liberare atque exonerare fidem suam. *Curt. 4, 13.* Exonerare animum sollicitudine, Et *6, 8.* conscientiam suam. Et eod. sensu *9.* Exonerare se, h. e. arcanum detegendo. Sic *Sen. ep. 3.* Quidam quae tantum amicis committenda sunt, in quaslibet aures exonerant. *Petr. Sat. 123.* Exonerare dolorem convicio. *Sen. Hipp. 445.* Curas Bacchus exonerat. *Tac. A. 3, 54. med.* Exonerari laborum meorum partem fateor. [\*i. e. me parte laborum exonerari fateor. *Liv. 10, 21.* Parte curae exonerarunt senatum consulis litterae.] *Id. H. 4, 40.* Fastos adulatione temporum foedatos exonerare. *Pl. Ep. 3, 4, 34.* Ut eam ex exoneris agro, h. e. abducas, alio amandes. [\**Ulp. in Dig. 23, 3, 5, 10.* Aes alienum paterfamilias factus exoneravit. Ceterum in lectorum libris haec fere inveniuntur: Exonerare sortis debitum, pi-gnus, creditorem probandi necessitate; exonerari praestatione, obligatione; exonerandi sunt heredes. *V. Brisson. de verb. sign.*] P [Part. *Exonerandus* ap. *Suet. Claud. 33.* Ut pinna in os inderetur ad exonerandum stomachum. *F.*] P [\**Confunduntur Exonerare et Exorare. V. Drak. ad Liv. 3, 47, 2.*]

\*EXOPEROR, aris, dep. i. *ἐξερῶσμαι. Gloss. Gr. Lat. B. A.*

[\*EXOPINO, as, n. i. idem ac opinor. *Petr. Sat. fr. Trag. 62. Burm.* Si aliter exopinassent. Alii leg. *exopinissent. F.*]

EXOPTABILIS, e, adj. desiderabilis, *ἐὐκρός*, *Sil. 11, 387.* Nec Venerem interea fugit exoptabile tempus. *Pl. Stich. 2, 3, 66.* Nuncius exoptabilis.

EXOPTATUS, a, um, part. ab *exopto*, valde optatus, *εὐκρότος. Cic. Rosc. Am. 7.* Exoptatum nuncium afferre. *Id. Att. 5, 15.* Nihil exoptatum adventu meo, nihil carius. *Id. ib. 4, 1.* Exoptatissima gratulatio. *Ter. Heaut. 2, 4, 28.* Antiphila, maxime animo exoptata meo. *Pl. Trin. 4, 3, 65.* O mi here exoptatissime, salve.

[\*EX OPTIONE, indecl. qui optio, seu vicarius fuit alicujus. V. OPTIO. *Inscr. ap. Grut. 556, 6.* Petronius Castus ex optione procuratoris ducenarii. V. DUCENARIUS. *F.*]

EXOPTO, as, avi, atum, a. i. *ἐπιχράωμαι*, valde opto, expeto, valde desidero. *Cic. Off. 1, 32. extr.* Quae majori parti pulcherrima videntur, ea maxime exoptant. [\*Non recte, opinor, *Ruhnck.* ad *Ter. Andr. Prol. 20.* h. i. ea ratione accipit, ut ad significationem, quae §. 3. proposita est, pertineat.] *Id. Pam. 4, 6. f.* Multis de causis te exopto quamprimum videre. *Id. ib. 2, 7.* Ut sempiternae laudi tibi sit iste tribunatus, exopto. P Ponitur et pro imprecari. *Cic. Pis. 40.* Omnes te oderunt, tibi pestem exoptant. P Item pro eligere. *Pl. Bacch. 3, 4, 3.* Illum exoptavit potius? habeat. *Id. Asin. 3, 3, 133.* Exopta id, quod vis maxime tibi evenire: fiet. *Id. Men. 5, 2, 64.* Si intra aedes hujus penetravi pedem, omnium exopto ut fiam miserorum misserrimus. [\**Ruhnck. l. d.*] P [Part. *Exoptans* ap. *Liv. 9, 25.* Exoptantes Samnitium adventum. *F.*]

EXORABILIS, e, adj. *παράκλητος*, qui exorari potest, et a quo facile obtinemus, quod petimus. *Cic. Q. Fr. 1, 1, 13. extr.* Iracundiae si exorabiles, summa est lenitas. *Sen. Clem. 1, 20.* In suis, quam in alienis, exorabilior injuriis. [\**Id. Ep. 116.* Nullum vitium est sine patrocinio; nulli non initium est verecundum et exorabile.] *Hor. Ep. 2, 2, 178.* metit Orcus Grandia cum parvis, non exorabilis auro. *Sil. 5, 131.* Nulli exorabilis. *Cic. Att. 1, 3.* Experiri aliquem in se minus exorabilem. P Item qui facile exorat. *Val. Fl. 1, 782.* Stygiasque supremo Obsecrat igne domos, jam jam exorabile retro Carmen agens.

EXORABULA, orum, n. plur. argumenta, preces, illecebrae, quibus aliquis exoratur. *Pl. Truc. 1, 1, 5.* Quot amans exemplis ludificetur, quot modis, pereat, quotque exoretur exorabilis. *Appul. Flor. n. 18. p. 360, 18.* Exorabula judicantium, decipula adversantium, artificia dicentium.

EXORATIO, onis, f. actus exorandi. *Quint. Decl. quae inscribitur Trib. Marianus, 8.* Quid nocentissimo parricidae manium prodest exoratio paternorum? *Al. leg. manuum exauctoratio paternarum.*

EXORATOR, oris, m. qui exorat, seu orando

impetrat, *καταδύμενος*. *Ter. Hecyr. prol. 2, 1.* Orator ad vos venio ornatu prologi: sinite exorator sim.

\*EXORATRIX, icis, f. quae exorat. *Salvian. Gubernat. Dei*, p. 93. *Rittersh.* Sic oratio eorum rixa est magis criminum, quam exoratrix. *B. A.*

EXORATUS, a, um, part. ab *exoro*, valde oratus, *αἰδεσθεις*. *Or. Met. 9, 698.* Dea sum auxiliariis, opemque Exorata fero. *P* Item precibus victus. *Prop. 4, 11, 6.* Non exorato stant adamante viae. *Cic. Prov. cons. 17, f.* Sive iratus mihi, sive exoratus. *P* Item qui orata meruit. *Stat. Theb. 1, 666.* at tu stupefacti a limine Phoebe Exoratus abis.

EXORBEO. V. EXSORBEO.

EXORBITATIO, onis, f. actus exorbitandi, a recta alicujus rei ratione digressio. *Tertull. Idol. 14.* Exorbitatio disciplinae.

EXORBITATOR, oris, m. qui exorbitat. *Tertull. adv. Marc. 3, 6, extr.* Judaismi exorbitator et destructor.

EXORBITO, as, n. 1. ab orbita recedo, a recto tramite aberro. *August. C. D. 22, 8, med.* Exorbitantes boves, qui vehiculum trahebant, rota puerum obtiverunt. *Lactant. 2, 5.* Stellis exorbitare a praestitutis itineribus non licet. *P* Translate. *Tertull. adv. Marc. 3, 2.* Suspectum habebitur omne, quod exorbitat a regula. *Sidon. ep. 8, 11, f.* Vereor hujusmodi a catholicae fidei regulis exorbitaturum. *P* Active. *Sidon. ep. 5, 16.* Nec animum tuum a tramite communium gaudiorum vicinae obsidionis terror exorbitat, *h. e.* expellit, dejicit.

EXORBO. V. EXSORBEO.

EXORCISMUS, i, m. *ἑξορκισμός*, obtestatio, adjuratio, cum daemone magico carmine, vel efficacibus sacrae Scripturae verbis necessitas parendi imponitur. *Tertull. Cor. mil. 11.* Exorcismis fugare daemones.

EXORCISTA, ae, m. *ἑξορκιστής*, qui exorcizat. *Impp. Val., Valens et Grat. Cod. 1, 3, 6.* et *Firm. Math. 3, 5, et 9, f.*

EXORCIZO, as, a. 1. *ἑξορκίζω*, obtestari, per divina daemone adjurare. Graeca vox. *Ulp. Dig. 50, 13, 1.* Si incantaverit, si imprecatus est, si (ut vulgari verbo in posterum utar) exorcizavit.

EXORDIOR, iris, orsus sum, dep. 4. *προκαίω-ζομαι*, idem quod ordior, incipio: et proprie de textoribus dicitur fila tramae in tela vel in fune ordinantibus. *Cato R. R. 136.* Funem loreum exordiri oportet longum pedes LXXII., toros tres habeat, lora in toros singulos novem, lata digitos duos: cum tortus fuerit, erit longus pedes XLIX. *P* Hinc allegorice *Cic. Or. 2, 33, extr.* Pertexae, Antoni, quod exorsus es. *Pl. Ps. 1, 4, 6.* Neque exordiri primum, unde occipias, habes, neque ad detexendam telam certos terminos. *P* Translate est incipere, inchoare. *Id. Asin. 1, 1, 102.* Et ibi consilia exordiar. *Id. Bacch. 1, 2, 19.* Etiam me adversus exordire argutias! *Et ib. 4, 4, 71.* Exordiri facinus. *Liv. 4, 17.* Ab causa tam nefanda bellum exorsi. *Nep. Pelop. 1, extr.* De quo scribere exorsi sumus. *Suet. Caes. 32.* Ingenti spiritu classicum exorsus. *P* Saepae ad initium orationis refertur. *Cic. Div. 2, 48.* Tum ego rursus quasi ab alio principio exorsus sum dicere. *Id. Or. 2, 79.* Ab ipsa re exordiri. *Id. ib. 19.* Jubent ita exordiri, ut eum, qui audiat, benevolunt nobis faciamus, et docilem, et attentum. [*\*Cic. Or. 1, 1.* In exordienda oratione perturbarii.] *Auct. ad Her. 1, 6.* Exordiri a dicto adversarii. *Tac. A. 3, 50.* Lepidus in hunc modum exorsus est. *Et ib. 6, 6.* His verbis exorsus est. *P* [Part. *Exordiens* apud *Cic. de rep. 1, (ed. A. Maio) 36.* Qui magnis de rebus dicere exordiens. *F.*]

EXORDITUS, a, um, part. pro *exorsus*, ab *exordior*, et passiva significatione. *Fest. in Ordiri.* Ordiri est rei principium facere: unde et togae vocantur exorditae.

EXORDIUM, ii, n. *ἀρχή*, initium, origo, principium: et proprie dicitur de tela a textoribus ordiri coepta. *Quint. 5, 10, med.* Non possum togam praetextam sperare, cum exordium pullum videam. *P* Translate est quodcumque principium. *Cic. Fin. 5, 7.* A qua totius vitae ducatur exordium. *Lucr. 3, 31.* cunctarum exordia rerum. *Et 381.* exordia prima animi. *Virg. A. 7, 40.* primae revocabo exordia pugnae. *Suet. Claud. 11, extr.* Exordium principatus. *Id. Vesp. 8.* Ab exordio Urbis. *Plin. 3, 1, 3.* Aliunde aliis exordium mensurae est. *Et 6, 23, 26.* Unde ceperunt exordium. *Pallad. 9, 8.* Aquae sub terris exordium de monte sumunt. *Appul. Met. 5, p. 166, 10.* Exordium sermonis hujus quam concolores fallacias attextamus. [*\*Papin. in Dig. 44, 3, 11.* Exordium (possessionis) eo bonae fidei ratio non tuetur.] *P* Speciatim dicitur de principio sermonis, aut orationis, *προοίμιον*. *Virg. A. 4, 283.* quo nunc reginam ambire furentem Audeat affatu! quae prima exordia sumat? *Plin. 18, 6, 7, n. 3.* Hoc exordium praecepta pandere ingressus. *Cic. Or. 1, 26.* Summos oratores in dicendi exordio permoveri. *Id. ib. 2, 77, extr.*

Uti exordium. *Et ib.* exordium exile, nugatorium, vulgare, commune. *Auct. ad Her. 1, 3.* Exordium est principium orationis, per quod animus auditoris aut judicis constituitur, vel apparatus ad audiendum. [*\*Plura vide ap. Ernest. Lex. techn. Lat. rhet. p. 154.*] *P* *Colum. 5, 11, f., 7, 5, et 12, et praef. l. 10.* et *11, 3, f.* sumit exordium non pro initio sermonis, sed pro integro tractatu, seu libro. *Primi* loci verba sunt: Ne longiore exordio legentem fatigemus. *Secundi:* Quamquam pars haec exordii paene tota jam exhausta sit, cum de medicina majoris pecoris disputarem. *Tertii:* Ut exordio priore sum pollicitus. *Quarti:* Isque, sicut institueram, prosa oratione prioribus subnecteretur exordiis. *Quinti:* Quamvis villicum eruditum omni opere rustico esse oportere, prima parte hujus exordii censuerim. *Adde 4, 1.*

[\*EXORICA. Incerta lectio et significatio apud *Veg. Mul. 3, 6, 7.* Caput ejus purgabis exorica, ubi *Gen. conjecit conyza.*]

EXORIENS, entis, part. ab *exorior*, qui exoritur, ut Sol exoriens, *Virg. G. 1, 438.* Annis exoriens, *Lucr. 6, 723.* Annus exoriens. *Tibull. 3, 1, 2.* *P* Absolute. *Colum. Arbor. 3.* Plantaria facito ab exoriente. *Albin. 2, 56.* ad extremos exorientis equos, *h. e.* solis. *Sic Prop. 3, 3, 49.* Qua venit exoriens, qua deficit.

EXORIOR, eris, ortus sum, dep. 4. *ἀναπαύομαι, ἀνατέλλω*, idem quod orior, nascor, existo, erumpo. *Cic. Div. 2, 44.* Post solstitium Canicula exoritur. *Id. Agr. 2, 33.* Non ante exstingui atque opprimi posset, quam plane exortum ac natum esset. *Lucr. 2, 506.* Namque aliis aliud praestantius exoreretur. (*Adde 1, 180.* et *V. ORIOR.*) *Pl. Amph. 5, 1, 40.* Exorti utero dolores. *Virg. A. 12, 583.* Exoritur trepidus inter discordia civis. *Et ib. 4, 625.* Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor, Qui etc. *Ter. Hecyr. 2, 1, 16.* Tu sola exorere, quae perturbes haec tua impudentia. (Ubi *Donat.* Verbum hoc impudentiam notat. *Cicero (Deiot. 1, extr.)* Exortus est servus, qui quem in eculo appellare non posset, eum accuset solutus.) *Cic. Agr. 3, 3.* Repentinus Sulla nobis exoritur. *Id. Off. 3, 9.* de Gyge. Sic repente anuli beneficio rex exortus est Lydiae, *h. e.* evasit, factus est, exstitit. [*\*Exoriri ex aliquo loco. Liv. 31, 40, 7.* Tot bella repente aliis ex locis exorta sunt, ubi vide *Drak.*] *Ter. Hec. 4, 4, 10.* A Myrrha haec sunt exorta omnia, *h. e.* profectura sunt. *Cic. Fam. 1, 5.* Subito exorta est nefaria Catonis promulgatio. *Id. Fin. 5, 23.* Honestum, quod ex virtutibus exoritur. *Liv. 6, 21, f.* De Praenestorum defectione fama exorta est. *Cic. Off. 3, 12.* Exoritur Antipatri ratio ex altera parte. [*\*Institut. 4, 18, 8.* Lex Julia adversus eos exoritur, qui vim commiserint, i. e. exurgit, prodita est.] *Caes. B. C. 2, 12.* Nullam exoriri moram posse, quominus diriperentur. *Cic. Att. 7, 26.* Ego nunc paulum exorior, et maxime quidem iis litteris, etc. *h. e.* respiro, recreor, moestitia levor.

EXORMISTON, i, n. *ἑξορκιστόν*, inter pisces regium genus, compar muraenis corpore, colore distans, naribus setosis, saporis jucundi, qui cum spumis fluctuantibus inter aeris confinia coepert enatare, nescit ad cubilia redire, quae deserit, ferturque super undas velut corpus exanime. Haec et alia *Cassiod. Variar. 12, 14.* de muraenis flutis, quae in Siculo damtaxat freto occurrunt, quaeque ita appellantur ab *ἑξορκίζω*, navem e portu in altum ducit, quia ex profundo maris erumpentes ad ejus superficiem prae pinguedine fluitant, et solis calore torrefactae curvare amplius fibras nequeunt, ut demergantur. *V. FLUTA.*

EXORNATIO, onis, f. *κόσμησις*, exornandi actus, ornamentum. *Cic. fragm. Oeconom. ap. Colum. 12, 3.* Quae ad lavationem, quae ad exornationem, quae ad mensam quotidianam, atque epulationem pertinerent. *P* Speciatim de oratione dicitur. *Auct. ad Her. 4, 13.* Haec in verborum et sententiarum exornationem dividitur. *Cic. Inv. 2, 3, extr.* Exponere aliquid simpliciter sine ulla exornatione. *P* Ipsa quoque schemata, quibus exornatio oratio, *exornationes* dicuntur. *Auct. ad Her. 4, 8, 14, 16, 22, 23, 24, 29.* et alibi saepe. *P* Etiam demonstrativum genus hoc nomine appellatur. *Cic. Part. 3, extr.* Tria sunt genera, judicii, deliberationis, exornationis, quae quia in laudationes maxime confertur, proprium habet jam ex eo nomen. *P* Denique *exornatio* pars est argumentationis rhetoricae. *Auct. ad Her. 2, 18.* Absolutissima argumentatio est ea, quae in quinque partes est distributa, propositionem, rationem, rationis confirmationem, exornationem, complexionem. *Et mox.* Exornatio est, qua utimur rei honestandae et collocupletandae causa, confirmata argumentatione. *Deinde ib. 19.* hujus rei exemplum proponit. [*\*Plura vide ap. Ernest. Lex. techn. lat. rhet. p. 154.*]

EXORNATOR, oris, m. *κόσμητής*, qui exornat. *Cic. Or. 2, 12, extr.* Ceteri non exornatores rerum, sed tantummodo narratores fuerunt.

EXORNATUS, a, um, part. ab *exorno*, *ἐπιχοσμημένος*, valde ornatus. *Ter. Eun. 4, 4, 16.* Ex-

ornatus varia veste. *Auct. ad Her. 4, 47.* Exornatissima cithara, auro et ebore distincta. *Cic. Verr. 2, 2, 34.* Domum ejus exornatam atque instructam iste reddiderat nudam atque inanem. *Id. Har. resp. 21.* Nisi eum mulieres exornatum ita deprehendissent. *Sall. Jug. 19.* Regio aedificiis exornata. *Plin. 7, 43, 44.* L. Fulvius eodem honore exornatus, *h. e.* consulatu. *P* *Jocose Ter. Heaut. 5, 1, 77.* Adeo exornatum dabo, adeo depeum, ut, dum vivat, meminerit mei, *h. e.* probe verberatum. [*\*h. e.* virgis ita in eum animadvertam. *Sic etiam simplex ornare, Ad. 1, 2, 22.* Omnino apud comicos tam Graecos quam Latinos plurima verba, quae ornandi significationem habent, comice ad verberationem traducuntur. *V. Koen. ad Greg. Cor. p. 275.*] *V. DEPEXUS.* Exornatam, et naufragam, *h. e.* ornatu privatam, dixit *Tertull. Cult. fem. 9.* gratiam decoris. [Alii tamen leg. *exarnatam. F.*] *P* *Comp. exornatio* ap. *Auct. eleg. a Burm.* editae in *Anthol. Lat. 1, 692, v. 25.* Ornatu nullo potest exornatio esse.

EXORNO, as, avi, atum, a. 1. *κομίζω*, idem quod orno, aut valde orno. *Cic. Fam. 7, 23.* Ea signa emere soleo, quae ad similitudinem gymnasiolorum exornant mihi in palaestra locum. *Pl. Stich. 5, 5, 3.* et *Most. 1, 3, 135.* Me vobis exornavi, mulier loquitur. *Id. Trin. 3, 3, 38.* Exornari in peregrinum modum. [*\*Cic. Tusc. 2, 14.* Quid exornamus philosophiam? *h. e.* cur eam laudamus?] *Cic. Tusc. 2, 5.* Philosophiam falsa gloria exornare. *Id. Or. 3, 38.* Illustrare atque exornare orationem. *Id. Verr. 2, 4, 27.* Exornare ample magnificentique triclinium. [*\*Cic. Tusc. 5, 4.* Pythagorus exornavit eam Graeciam, quae magna dicta est, praestantissimis artibus, i. e. condecoravit.] *Curt. 8, 13, f.* Veste regia exornare aliquem. *Prop. 4, 15, 19.* Exornare opus verbis. *Stat. Sil. 3, 1, 133.* aliquem donis. *P* Item instruo, apparo. *Sall. Jug. 9.* et *Curt. 8, 5.* Exornare convivium omni opulencia. *Sall. Jug. 95.* Pro rei copia satis providenter exornare. *Et 56.* exornare aciem. *Et Cat. 37.* milites armis. *Pl. Ps. 4, 7, 65.* Hominem exornavit, mulierem qui arcesse-ret. [*\*h. e.* subornavit. *Auct. ad Her. 4, 13.* Utrumne aliquid exornari oportuit, qui ista prohiberet.] *Id. Aul. 4, 10, 54.* Exornare nuptias. *Just. 5, 6.* classem maximam industria. *Phaedr. 4, 21,* veste, nummis, familia aliquid. *P* [Part. *Exornaturus* ap. *Just. 7, 3.* Mulieres cultus exornaturus. *F.*] *P* [*\*Confunditur Exornare et Et ornare. Drak. ad Liv. 31, 26, 11.*]

EXORO, as, avi, atum, a. 1. *ἑξαιτέω*, vehementer oro, obsecro. *Or. Pont. 4, 8, 21.* si quid agi sperabis posse precando, Quos colis, exora supplice voce Deos. *Pl. Stich. 1, 2, 22.* Exorando, haud adversando sumendam operam censeo. [*\*Attende ad gradationem in his Col. 5, 9.* Eum qui ariet olivetum, rogare fructum; qui stercoret exorare; qui caedat, cogere.] *P* Item orando impetrare, cum accus, rei. *Id. Trin. 2, 2, 44.* Res quaedam est, quam volo ego me abs te exorare. *Virg. A. 3, 369.* caesis de more juvenis, Exorat pacem Divum, *h. e.* litat. *Ter. Andr. 3, 4, 13.* Gnatam ut det oro, vixque id exoro. *P* Translate. *Or. Amor. 3, 11, 43.* Facta movent odium: facies exorat amorem. *P* Et cum altero accus. personae. *Pl. Bacch. 5, 2, 82.* Hanc veniam illis sine te exorem. *Id. Capt. 2, 1, 17.* Unum exorare vos sinite nos. *Stat. Sil. 2, 7, 121.* Unum, quaeso diem Deos silentium exores. *P* *Exorare aliquid* est orando inducere ad faciendum, quod petitur. *Cic. Or. 1, 29.* Nunc te exoremus necesse est, ut nobis explices etc. *Id. Rosc. Com. 16.* Quem ego, ut mentiar, inducere possum, ut pejeret, exorare facile potero. *Hirt. ad Cic. post. ep. 6, l. 15.* ad Att. Brutus et Cassius utinam, quam facile a te de me impetrare possunt, ita per te exorentur, ne quod callidius ineam consilium. *Cic. ad Quirit. 9.* Benerit quin colas, exorari fas non est. *Id. Mur. 29.* Viri non esse neque exorari, neque placari. *Ter. Heaut. 5, 5, 5.* Da veniam, Chreme: sine, te exoret. *Id. Andr. 1, 1, 140.* Restat Chremes, qui mihi exorandus est: et spero confore. *Pl. Poen. 1, 2, 167.* Amabo te, mea voluptas, sine, te exorari. *P* Ponitur et universim pro placare, reconciliare. *Or. Trist. 2, 22.* Exorat magnos carmina saepe Deos, *Et ib. 3, 13, 23.* tura nihil exorantia Divos. *Val. Fl. 1, 155.* Exoret Pelias nostris cum matribus undas. *Plin. ep. 2, 5.* Si quis exstiterit, qui putet, nos lautius fecisse, quam orationis severitas exigit, hujus, ut ita dixerim, tristitiam reliquae partes actionis exorare debent. *Suet. Tib. 11.* Officii duxit, exorare filiae patrem frequentibus litteris, *h. e.* exorare patrem pro filia. Hic filiae est casus datus. *Justin. 9, 7.* Aliquem a filii caede aegre precibus exorare, *h. e.* deterrere, pervincere, ne filium occidat. [Alii leg. *reoccare. F.*] *P* *Exorare causas*, orare, agere. *Pomp. Dig. 1, 2, 2, post med.* Turpe esse causas exoranti jus, in quo versaretur, ignorare. *P* [Part. *Exoraturus* ap. *Claudian. Idyll. 6, 87.* Parcarumque colos exorata severas. *F.*]

EXORS. V. EXSORS.



EXORSUS, a, um, part. ab *exordior*. Cic. *Coel.* 15. Quid clamore exorsa, verbis parvam rem magnam facis? P Passive. *Pl. Bacch.* 2, 3, 116. Exorsa haec tela non male omnino mihi est. Adde *Visell. ap. Prisc.* 8, 793. P *Exorsa, orum* absolute, sunt exordia, initia rerum, aut dicendi. *Virg. G.* 2, 45. non hic te carmine ficto, atque per ambages, et longa exorsa tenebo. *Id. A.* 10, 11. sua cuique exorsa laborem, Fortunamque ferent. EXORSUS, us, m. idem ac exordium. *Cic. Manil.* 4. extr. Quoniam is est exorsus orationis meae. EXORTIVUS, a, um, adj. qui ad ortum spectat. *Plin.* 7, 49, 50. Quemquam nonaginta partium exortivam mensuram transgredi. P Ponitur et pro orientali. *Id.* 18, 34, 77. A parte exortiva solstitiali habebit exortum. *Id.* 37, 2, 11. n. 1. A Septentrione in exortivum Oceanum. P Absolute. *Id.* 6, 34, 39. Narbonensis Galliae exortiva. EXORTUS, a, um, part. ab *exorior*, ut *Exorta pestis* *Plin.* 10, 50, 71. Jubare exorto, *Virg. A.* 4, 130. Arbusta exorta e terra. *Lucret.* 1, 187. EXORTUS, us, m. *ἀνατολή*, actus exoriendi, *Varr. R. R.* 1, 12. Quae villa posita est ad exortus aequinoctiales, aptissima. *Auct. ad Her.* 3, 22. Solis exortus, cursus, occasus nemo admiratur. *Plin.* 12, 11, 23. Aperire florem incipit solis exortu. *Id.* 2, 15, 12. Stellae faciunt, aut edunt exortus matutinos, aut vespertinos. *Id.* 7, 2, 2. Exortus aquilonis. *Id.* 31, 6, 31. Aqua subit altitudinem exortus sui. EXOS, exossis, comm. gen. *ἀρόστος*, sine osse. *Lucret.* 3, 721. unde animantum copia tanta Exos, et exanguis tumidos perfluctuat artus? EXOSCOLATIO, onis, f. *κατασκόλιος*. *Plin.* 10, 34, 52. de columbis. Mox in satisfactione exoscolatio. EXOSCOLATUS, a, um, part. activae significationis, ab *exoscolor*. [\**Plin. Epp.* 5, 17, 4. Multum ac diu exoscolatus adolescentem.] *Petr. Sat.* 91. Exoscolatus pectus sapientia plenum. *Gell.* 2, 26. f. Tum Favorinus scientiam rerum uberem, verborumque ejus elegantiam exoscolatus, absque te, inquit etc., h. e. blande approbans, et admirans. P Passive, *Appul. Met.* 11. p. 265, 24. Exoscolatus vestigiis Deae. Et *ib.* 4. p. 154, 8. Manu ejus exoscolata. Adde *Ammian.* 22, 7. EXOSCOLOR, aris, dep. l. *κατασκόλιος*, arcte et amanter osculor. *Suet. Vitell.* 7. Quosque militum obvios exoscolans. *Id. Cal.* 33. Quoties uxoris collum exoscolaretur. *Id. Oth.* 12. Cum fletu manus jacentis exoscolati. *Tac. H.* 2, 49. Vulnus, manusque Othonis exoscolantes. Adde *ib.* 1, 45. EXOSSATIM, adv. sine ossibus. V. vocem sequent. EXOSSATUS, a, um, part. ab *exosso*, ossibus privatus, *ἐξοσσιμένος*. *Pl. Amph.* 1, 1, 162. Exossatum os esse oportet, quem probe percusseris. *Id. Aul.* 2, 9, 2. Muraenam exdorsua, atque omnia exossata fac sient. *Lucret.* 4, 1265. Atque exossato ciet omni pectore fluctus, h. e. pectore ita inflexo, et incurvato, ut sine ossibus esse videatur. Alii leg. *exossatim*, quod eundem facit sensum. P *Exossatus ager* est probe cultus, et lapidibus purgatus, qui sunt velut ossa terrae, ut ap. *Op. Met.* 1, 393. legitur. *Pers.* 6, 51. Non adeo, inquis, Exossatus ager juxta est. Alii aliter interpr. EXOSSO, as, a. l. *ἐξοσσιέω*, ossa detraho: ab *exos*. *Ter. Ad.* 3, 4, 14. Congrum istum in aqua sinito ludere; ubi ego venero, exossabitur. *Pl. Amph.* 1, 1, 163. Hic me quasi muraenam exossare cogitat. [\**In Indice Script. R. R. Gesneri* laudatur *Colum.* 12, 53, 1. Exossare carnem suis. Sed locum reperire non potui.] EXOSSUS, a, um, et Exossis, e, adj. exos. *Appul. Apol.* Lepus marinus, cum sit cetera exossis, duodecim ossa in ventre habet. *Id. ib.* In juventute saltandis fabulis exossis plane et enervis, h. e. corpore adeo flexibili, ut sine ossibus esse videatur. *Id. Met.* 1. p. 104, 3. Puer flexibus tortuosis enervem et exossam saltationem explicat. Al. leg. *exossem*. *Plaut. cod.* sensu dixit *Mil.* 3, 1, 73. Ad saltandum non cinaedus malacis aequae est, atque ego. EXOSTRÀ, ae, f. *ἐξοστρά*, est pons, qui de turri lignea in murum obsessae urbis repente protruditur, et protenditur, uti docet *Veg. Mil.* 4, 21., quem aliis verbis describit *ib.* 17.: est autem ab *ἐξοστρώ*, extrudo, expello. P Item machina lignea in theatro, qua quae intus geruntur et fiunt, versatione rotarum spectatoribus ostenduntur. *Cic. Prov. cons.* 6. extr. Quibuscum jam in exostra helluatur: antea post siparium solebat, h. e. qui ante clanculum, velut cum histrionibus in scena post siparium, solitus erat helluari, id jam propalam facit. Haec *Turneb. l. 20. adversar. c. 9.* Alii apud *Cic. leg. orchestra*, alii *exedra*. Dicitur autem fuisse sedes publicis elata, et strata longioris, super quibus sella. Ita enim describit *Pollux.* 4, 19. n. 128. τὸ ἐγκύκλιον, quod idem ac *ἐξοστρά* fuisse affirmat. EXOSUS, a, um, part. ab inusit. *exodi*, qui odio habet. *Virg. A.* 5, 687. si nondum exosus ad unum Trojanos. Adde *ib.* 12, 517. [\**Flor.* 4, 11, Tom. II.

l. Exosus arma. Adde *Drak. ad Liv.* 3, 34, 8.] P Aliquando passive sumitur. *Gell.* 2, 18. Non omnes omnimodis Diis exosos esse. [\*ubi *Gron.* hanc structuram sollicitat. Sed non satis caute. Antiquiores quidem *Exosus* non usurpant passiva significatione, unde *Serv. ad Virg. A.* 6, 435. Perosus et Exosus de eo tantum, qui odit, dicitur. Sed recentiores hoc usu non abstinuerunt. *Entr.* 7, 23. Ob scelera universis exosus esse coepit.] EXOTERICUS, a, um, adj. *ἐξωτερικός*, extra positus, communis, vulgaris. *Varr. L. L.* 6, 5. f. et *Gell.* 20, 5. V. ACROATICUS. EXOTICUS, a, um, adj. *ἐξωτικός*, peregrinus, adventicius: ab *ἐξω*, extra. *Pl. Most.* 1, 1, 41. Non omnes possunt olere unguenta exotica. *Id. Men.* 2, 1, 11. magnam Graeciam *exoticam* vocat, quod Graeci ipsi *ἐξωτικός* et barbaros vocabant Graecos Italos, tanquam a se divisos, et aliis moribus utentes. *Gell.* 13, 5. Exoticum vinum. *Appul. Met.* 1. in. Exoticus sermo. Et *ib.* 10. p. 246, 28. Pisces exotico jure perfunsi. [\**Adde Appul. Apol.* p. 278, 4. Neque exotico pulvere dentes emaculet.] P Apud *Pl. Ep.* 2, 2, 48. *exoticum* est vestimentum genus peregrinum, et ab alterius gentis more inventum. EXPALLEO, es, ui, n. 2. *ἀπαλλέω*, pallidus sum, pallidus fio. *Op. Met.* 6, 602. totoque expalluit ore. *Plin.* ep. 1, 5. Expalluit notabiliter, quamvis palleat semper. *Auct. ad Her.* 2, 5. Expalluisse signum est conscientiae. *Pl. Curc.* 2, 3, 32. Viden ut expalluit? P Cum accus. *Hor. Ep.* 1, 3, 10. Pindarici fontis qui non expalluit haustus. [EXPALLESCO, is, n. 3. idem ac expalleo. *Not. Tir.* p. 115. Pallescit, expallescit. F.] EXPALLIATUS, a, um, part. ab inusit. *expallio*, pallio spoliatus. *Pl. Cas.* 5, 3, 6. Expalliatus sum, miser. EXPALLIDUS, a, um, adj. valde pallidus. *Tertull. Resurr. carn.* 57. Corpus frigidum et expallidum. *Suet. Cal.* 50. Statura fuit eminenti, expallido colore. Al. leg. *pallido*. \*EXPALMO, as, a. l. palma percussio. *Gloss. Gr. Lat.* *ἔπαλμο*, Expalmo. B. A. \*EXPALPATIO, onis, f. ap. *Tertull.* B. A. EXPALPO, as, avi, atum, a. l. valde palpo, blandior, blandiendo extorqueo. *Pl. Poen.* 1, 2, 144. Exora, blandire, expalpa. *Pomp. ap. Non.* 2, 277. Si quid expalpare possim ab illo. P Deponentis forma. *Pl. fragm. ap. Non. ib.* et 7, 74. Nunc servus argentum a patre expalpabitur. EXPALPONIDES nummorum dicitur a *Pl. Pers.* 4, 6, 22. qui blanditiis et fallaciis nummos ab aliquo extorquet. Quin *nummorum expalponides* joculariter conjunctis vocibus ibi dicitur. EXPANDITOR, oris, m. qui expandit. *Plin. Pan.* 30. de Nilo. Neque enim solum vagus ille et expanditor amnis intra usurpata semper collium substiterat, atque haeserat: id est, qui se extra alveum suum expandit et effundit. *Schwarzii* tamen et *Gierigii* legunt: *vagus ille, cum expanditur, amnis.* [\**Recte!*] EXPANDO, is, andi, assum et ansum, a. 3. *ἐκπάρνω*, extendo, explico, aperio. *Colum.* 12, 13. Hae herbae diligenter purgantur, et sub umbram expanduntur. Et 15. Ficus in sole expandere. *Plin.* 10, 38, 54. Grues expandunt alas. P Translate sumitur pro explicare, id est declarare. *Lucret.* 1, 126. Et rerum naturam expandere dietis. P [Partic. *Expandendus* ap. *Hieronym. ep.* 14. n. 10. Expandenda vela sunt ventis. F.] P [\**Confunduntur Expandere, Expendere, Extendere.* *Interpp.* ad *Op. Her.* 15, 159.] EXPANGO, is, a, 3. figo, constituo. *Plin.* 2, 26, 24. Ac sidera ad normam expangere. *Hard.* ex MSS. legit *expungere*. EXPANSIO, onis, f. actus expandendi. *Coel. Aurel. Tard.* 5, 11. Expansio corporis. EXPANSUS, a, um, partic. ab *expando*, idem ac *expassus*. *Plin.* 2, 103, 100. Supra fontem frigidum *expansae* vestes accenduntur. *Id.* 9, 33, 52. In obliquum, in rectum *expansa*. Et 31, 6, 37. *Expansa* vellera circa navim. P *Gell.* 15, 15. negat, veteres *expansus* dixisse, *expassus* affirmat. EXPAPILLATUS, a, um, part. ab inusit. *expapillo*. *Pl. Mil.* 4, 4, 44. Palliolum habeas ferrugineum: id connexum in humero laevo, expapillato brachio, h. e. usque ad papillam renudato, ut *Non.* 2, 266. exponit: vel brachio exserto: quod cum fit, papilla nudatur, ut *Fest.*, quod eodem recidit. Al. ap. *Plaut. leg. exhibulato*. Huc pertinet *Effafilatum* ap. eund. *Fest.* V. EXOMIS. [\**EXPARS* interdum scribitur pro *Expers*. V. *Drak. ad Liv.* 3, 57, 1. 38, 36, 8.] EXPARTAE pecudes sunt, quae jam pepererunt. *Gloss. Isid.* *Exparta*, partu vacua. *Varr. R. R.* 2, 5. Uti sunt haec pecudes aetate potius ad ferendos fructus integrae, quam jam *expartae*. Ita legit *Scalig.* Alii *expertae*. Etiam *parta* hoc sensu usurpatur. *Colum.* 7, 4. Et *parta* nutrici consociata minus labore in educatione fetus sui. EXPASSUS, a, um, part. ab *expando*. *Tac. H.* 5, 13. *Expassae* delubri fores. *Caecil. ap. Gell.*

15, 15. et *Non.* 4, 364. Flammeum *expassum*. *Gell.* ipse *ib.* Ab eo quod est *pando* veteres *passum* dixerunt, non *passum*, et cum praepositione *expassum*, non *expansum*. EXPATIOR. V. EXSPATIOR. EXPATARE, in locum patentem se dare sive in spatium se conferre. *Festus*. EXPATRICIUS, ii, m. qui patriciam dignitatem deposuit. *Imp. Zeno Cod.* 3, 24, 3. Quoties viro forte patricio, vel expatricio, vel ei, qui etc. V. PATRICIATUS. EXPATRO, as, avi, a. l. *Catull.* 29, 16. an haec sinistra liberalitas Parum expatrat? an parum helluatus est? h. e. libidinibus effudit, absumpsit? Habet enim et *patro* hunc similem obscenum sensum. Simile est etiam illud *ejusdam* poetae ap. *Suet. Caes.* 51. Aurum in Gallia effutuisti. EXPAVEFACIENS, entis, part. ab inusit. *expavefacio*, exterrens. *Sen. ep.* 85. f. Domitores ferarum saevissima animalia, ad occursum *expavefacientia* hominem, docent pati jugum. Alii minus recte leg. *exterrentia*, alii *expaventia*. [\**Vid. Gron.* ad h. l.] EXPAVEFACTUS, a, um, part. ab inusit. *expavefacio*, exterritus. *Hgg. fab.* 47. Mugitu tauri equi *expavefacti* Hippolytum distraxerunt. EXPAVEO, es, avi, n. 2. *ἐκπαύωμαι*, valde paveo, timeo. Vel absolute, vel cum accus. usurpatur. *Stat. praef. l. 3. Silvar.* Cum hanc audaciam stili nostri frequenter *expaveas*. P *Ejus* frequens usus est in praeteritis, et cum accusativo. *Liv.* 6, 34. Cum ad id, moris ejus insueta, *expavisset* minor Fabia. *Hor. Od.* 1, 37, 22. nec muliebriter *Expavit* ensem. [\**Flor.* 3, 4, 6. *Expavit* tenebras saltuum.] *Petr. Sat.* 26. Nec puella *expaverat* nuptiarum nomen. *Tac. H.* 2, 76. Nec speciem adulantis *expaveris*. *Stat. Th.* 11, 316. primam *expavit* famam. Et *ib.* 8, 637. subito cum pigra tumultu *Expavit* domus. *Sil.* 3, 464. acres *Expavit* moles Rhodanus. \*EXPAVESCENTIA, ae, f. pavor. *Vet. Interp. Irenaei* 1, 1. De *expavescentia* et *aporia* elementa facta esse. B. A. EXPAVESCO, is, n. 3. *ἐκπαύομαι*, valde pavesco. *Plin.* 23, 1, 24. Neque *expavescentibus* repente, nec spasticis, aut rursus torpentibus. *Id.* 10, 75, 97. Ad tumultum aliquem *expavescere*. *Id.* 21, 11, 36. Anseres a primo conspectu ejus *expavescent*. P Cum accus. est valde timere. *Suet. Aug.* 90. et *Tib.* 69. Tonitrua praeter modum *expavescebat*. *Sen. Oed.* 27. Cuncta *expavesco*, meque non credo mihi. *Plin.* 9, 8, 8. Delphinus hominem non *expavescit*. *Id.* 25, 2, 6. Miles a morsu canis incipiens aquas *expavescere*. *Quint.* 9, 4. *med.* Non tamen id, ut crimen ingens, *expavesendum* est. EXPAVIDUS, a, um, adj. valde pavidus. *Gell.* 1, 8. extr. *Expavidus*, ictusque pecuniae magnitudine. [EXPAUSATUS, a, um, part. ab inusit. *expauso*, delassatus. *Veg. Veter.* 5, 38. *Expausatum* jumentum, h. e. quod a labore requievit. F.] [\**Adde Veget. Vet.* 2, 10, 9.] EXPECTO, as, V. EXSPECTO. EXPECTO, is, a. 3. *Quint.* 1, 7. Ut *ex* praepositionem si verbum *specto* sequeretur, adjecta secundae syllabae s littera *expecto*; sed si *pecto*, remota s, *expecto* scriberemus. [\**Cf. Schneider. Elementar. der lat. Sprache* Tom. II. p. 555.] EXPECTORO, as, a. l. *ἀποσπέρω*, extra pectus ejicio. *Prisca* vox. *Cic. Tusc.* 4, 8. *ex Ennio*. Tum pavor mihi sapientiam omnem exanimato *expectorat*. [\**Qui* locus rectius sic editur: Tum pavor sapientiam omnem mi exanimato *expectorat*.] *Acc.* ap. *Non.* 1, 52. Eloquere propere, ac pavorem hunc meum *expectora*. Et *ib.* Desertum a fortuna, abjectum, afflictum ex animo *expectorant*. EXPECTULATI servi peculio exhausti. *Pl. Poen.* 4, 2, 21. EXPEDIO, is, ivi, et ii, itum, a. 4. *ἀπολύω*, solvo, libero, extrico, quasi pedem ligatum libero: cui contrarium est *impedio*. *Cic. Verr.* 2, 2, 42. Videte in quot se laqueos induerit, quorum ex nullo se unquam *expediret*. *Id. Att.* 5, 21. Tum hic nodus *expediatur*. *Hor. Od.* 1, 27, 23. Vix illigatum te trifurmi Pegasus *expediat* Chimaera. *Id. Od.* 3, 24, 8. Non mortis laqueis *expedies* caput. *Plin.* 32, 10, 46. Cancris menstruas purgationes *expediunt*. *Pl. Capt.* 2, 3, 95. *Expedivi* e servitute filium. [\**Nep. Att.* 25. L. Julium Calidum, in proscriptorum numerum relatum, *expedivit*.] *Ter. Ad.* 4, 4, 5. Quomodo me ex hac *expediam* turba tanta? *Op. Fast.* 4, 669. *Expedit* errantem nemori gratissima conjux. *Colum.* 2, 2. *Expedire* agrum saxosum lectione lapidum. *Caes. B. G.* 7, 86. *Expedire* aditum. *Liv.* 38, 2. f. Per invidias atque ignotas rupes iter fugae non *expediebant*. *Virg. A.* 2, 632. ducente Deo flammam inter et hostes *Expediōr*. [*Front. de eloq.* (ed. A. Maio) in. Capillus etsi non cotidie acu orrandus, tamen pectine cotidie *expediendus* est. F.] P *Expedire* discum, jaculum. *Hor. Od.* 1, 8, 12. saepe disco, saepe trans finem jaculo nobilis *expedi-*

to. P Translate. *Cic. Pis.* 30. Haererem, nisi tu me expedisses. *Id. Att.* 2, 25. Expedies nos omni molestia. *Et ib.* 3, 20. Expedire se ab omni occupatione. *Ter. Hec.* 5, 1, 29. se crimine. *Et 3, 1, 8.* aerumnis. *Id. Phorm.* 5, 4, 4, cura. *Id. Hec.* 3, 1, 17. Impeditum in ea expedivi animum meum. *Hor. Od.* 3, 4, 73. quas curae sagaces Expediunt per acuta pelli. *Val. Fl.* 7, 276. Pelopis duros prior Hippodamia labores Expediit. *Et 1, 217.* per quot discrimina rerum Expedior? *h. e.* evado. P Significat etiam rem alioqui difficilem conficere et absolvere. *Cic. Att.* 11, 18. Cum Antonio loquere, velim, et rem, ut poteris, expedias. *Id. Fam.* 3, 12. Itaque quemadmodum expediam exitum hujus institutae orationis, non reperio. *Id. Brut.* 42. Expedire et conficere res. *Id. Fam.* 13, 26. Explicare et expedire negotia. *Caes. B. G.* 7, 36. De obsessione non prius agendum constituit, quam rem frumentariam expedisset. *Cic. Att.* 10, 6. Nomina mea, per Deos, expedi, exsolve. [i. e. solve. Hinc elegans ille locus in Valerium Calonem, grammaticum, in quem, quum creditoribus satisfacere non posset, *Bibaculus*, teste *Suet. grammat.* 11, his versibus lusit: Mirati sumus unicum magistrum, Summum grammaticum, optimum poetam, Omnes solvere posse quaestiones, Unum difficile expedire nomen.] *Id. Mil.* 4. Si vita nostra in insidias, in vim, in tela latronum incidisset, omnis honesta ratio esset expediendae salutis. *Tac. A.* 6, 43. Illuvie obsitus et alimenta arcu expediens. *Id. ib.* 14, 55. Qui me non tantum praevia, sed etiam subita expedire docuisti. *Id. Hist.* 3, 73. Expedire consilia sua. *Pl. Capt. prol.* 40. fallaciam. P Pertinet saepe ad loquendum, et significat rem obscuram implicitamque tum evolvere dictis et explicare, tum paucis exponere. *Ter. Eun.* 4, 4, 26. agendum, hoc mihi expedi Primum: istam, quam habes, unde habes vestem? *Id. Phorm.* 2, 3, 52. Dilucide expedire. *Virg. G.* 4, 286. altius omnem Expediam prima repetens ab origine famam. *Id. A.* 3, 377. Pauca tibi e multis etc. expediam dictis. *Et ib.* 11, 314. quae sit dubiae sententia menti, Expediam, et paucis (animos adhibere) docebo. *Phaedr.* 3, 14. expedi, quid fecerim. [\**Sall. Jug.* 5. Priusquam hujuscemodi rei initium expedio.] *Tac. A.* 4, 1. Nunc originem, mores, et quo facinore dominationem raptum ierit, expediam. [\**Corne ad Sall. Jug.* 5.] *Id. H.* 4, 48. Ea de caede quam verissime expediam. *Ter. Phorm.* 1, 4, 20. Quid portas, obsecro? atque id, si potes, verbo expedi. [\**Alia exempla v. ap. Graev. ad Just.* 43, 1.] P Est praeterea depromere, educere, proferre, parare. *Cic. Ferr.* 2, 5, 62. Hominem nudari, et virgas expediri jubet. *Virg. A.* 1, 705. Cereremque canistris Expediunt. *Or. A. A.* 1, 422. Institor expediet merces suas. *Id. Her.* 17, 200. Expedire vela. *Val. Fl.* 2, 341. mediis famulae convivium tectis Expediunt. *Sisen. ap. Non.* 4, 165. Funes expediunt, claustra foribus imposita periclitantur. [\**Pall. Dec.* 6, 2. Laqueos ad aves capiendas expedire.] P Saepae hoc sensu ad rem militarem pertinet. *Caes. B. G.* 7, 18., *Virg. A.* 4, 592. et *Tac. A.* 2, 79. Arma primo expedire: dein mutua formidine, non ultra jurgium processum est. *Id. ib.* 13, 7. Expedire copias. *Liv.* 24, 26. ferrum. *Hirt. B. Al.* 25. classem, atque instruere. [\**Drak. ad Liv.* 9, 17, 15.] *Liv.* 38, 25. f. tela animosque equitibus jussis. *Val. Fl.* 8, 302. clypeos et tela trabalia dextris. *Cic. fragm. ap. Non.* 4, 165. pecuniam, h. e. conficere, colligere, et expendere. P Expedire aliquid est conari, tentare, moliri, ut res ad exitum perducat. *Val. Fl.* 4, 667. Advertere Dei, defixaque numina ponto, Quid scopulis praeculsa ratis, quid dura juvenus Expediat. P Expedire se, ad exitum perducere. *Id.* 8, 383. expediunt donec Junonia sese Consilia, atque aliquem bello ferat anxia finem. P Alio sensu expedire se, remotis impedimentis paratum se, promptumque praebere. *Liv.* 38, 21. Expedire se ad pugnam. [\**Drak. ad Liv.* 21, 46, 4.] *Tac. H.* 2, 99. Caecinam, et Valentem expediri ad bellum jubet. *Pl. Amph.* 1, 1, 152. Cingitur: certe expedit se. P Absolute. *Tac. H.* 1, 10. Nimiae voluptates, cum vacaret: quoties expedierat, magna virtutes, h. e. expedierat se ad bellum, in expeditionem ierat. *Id. ib.* 88. Multos consularium Otho, comitum specie, secum expedire jubet. P Expedi, impersonaliter, utile est, conducit, prodest. *Cic. Att.* 7, 22. Nihil minus Caesari expedit ad diuturnitatem dominationis. *Id. Marc.* 10. Multi dubitabant, quid sibi expedit. *Id. Off.* 3, 19. Facere quod utile sit, quod expedit: utile sit, emolumentum, lucrum; expedit, facilitatem, et prosperitatem significat. *Id. Phil.* 13, 8. Omnibus bonis expedit salvam esse rempublicam. *Ter. Heaut.* 2, 4, 8. Expedit bonas esse vobis. *Cic. Q. Fr.* 2, 2. extr. Tu, si ita expedit, velim quamprimum conscendas. *Just.* 41, 3. extr. Fides promissis nulla, nisi quatenus expedit. *Id.* 34, 1. Expedire omnibus dicunt, ut singulae civitates suas leges habeant. *Justin. Inst.* 1. t. 8. Expedit reipublicae, ne sua re quis male utatur. *Pl. Trin.* 2, 1, 10. Amoris artes eloquar, quemadmodum expedit.

*Id. Amph.* 1, 3, 23. Nequiter paene expedit primo parasitatio, h. e. paene nocuit. Al. leg. expedit. P Expedio pro expediam antiquum est. *Pl. Truc.* 1, 2, 36., item *Pacur., Acc., Enn. ap. Non.* 7, 78. et 10, 5. P [\**Confunduntur Expediens et Experiens. Drak. ad Liv.* 29, 35, 12. Expedire et Experiiri. *Burm. ad Or. Ep. ex Pont.* 3, 7, 12. *Interpp. ad Or. Rem. Am.* 440.]

EXPEDITĒ, adv. ἄδολος, ἀποζελῶος, facile, plane, celeriter, sine difficultate. *Cic. Fin.* 5, 12. extr. Res celeriter expediteque percipere. *Id. Brut.* 67. Expedite explicans quod proposuerat. *Id. Fam.* 6, 20. Ex quo te, quocumque opus erit, facillime et expeditissime confers. *Id. Inv.* 2, 23. Non implice et abscondite, sed patentius et expeditius. *Id. Att.* 6, 8. Expeditus navigare. *Colum. Arbor.* 11. Putatio expeditus fit. *Suet. Aug.* 89. Expedite loqui. *Pl. Men.* 1, 2, 63. Expedite fabulatus est.

EXPEDITIO, onis, f. actus expediendi, absolventi, perficendi, confectio. *Auct. ad Her.* 4, 54. s. f. Habet paucis comprehensa brevitatis multarum rerum expeditionem. P Item exornatio rhetorica, cum rationibus compluribus enumeratis, quibus aliqua res aut fieri, aut non fieri potuerit, ceterae tolluntur, una relinquunt, quam nos intendimus. *Id. ib.* 29. Saepae est apparatus ad rem bellicam, iter militare ad bellum, ipsaque belli exercitatio, *σπαστα. Cic. Div.* 1, 33. Educere exercitum in expeditionem. *Suet. Claud.* 17. Suscipere expeditionem. *Sen. ep.* 96. f. Expeditiones periculosissimas obire. *Caes. B. G.* 5, 10. Tripartito milites equitesque in expeditionem misit. *Hirt. B. G.* 8, 34. Nonnunquam expeditionibus noturnis castella nostrorum adoriuntur. *Curt.* 7, 9. med. Haec expeditio deficientem Asiam domuit. *Plin.* 12, 6, 12. Plurima est in Sydracis, expeditionum Alexandri terminus. *Id.* 7, 2, 2. med. Expeditionem eam tenuis mensibus confici. *Suet. Aug.* 29. Cum expeditione Cantabrica lecticam ejus fulgur praestrinxisset. P Translate. *Plin.* 11, 8, 8. Apes noctu deprehensae in expeditione, excubant supinae.

EXPEDITIONĀLIS, e, adj. ad militarem expeditionem pertinens. *Spartian. Nigr.* 10. Jussit omne argentum submoveri de usu expeditionali. *Amian.* 31, 16. Ad sortem expeditionalium rerum habilis.

EXPEDITUS, a, um, part. ab *expedio*, ἀδολυτος, solutus, liberatus, non impeditus. *Cic. Quint.* 6. Cum ceteris quae habebat vadimonia, differt, ut expeditus in Galliam proficisci posset. *Id. Fam.* 14, 19. Sed me multa impedierunt, quae ne nunc quidem expedita sunt. *Id. Acad.* 4, 33. Expedita res, soluta, libera, nulla re implicata. *Hor. Od.* 1, 22, 11. Expeditus curis. [\**In re pecuniaria est non impeditus ideoque certus. Cic. ad Att.* 13, 29. Expeditum nomen, ad *Fam.* 1, 3. Expedita negotia, ad *Att.* 11, 1. Fidem expeditam relinquere. Quo loco opponuntur domesticae res impeditae.] P Item promptus, paratus. *Cic. Mil.* 10. Obviam fit ei Clodius expeditus in equo. *Id. Phil.* 11, 10. f. Expedito nobis homine, et parato opus est. *Id. Brut.* 8. f. T. Junius facilis et expeditus ad dicendum. *Id. Agr.* 2, 30. Expeditus ad caedem. *Id. Or.* 2, 30. ad pronuntiandum. [\**Cic. ad Fam.* 11, 24. Pecunia expeditissima quae erat, tibi decreta est: de pecunia praesenti, parata.] P Item facilis. *Id. Amic.* 4. Reditum in coelum patere optimo et justissimo cuique expeditissimum. *Id. Brut.* 63. Expedita, et perfacile currens oratio. *Et 61.* Expedita ac profluens dicendi celeritas. *Id. ib.* 76. Inops ad ornandum, sed ad inveniendum expedita Hermagorae disciplina. *Id. Q. Fr.* 2, 5. f. Parva sunt, quae desunt, et ea sunt ad explicandum expeditissima. *Et Flacc.* 41. extr. Cum illam viam sibi videant expeditiorem ad honores. [\**Col. R. R.* 11, 1, 9. Expedita discenibus.] *Id. Fam.* 10, 25. Rationes expeditas habere. *Plin. ep.* 3, 12. Veniam ad coenam: sed jam nunc paciscor: sit expedita, sit parca, h. e. paratu facilis, et parvi sumptus. *Plin. alter* 13, 1, 2. Expeditissimum unguentorum. P In re militari expeditus dicitur, qui minus habet impedimenti ad iter, ad pugnam, ut levis armaturae miles, aut sine viatico, solis armis instructus, aut sine impedimentis et sarcinis. *Sisen. ap. Non.* 1, 285. Inermos armati, impeditos expediti interficiunt. *Cic. Att.* 8, 9. extr. Pompejus expeditus praecesserat legiones Luceria. *Liv.* 38, 4. f. Cum mille expeditis Ambraciam profectus. [\**Drak. ad Liv.* 22, 16, 2.] P Cum genitivo. *Id.* 30, 9. Cum omni equitatu expeditisque militum. Al. leg. expeditissimisque. [\**Drak. ad Liv.* 37, 18, 8.] P In expedito esse, in promptu esse, et ad manum. *Senec. ep.* 94. med. Quaedam sunt quidem in animo, sed parum prompta: quae incipiunt in expedito esse, cum dicta sunt. *Quint.* 10, 7. med. Prompta res et in expedito posita. *Adde Plin.* 4, 23, 37.

EXPELLO, is, puli, pulsum, a. 3. ἐκβάλλω, extra pello, ejicio, exturbo. *Cic. Pis.* 7. Me domo mea expulisti, Pompejum domum suam compul-

*EXPLANATUS*, a, um, part. ab *explano*, explicatus, expansus. *Plin. 16, 8, 13.* Suberi cortex praecrassus, ac renascens, atque etiam in denos pedes undique explanatus. P Translate. *Cic. Acad. 1, 5.* In pedibus celeritatem, vim in manibus, claritatem in voce, in lingua etiam explanatam vocum impressionem.

*EXPLANO*, as, avi, atum, a. I. *ὁμαλίζω, κατελευθώω*, planum facio. Translate est explicare, illustrare, exponere. *Cic. Off. 1, 27.* Qualis differentia sit honesti et decori, facilius intelligi, quam explanari potest. *Id. Fin. 2, 19.* Explanare aliquid, apertiusque dicere. *Id. Brut. 41.* Rem explanare interpretando. *Id. Or. 2, 19.* et *Off. 1, 28.* extr. Docere et explanare. *Id. Or. 2, 69.* Conjectura explanare aliquid. [\**Ulp. in Dig. 28, 1, 21, 1.* Quod vero quis obscurus in testamento vel nuncupat vel scribit, an post solennia explanare possit, quaeritur, i. e. accuratius significare, declarare.] *Ter. Ph. 2, 3, 33.* Quem amicum tuum ais fuisse istum, explana mihi. *Sall. Cat. 4, extr.* De ejus hominis moribus pauca prius explananda sunt, quam initium narrandi faciam. *Plin. 6, 23, 26.* Juxta quod flumen, aut ubi fuerit, non satis explanatur. *Plin. alter Pan. 64.* Expressit explanavitque verba, quibus caput suum Deorum irae consecraret. P [Part. *Explanaturus* ap. *Cels. 7, 17, f.* Eam partem explanaturus. *F.*]

*EXPLANTO*, as, a. I. *ἀπορρίζω*, plantas vello. *Colum. 4, 14.* Ne ventis explantentur. *Id. ib. 27.* extr. Quidquid inter brachia viret, explantare. [\**Quam plurimos alios locos vid. ap. Schneid. P Colum. R. 5, 9, 8.* Antequam explantes arbusculam, i. e. antequam in alium locum transferas. Sed in hunc sensum vox nusquam alibi adhibetur. Quamobrem lectio videtur corrupta. V. *Schneid.*]

*EXPLAUDO*, is, si, sum, a. 3. idem quod explodo, plaudendo ejicio. *Lucr. 4, 711.* Quin etiam gallum noctem explaudentibus alis Auroram clara consuetum voce vocare. *Explaudere noctem* est quod dixit *Val. Fl. 8, 82.* excutere somnos. *Auson. VII. Sapient. de Thaele, f.* Pars plaudite ergo, pars offensi explaudite.

Tom. II.

*EXPLEBILIS*, e, adj. qui expleri potest. *Cic. Tusc. 4, 9.* Indigentia libido explebilis. Plerique al. leg. *inexplebilis.*

*EXPLEMENTUM*, i, n. idem ac expletio. *Senec. ep. 110. a med.* Si scieris, cacumina arborum explementum esse ventris. *Pl. Stich. 1, 3, 19.* Inanimentis explementum quaerito, *h. e.* inanem ventrem explere appeto. *Senec. Suasor. 2, ad f.* Messala ajebat, hic Virgilium debuisse desinere: quod sequitur, Et in decimum etc., explementum esse.

## EXPLENDESCO. V. EXSPLENDESCO.

*EXPLENUNT*, explent. *Festus.*

*EXPLEO*, es, evi, etum, a. 2. *ἐκπληρώω*, omnino impleo, compleo: a Graeco *πλέος*, plenus. *Caes. B. G. 7, 79.* Fossam aggere explent. [\**Et simpliciter fossam explere, sc. terra ingesta. Alfen. in Dig. 39, 3, 24, 2.*] *Pl. Curc. a. 3, v. 40.* Dum scribo, explevi totas ceras quatuor. *Cic. Univ. 3.* Deus bonis omnibus explevit mundum. *Id. Or. 69.* Neque inferciens verba, quasi rimas expleat. *Id. Fin. 2, 13.* Explere aliquid cumulate. *Plin. 35, 6, 21.* Eretria terra explet vulnera. Et 36, 21, 42. Explere cicatrices. Et 34, 18, 55. alopecias. *Id. 18, 27, 67, n. 2.* Cum pampini quatuor digitos longitudine expleverint. *Caes. B. C. 3, 4.* Explere numerum militum. *Plin. 14, 8, 10.* mensuram. P Pro saturare. *Pl. Curc. a. 3, v. 16.* et *Cels. 1, 2, f.* Explere se. *Virg. G. 3, 429.* anguis piscibus atram improbus ingluviem, ranisque loquacibus explet. *Phaedr. 4, 17.* Explere famem. *Cic. Senect. 8.* diurnam sitim. *Lucr. 4, 874.* Sic expletur jejuna cupido. P Plus est tamen satiari, quam explere. *Cic. fr. ap. Non. 5, 13.* Libidines infinita quaedam cogunt atque imperant, quae quia nec expleri, nec satiari ullo modo possunt, ad omne facinus impellunt. *Lucr. 3, 117.* animi ingrati naturam pascere semper, Atque explere bonis rebus, satiarique nunquam. P Est etiam complate, conficere. *Plin. 7, 48, 49.* Quosdam in Aetolia ducentos annos explere. [\**Hinc explere tempus, ante expletum tempus, ad explendum tempus. Exempla vid. ap. Brisson de verb. sign. Virg. A. 12, 763.* Quinque orbes explent cursu, totidemque retexunt. *Tibull. 1, 4, 63.* Et tercentenas erroribus expleat urbes, *h. e.* percurat. Et *ib. 3, 53.* fatales explevimus annos. *Tuc. A. 6, 50.* Interclusa anima, creditus est mortalitatem explevisse. *Stat. Th. 9, 753.* alio geminatum lumine vulnus Explevit tenebras. *Vell. 2, 110.* Nationum quae rebellaverant, omnis numerus amplius octingenta millia explebat. Et 23. Plurimum laborem explere, *h. e.* perferre, et conficere. P Non explere tribum, centuriam dicuntur candidati, cum eum non ferunt obtinentque suffragiorum numerum, qui ad honorem obtinendum necessarius est. *Liv. 3, 64.* et 37, 47. [\**V. Drak. ad hos loc.*] Sic explere damnationem ap. *Cic. Caec. 10.* est eum numerum judicum conficere, qui ad condemnandum sint satis. P Significat etiam supplere. *Plin. 31, 2, 14.* Fons explens olei vicem. *Vell. 2, 129.* Senatorum censum libenter explevit. Et *Cic. Brut. 42.* Habet, quod uterque eorum habuit: et explevit, quod utriusque defuit. P Alios praeterea translate usus habet. *Ter. Andr. 2, 2, 2.* Explere animum gaudii. *Cic. Or. 13.* Dilatare verbis, et mollioribus numeris explere sententias. [\**Adde Cic. Or. 79.*] *Id. Fam. 2, 1.* Non enim vereor, ne non scribendo te explam. [\**i. e.* ne non tibi satisfaciam. Huc ego referam. *Ter. Heaut. 1, 1, 77.* quem loc. infra posuit *Forc.*] Et *Part. 27.* Explere cupiditates, satiari odium. *Liv. 4, 32, extr.* Factis dictisque explere odium. Et 1, 9, extr. desiderium. Et 31, 24, se caede diu optata. *Or. Trist. 4, 3, 38.* Expletur lacrimis, egeriturque dolor. *Cic. Rosc. Am. 52.* Avaritiam pecunia explere. *Just. 9, 2.* Nullas tibi opes esse, quibus tantum regem expleat. Et 22, 8. Carthaginem captam spem omnium expleturam. *Virg. A. 1, 713.* Expleri mentem nequit, ardescitque tuendo. Et *ib. 8, 265.* nequeunt expleri corda tuendo. *Cajus Dig. 17, 1, 27.* Explere mandatum. Et *Cic. Fam. 16, 25.* officium. Et *Prov. cons. 14.* susceptum munus. Et *Or. 1, 47.* Omnem expectationem desiderii nostri expleris, pro expleveris. *Brut. ad Cic. ad Brut. 1, 16, med.* Explere alicujus meritum, *h. e.* digne remunerari. *Paul. Dig. 40, 7, 4.* conditionem. [\**i. e.* implere. *Julian. Dig. 35, 1, 25.* Non intelligitur explere conditio.] *Liv. 3, 68.* dama, i. e. reficere. Et 30, 5. Quantum nox providentiae adimat, tantum diligentia explere. *Justin. 5, 4.* Explet contumelias honoribus, detrimenta muneribus, execrationes precibus. [\**Burm. ad Ov. Rem. Am. 129.*] *Ter. Heaut. 1, 1, 67.* Tot mea solius solliciti sunt causa, ut me unum explent. [\**dass sie mich zufrieden stellen.*] *Id. Andr. 1, 2, 17.* Dum tempus ad eam tulit, sivi, animum ut expleret suum, [\**i. e.* ut amori suo obsequeretur. Cf. *Ruhnck. ad h. l.*] *Id. Hec. 5, 1, 29.* et 2, 19. Explere alicui animum. *Sic Cic. Dom. 17.* Explavi animos invidorum, placavi odia improborum, saturavi perfidiam proditorum. [\**Nazar. Pan. Constantin. 32.* Pari studio missum ejus-

dem tyranni ad permulcendam Africam caput, ut, quam maxime vivus affligerat, laceratus expleret, i. e. recrearet, reficeret. De qua significatione, rariore quidem, sed eleganti vid. *Ruhnck. ad Vell. Pat. 2, 56.*] P Contrario sensu pro deplere, exhaurire, vacuare. *Enn. ap. Serv. ad A. 6, 545.* Navibus explebant sese, terrasque replebant. *Serv. et Non. 4, 169.* huc trahunt et illud *Virg. ib.* Discedam, explebo numerum, reddarque tenebris, *h. e.* minuat discedendo. *Don.* (si salva ibi lectio) illud *Ter. Hec. 5, 1, 29.* Exple animum iis, *h. e.* curis exonera. Alii et illud *Hor. Od. 2, 7, 21.* Oblivioso levia Massico Ciboria exple. Sed excepto *Ennii* loco, in ceteris possumus aliter interpretari. P Explerier parageo pro expleri est ap. *Lucr. 6, 20.*

*EXPLETIO*, onis, f. *ἐκπλήρωσις*, impletio, satisfactio. *Cic. Fin. 5, 14.* In eaque expletione naturae summi boni finem consistere.

*EXPLETIVUS*, a, um, adj. ad explendum pertinens, *ἀντικληρωματικός.* Expletivae conjunctiones dicuntur a grammaticis quidem, equidem, quoque, autem, et hujusmodi, quae tum significant aliquid, tum explent orationis numerum. *Charis. 2, 199.* et *Don. ib. p. 1763.* \**Adde Isid. Orig. 1, 11, B. A.*

*EXPLETUS*, a, um, partic. ab *explere*, *τέλειος, ἐκπληρωμένος.* *Virg. A. 3, 630.* Expletus dapibus. *Stat. Silv. 2, 1, 15.* Flendi expleta voluptas. *Cic. N. D. 2, 13.* Perfectus expletusque omnibus suis numeris et partibus. *Lucr. 6, 1201.* Sanguis expletis naribus ibat. *Al. leg. pletis ex. Stat. Silv. 5, 1, 260.* expletis humani finibus aevi. *Catull. 64, 268.* spectando Thessala pubes Expleta. *Cic. Har. resp. 20.* Expleta intemperantia. [\**Id. Ac. 2, 7.* Expleta rerum comprehensio.] *Id. Fin. 5, 13.* Animi corporisque virtutibus expleta vita.

*EXPLICABILIS*, e, adj. qui explicari potest. *Plin. 4, 13, 28.* Haud explicabili mensura.

*EXPLICABILITER*, adv. explicabili ratione. Refert agnoscitque ut Latinum, *Diom. 1, 401.*

*EXPLICATE*, adv. *δήλως*, clare, et aperte. *Cic. Or. 3, 14.* Qui distincte, qui explicite, qui abundanter et rebus, et verbis dicunt.

*EXPLICATIO*, onis, f. *ἀνάπτυξις*, actus explicandi. *Cic. Div. 1, 56.* Sed est quasi rudentis explicatio. P Translate sumitur pro declaratione. *Cic. Fin. 3, 4.* Multumque ad ea, quae quaerimus, explicatio tua ista profecerit. [\**Cic. Phil. 7, 1.* Quarum rerum facilis explicatio videtur, *h. e.* facile ac paucis verbis, quid de istis rebus statuendum sit, exponi potest.] *Id. N. D. 3, 24.* Explicatio fabularum, et enodatio nominum. *Id. Or. 2, 27.* Explicatio illustris et perpolitata. [\**Cic. Brut. 38.* In disserendo mira explicatio, *h. e.* perspicuitas et copia.] *Sen. ep. 114 init.* Inflata explicatio.

*EXPLICATOR*, oris, m. qui aliquid explicat. *Cic. Or. 9.* Sed ita ut rerum explicator prudens, severus, gravis. *Adde Inv. 2, 2.* et *Lucil. ap. Non. 4, 356.* ubi al. leg. *expiscator.*

*EXPLICATRIX*, icis, f. quae explicat. *Cic. Acad. 1, 8.* Huic quasi ex altera parte oratoria vis dicendi adhibebatur, explicatrix orationis perpetuae ad persuadendum accommodatae.

*EXPLICATUS*, a, um, partic. ab *explico*, expansus, effusus, apertus, *ἀνεπτυκτος.* *Cic. Agr. 2, 35.* Capua planissimo in loco explicata. [\**Pall. Aug. 11, 2.* Explicata valle aquam consurgere patiemur.] *Id. Or. 1, 35.* Non explicata veste, neque proposito argento, neque tabulis propalam collocatis, sed his omnibus constructis ac reconditis. P Translate explanatus, apertus, expeditus. *Cic. Acad. 1, 2.* Philosophia diligentissime Graecis literis explicata. *Id. Planc. 2.* Facilis et explicata causa. *Id. Att. 16, 3, f.* Rationes aut negotia explicata. *Id. Prov. cons. 14, extr.* Rem prope jam explicatam perturbare atque impedire. *Id. Fam. 6, 1.* Habere explicatam aut exploratam rationem salutis suae. *Id. Off. 1, 24.* Si plus adipiscare re explicata boni, quam addubitata mali. *Id. Or. 2, 87.* Uti locis illustribus explicatis, etc. *Id. Att. 9, 7.* Litterae tuae, quibus nihil potest esse explicatius, nihil perfectius. *Id. ad Brut. 2, 7, med.* Mihi non erat explicatum, quid agerem. *August. ep. 34, f.* Explicatissima responsa.

*EXPLICATUS*, us, m. idem ac explicatio. *Plin. 8, 42, 67.* Sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio. *Cic. N. D. 3, 39, extr.* Quam esset obscura, et quam difficiles explicatus haberet.

*EXPLICIT*, h. e. desinit, completus est. Frequens est vox in fine librorum, praesertim manu scriptorum, ut *Explicit liber, Explicit feliciter*, etc. Videtur autem esse ab *explico*, quod significat etiam ad finem adducere, complere: vel potius a forma librorum apud veteres in volumen complicatorum, quos adeo, ut legi possent, evolvi, atque explicare necesse erat. [\**Martial. Epigr. 11, 108.* Explicitum nobis usque ad sua cornua librum refers.] Hinc *Car. Ducangius in Glossar. Med. et Inf. Latinit.* notat, elegantioris notae codices adscriptum ferre *Explicitus est liber*, etc. Qua ratione *Orosius 7, f.* apposit. *Explicui, adjuvante Christo*, etc. *Hieronym. ep. 28, n. 4.* Solemus, completis opusculis, ad distinctionem rei

alterius sequentis, medium interponere *Explicit*, aut *Feliciter*, aut aliquid istiusmodi. [\*Cfr. *Elmenh.* ad *Appul. Met.* 11. p. 321.]

**EXPLICITUS**, a, um, partic. ab *explico*. *Cic. Att.* 9, 7. Quamquam a te ejus quoque rei justa defensio est explicita. *Al. leg. explicata*. ¶ Interdum ponitur pro absoluto. *Mart.* 14, 1. Versibus explicitum est omne duobus opus. *Caes. B. C.* 3, 75. His explicitis rebus, *h. e.* expeditis, peractis. *Et ib.* 1, 78. Ex propositis consiliis duobus explicitius videbatur Herdam reverti, *h. e.* facilius, expeditus. [\*Vid. *Oudend.* ad *h. l.*] *Scavola Dig.* 34, 1, 17. Ex eo tempore, quo templum explicitum fuerit. [\*ausgebaut ist.] et *Ulp. ib.* 36, 1, 1. Explicito tractatu, qui ad fideicommissa pertinet, transeamus nunc, etc. *Inscr. ap. Don. cl. 5. n. 222.* Qui rogatus ab ordine, et populo gladiatorii muneris publici curam susciperet, fecit, et explicito, quod promiserat, impendium bigae, quam populus ex conlatione legati epuli offerebat, remisit, *h. e.* explicito gladiatorio munere. ¶ Item pro liberato, crepto. *Quint. Decl.* 2, 2. Explicitus flammis. *Sen. Tranquill.* 2. Ex longa et gravi valetudine explicitus. *Petr. Sat.* 79. Cum hora paene tota per omnes scrupulos traxissemus cruentos pedes, tandem expliciti sumus acumine Gitonis. ¶ Item pro expanso, extenso. *Val. Fl.* 5, 561. stetit explicito prius agmine pubes. Et pro porrecto ad terram. *Stat. Theb.* 1, 568. de pythone a Phoebus interempto. Cyrrhaeique dedit centum per jugera campi. Vix tandem explicitum. *V. v. seq.*

**EXPLICO**, as, avi, atum, et icui, icitum, a. 1. *ἐπιπλάω, ἀπεπλάω*, aperio, extendo, evolvo, dilato, expono: et dicitur proprie de rebus, quae contractae, involutae, complicatae sunt. *Cic. Rosc. Am.* 35. Veniat modo: explicet suum volumen illud. *Petr. Sat.* 14. Explicuimus mercem. *Mart.* 1, 56. Ante focum plenas explicuisse plagas. *Id. Spectac.* 2. Claudia diffusas ubi porticus explicat umbras. *Id.* 4, 54. Explicare fusos, *h. e.* evolvere, et exonerare. *Ov. Amor.* 2, 6, 55. Explicat ipsa tuas ales Junonia pennas. *Lucan.* 10, 109. Explicuitque suos magno Cleopatra tumultu Luxus. *Varr. L. L.* 4, 29. Pectine explicare capillum. *Sall. fragm. H.* 6. ap. *Arusian. Mess.* Explicare pontem. *Hirt. B. Alex.* 14. classem, naves. [\*aufstellen, ausbreiten.] et *B. Afr.* 59. equitatum. [\*Sic explicare aciem. *Drak.* ad *Liv.* 44, 38, 5. Explicare agmen. *Id.* ad *Liv.* 2, 59, 7, 10, 20, 3. Explicare ordines. *Id.* ad *Liv.* 2, 46, 3.] et *Caes. B. C.* 3, 93. Equites se turmatim explicare coeperunt. *Virg. G.* 2, 280. cum longa cohortes Explicuit legio. *Liv.* 37, 23. Ut ordo omnium navium ad terram explicari posset. *Albinov.* 1, 251. in longum spatiosas explicat undas. *Virg. G.* 2, 335. Pampinus frontes explicat omnes. *Pl. Mil.* 4, 8, 7. Explicare velum. *Lucan.* 4, 19. Explicat hinc tellus campos diffusa patentes. *Sic Plin.* 5, 29, 31. Explicant se montes. *Stat. Theb.* 1, 146. Atria congestos satis explicitura clientes. *Lucr.* 2, 880. Ignis arida ligna explicat in flammis. ¶ Explicare orbem ap. *Ov. Met.* 15, 720. dicitur serpens, qui in longum porrigitur. Haec ratione *Lucan.* 5, 80. adhuc rudibus Paean pythona sagittis Explicuit, *h. e.* occidit, et multa porrectum extendit arena, ut ait *Virg. A.* 9, 589. ¶ Explicare aedificium est late construere, ampliare. *Cic. Att.* 4, 16. f. Forum laxare, et usque ad atrium Libertatis explicare. ¶ Translate *Pl. Poen.* 3, 5, 5 Explicavi meam rem post illa luero, *h. e.* amplificavi. ¶ Explicare convivium ap. *Mart.* 1, 100. est instruere, apparare. ¶ Explicare frontem est exhilarare, contractam curis frontem tranquillam reddere. *Hor. Od.* 3, 29, 16. et *Sat.* 2, 2, 125, [\*Vid. *Ruhk.* ad *Rut. Lup.* p. 69] ¶ Explicare mare est turbatum, et veluti plicis corrogatum complanare, atque adeo tranquillum reddere. *Sen. Herc. Oct.* 455. concussi fretum, Cessante vento: turbidum explicui mare. ¶ Significat etiam expedire. *Cic. Verr.* 2, 5, 28. Si ex his laqueis te exsueris, ac te aliqua ratione explicaris. [\*Ulp. in *Dig.* 9, 2, 29, 3. Si, cum vi ventorum navis impulsas esset in funes anchorarum alterius, nautae funes praecidissent, si nullo alio modo, nisi praecisis funibus, se explicare potuit.] *Plin.* 11, 18, 19. Apes difficile se a lanis ovium explicantes. *Cn. Magnus ad Domit.* 3. post ep. 12. l. 8. ad *Att.* Da operam, ut te explices, huc quamprimum venias. [\*Vid. *Heind.* ad *Hor. Sat.* 2, 3, 270.] ¶ Et translate, remotis impedimentis expedire, ad exitum perducere, conficere, per difficultates vadentem absolvere. *Cic. Fam.* 13, 26. et *Att.* 5, 12. Ut ejus negotia explices et expedias, cum jure et potestate, tum etiam auctoritate et consilio tuo. [\*Ulp. in *Dig.* 1, 16, 10. Proconsul per quem provinciales negotia sua explicant.] *Pompon. Dig.* 27, 7, 1. Ea, quae per defunctum inchoata sunt, per heredem explicari debent. *Flor.* 1, 17. Fabius periculosissimum bellum sine periculo explicavit. *Mart.* 1, 104. Explicat et coenas unica mensa duas. *Plin. ep.* 8, 1. Iter commode explicui, excepto quod, etc. *Phaedr.* 4, 6. Medea per artus fratris explicuit fugam.

Etiam *Liv.* 1, 3. f. eodem modo locutus est. [\**Drak.* ad *Liv. Epit.* 48.] *Plin. ep.* 7, 4. Transii ad elegos: hos quoque feliciter explicui: addidi alios, facilitate corruptus. *Cic. Manil.* 11. Provinciam multis cinctam periculis explicavit. *Hirt. B. G.* 8, 4. Explicare rem frumentariam. [\*Vide quos laudat *Oudend.* ad *Caes. B. C.* 1, 78. p. 598.] *Id. B. Alex.* 34. Pecunia necessaria ad explicandos sumptus rei militaris. *Callistrat. Dig.* 42, 1, 31. Si qui debitores, quia non possint explicare pecuniam, differant solutionem. [\*Vid. *Burm.* ad *Calp. Fl. decl.* 14. p. 810.] *Cajus ib.* 30, 1, 68. med. Explicare rationes. *Cic. Fam.* 13, 29. Si Faberius nobis nomen illud explicat, noli quaerere, quanti, *h. e.* solvit mihi, quam debet, pecuniam. et *ib.* Si Faberianum explicas, emamus vel magno. [\*ad *Fam.* 13, 26. Peto... ut ejus negotia explices et expedias.] *Caes. B. C.* 1, 78. Ibi se reliquum consilium explicaturos, *h. e.* expedituros, executuros. *Hor. Sat.* 2, 3, 170. nihilo plus explicet, ac si, etc. *h. e.* efficiat, assequatur, obtineat. ¶ Item excitare, proferre. *Cic. Off.* 3, 20. Explicataeque exute intelligentiam tuam, ut videas, quae sit, etc. ¶ Aliquando est narrare, exponere. *Nep. praef.* Ut ea explicem, quae exorsus sum. *Id. Pelop.* 1. Si res explicare incipiam. *Vitruv.* 10, 22. De scorpionibus et catapultis, a quibus essent inventa, et quemadmodum fieri deberent, explicui. *Cels.* 4, 2. Quae vero auxilia sint capitis, eo loco explicuit est. *Cic. Div. Verr.* 8. Vitam alterius totam explicare, et in oculis omnium exponere. *Id. Att.* 8, 3. Quid in utramque partem mihi in mentem veniat, explicabo brevi. *Id. Fin.* 1. f. Explicavi sententiam meam, tuum iudicium ut cognoscerem. *Virg. A.* 2, 361. quis funera fando Explicet? ¶ Saepissime est rem intellectu difficilem explanare, expedire, declarare, *διδάω*. *Cic. Div.* 2, 2. Explicare philosophiam. *Id. Or.* 1, 34. Summorum oratorum Graecas orationes. *Id. Part.* 36. Explicare et excutere verbum. *Id. Fam.* 5, 12. causas rerum. *Id. Fl.* 4. Explicare se dicendo. *Id. Verr.* 2, 2, 64. extr. Apertissime planissimeque explicare. *Id. Fin.* 3, 10. Definitione explicare aliquid. *Id. Brut.* 67. Explicare expedite quod proposueris. *Id. Or.* 1, 35. Dilatare atque explicare aliquid. *Id. Tusc.* 3, 6. Non de aegritudine solum, sed de omni animi perturbatione explicabo. ¶ Item exsequi. *Cic. Or.* 3, 26. f. Ipsa ad ornandum praecipua quae dantur, ejusmodi sunt, ut ea quamvis vitiosissimus orator explicare possit. ¶ Notat *Gell.* 1, 7. f. praeteritum explicui tempore Ciceronis usitatus esse coepisse, quam explicavi. [\**Livius* alique scriptores frequentius habent *Explicui*. *Cort.* ad *Plin. Epp.* 4, 27, 3. *Drak.* ad *Liv.* 6, 21, 7. 37, 29, 8.]

**EXPLODO**, is, osi, osum, a. 3. *ἐκρηγοῦν*, pulsando ejicio, *Sen. Consol. ad Marc.* 10. Alios per incerta nudos jactabit maria, et luctatos cum fluctibus ne in arenam quidem, aut litus explodet, sed in alicujus ventrem immensae beluae decondet. *Afran. ap. Non.* 2, 897. In Arpinos, quantum potest, explodam hominem, ut villicetur. ¶ Est etiam rem, quae non placuit, manibus plaudendo improbare, rejicere. *Cic. Or.* 1, 61. Aesopum, si paulum irrauserit, explodi video. *Id. Parad.* 3. f. Histrio si paulum se movit extra numerum, exhibitur et exploditur. *Id. Rosc. Com.* 11. Escena non modo sibilis, sed etiam convicio explodebatur. ¶ Et generatim damnare, improbare. *Id. Div.* 2, 41. Hoc genus divinationis vita jam communis expolit. [\**Cic. Off.* 1, 2. Aristonem explosa sententia.] *Id. Cluent.* 31. Explodere et ejicere aliquid. [\**Cic. Q. Fr.* 2, 11. Multa dixi in ignobilem regem, quibus totus est explosus.]

**EXPLORANTER**, adv. explorate, explorando. *Amian.* 16, 5. Exploranter curabat. *Al. leg. explorate.*

**EXPLORATE**, adv. *δεδοκιμασμένως*, re explorata et comperta, certo, plane. *Cic. Q. Fr.* 2, 15. f. Haec ita sentio, judico, ad te explorate scribo. *Id. N. D.* 1, 1. Res satis exploratae percepta et cognita. *Id. Fam.* 16, 8. Ne naviges, nisi explorate. *Planc. ad Coss. etc. Fam.* 10, 8. Non solum bene sperare, sed explorate judicare volumus. *Cic. Fam.* 6, 1. med. Cum exploratius possem promittere.

**EXPLORATIO**, onis, f. actus explorandi, observatio. *Colum.* 3, 9. med. Quidquid morae est, in exploratione surculi absumitur. *Tac. H.* 3, 54. Nec exploratione occulta fallere Antonium tentavit, sed mandata imperatoris professus, ut cuncta viseret, postulat. [\*In re militari. *Modest.* in *Dig.* 49, 16, 3, 4. Is qui exploratione emanet, capite puniendus est.]

**EXPLORATOR**, oris, m. *δοκιμαστής*, qui explorat: et praesertim in re militari, qui hostium res exploratori praemittuntur. *Caes. B. G.* 1, 12. Per exploratores Caesar certior factus. *Curt.* 3, 13. Forte in exploratores ab eo praemissos incidit. *Sil.* 16, 80. praenuncius affert Explorator eques. *Festus* in *Explorare* discrimen statuit inter *exploratorum*, et *speculatoreum*, quod *speculator* hostilia silentio perspicit, *explorator* pacata clamore cogno-

scit, *h. e.* rumore, sermonibus, et actionibus hostium cognoscit, quae in pace fiunt. Quae diffidentia minus vera videtur. ¶ Extra militiam. *Suet. Tib.* 60. In quodam itinere lectica vepribus impedita, exploratorem viae plane ad necem verberavit. *Plin.* 6, 29, 35. Exploratores Neronis renunciavere his modis: a Syene mill. pas., etc. *Adde Pl. Ps.* 4, 7, 71. ¶ Adjective. *Claud. praef. ad III. Cons. Honor.* 11. de pullo aquilae. Exploratores oculis perterriti ignes, Nutritur voluminumque potens et fulminis heres. *Mart.* 8, 51. nec odit Exploratores nubila massa focos.

**EXPLORATORIUS**, a, um, adj. ad explorandum pertinens. *Suet. Cal.* 45. Coronas distinctas solis ac lunae siderumque specie, exploratorias appellavit. *Veg. Mil.* 4, 37. Scaphae exploratoriae. *V. SPECULATORIUS.*

**EXPLORATUS**, a, um, part. ab *exploro*, *πρό-δῆλος, δοκιμασθεὶς*, compertus, perspectus, certo cognitus, manifestus, certus. *Cic. N. D.* 1, 19. Deus habet exploratum, fore se semper in aeternis voluptatibus. *Caes. B. G.* 6, 5. Pro explorato habebat, Ambiorigem proelio non esse certaturum. *Cic. Fam.* 2, 16. f. De quo mihi exploratum est, ita esse, ut scribis. *Id. ad Quirit.* 6. Cum mihi esset exploratissimum, P. Lentulum proximo anno consulem futurum. *Id. Acad.* 4, 17. Cui possit exploratum esse de sua sanitate? *Id. Att.* 3, 15. f. Fac, ut omnia ad me perspecta et explorata perscribas. *Liv.* 42, 13. Res non incertis jactatae rumoribus, sed compertae et exploratae. *Cic. Mur.* 24. Ut ei jam exploratus, et domi conditus consulatus videretur. *Vell.* 2, 84. Longe ante, quam dimicaretur, exploratissima fuit victoria. [\**Cic. Tusc.* 5, 9. Summum bonum firma corporis affectione explorataque spe contineri. *V. alia ap. Ruhk.* ad *Rut. Lup.* 1, 10. p. 36.] *Brut.* ad *Cic.* ad *Brut.* 1, 17. Quid mihi exploratius esse potest, quam illius animus in rempublicam? *Cic. Att.* 3, 17. Litterae exploratae a timore. [\**die Sicherheit geben.*] *Stat. Sil.* 3, 5, 44. Fides tot explorata per usus. ¶ [Ablativus *explorato* absolute positus. *Tac. H.* 2, 49. Et explorato, jam profectos amicos, noctem quietam agit, *h. e.* postquam exploratum est illi et cognitum. *F.*] [\**Liv.* 22, 4, 4. Explorato ire. *V. Drak.* ad *h. l.* et ad 38, 18, 7. ¶ Confunditur a librariis *Exploratus* et *imploratus*. *Vid. Ruhk.* ad *Rut. Lup.* 1, 10. p. 36.]

**EXPLORO**, as, avi, atum, a. 1. *σκοπέω, δοκιμάζω*, inquiri, indago, observo. *Cic. Att.* 6, 8. Explora rem totam, ut consilium capere possimus. *Nep. Annib.* 2. Ad quem cum legati venissent Romani, qui de ejus voluntate explorarent, etc. [\**Drak.* ad *Liv.* 35, 23, 2.] *Cic. Verr.* 2, 5, 17. Prospectare exsilium, atque explorare fugam domini videbatur. *Petr. Sat.* 116. Cum diligentius explorarem, qui homines inhabitarent. *Plin.* 5, 1, 1. Explorare ambitum Africae jussus. *Sil.* 11, 216. Explorare, an urbs pateat. *Colum.* 12, 2. Explorare, utrum est. [\**Gaj.* in *Dig.* 17, 1, 2, 6. Liberum est cuique, apud se explorare, an expediat sibi consilium.] *Ov. Met.* 10, 455. Nutricisque manum laeva tenet: altera motu Caecum iter explorat. *Sil.* 5, 60. mentesque Deorum Explorant super eventu. *Virg. A.* 9, 169. Alta tenent; nec non trepidi formidine portas Explorant, *h. e.* observant diligenter, an firmatae, et probe clausae sint. *Id. G.* 3, 537. Non lupus insidias explorat ovilia circum, *h. e.* locum insidias quaerit. ¶ Saepe ad rem militarem refertur, et dicitur de iis, qui res et consilia hostium indagaturi praemittuntur: unde *Exploratores*. *Liv.* 23, 42. med. Ante explorato, et subsidiis positus, et sub signis ad populandum ducebant. *Caes. B. G.* 5, 47. extr. Speculatoribus in omnes partes dimissis, explorat, quo commodissime itinere vallem transire posset. *Hirt. B. G.* 8, 18. Explorare consilium hostium. *Cic. Manil.* 12. Nondum tempestivo ad navigandum mari, Siciliam adiit, Africam exploravit. *Sall. Jug.* 39. Itinera, egressusque ejus, postremo loca, atque tempora cuncta explorat. ¶ Est etiam experiri, periculum facere. [\**Pall.* *Jul.* 3, 1. Pirus locis humidis nunc insita me explorante processit, dicit ad suam ipse experientiam provocans.] *Colum.* 1, 8. f. et *Tac. A.* 12, 66. Panis potiusque bonitatem gustu explorare. *Pall.* 1, 9. Regula explorare aequale. *Virg. G.* 1, 175. Et suspensa focis explorat robora fumus, *h. e.* probat, an sint optima: quod ex eo noscitur, si fumo siccata rimas non contrahant. *Lucan.* 2, 603. Taurus in adversis explorat cornua truncis. *Et 8, 582. Explorare fidem alicujus. Liv.* 37, 7. et *Or. A. Am.* 1, 456. animos. *Sil.* 11, 358. Hoc jugulo dextram explora, *h. e.* experire vires tuas in hoc jugulo. *Tac. H.* 1, 15. Secundae res acrioribus stimulis animos explorant, *h. e.* tentant, excitant. ¶ Olim, ut *Fest.* docet, pro exclamare, aut valde plorare usi sunt veteres. Huc afferunt quidam Lexicographi haec *Varronis* verba: *Gemit, explorat, turbam omnem concitat.* Quae unde eruerint, nondum mihi compertum est. ¶ [Part. *Explorans* ap. *Liv.* 37, 28. Inde ex propinquo explorans, quid hostes agerent. *Explorandus* ap. *eund.* 22, 55.

Haec exploranda noscendaque per impigros juvenes esse. F.]

EXPLOSIO, onis, f. actus explodendi. Coelius ad Cic. Fam. 8, 11. Multa transi, in primis ludorum explosiones et funerum etc. [\*ubi explosiones partim sunt eae quibus histriones eijciuntur, partim eae quibus homines in theatrum spectandi causa venientes exsibilantur et excluduntur.]

EXPLOSUS, a, um, part. ab explodo. Hor. Sat. 1, 10, 76. non satis est equitem mihi plaudere, ut audax, Contemptis aliis, explosa Arbuscula dixit. Cic. Fin. 5, 8. Explosae ejectaeque sententiae.

EXPOLIO. V. EXPOLIO.

EXPOLIO, olis, ivi, itum, a. 4. proprie est verbum fullonum, vestes, pannosque concinnantium. Translate. Pl. Poen. 1, 1, 60. Ag. Placet consilium. Mi. immo etiam ubi expolivero, magis etc. V. dicta in CONCILIO. Plin. 8, 37, 56. Herinaeci cute expoliuntur vestes. P Universum ponitur pro perpolire, excolere, exornare, ἀποζέω, καθαροποιέω. Pl. Poen. 1, 2, 10. Ex industria ambae nunquam concessavimus Lavari, fricari, poliri, expoliri, pingi. Plin. 24, 4, 6. Unguium scabritias expolire. P Translate. Cic. Inv. 2, 1, extr. Nihil omni ex parte perfectum natura expolivit. Pl. Most. 1, 2, 45. Expoliunt, docent litteras, jura, et leges. Cic. Or. 3, 34. Dionem Plato doctrinis omnibus expolivit. Et ib. 2, 10. Nox te, inquit, Antoni, expolivit, hominemque reddidit. Auct. ad Her. 2, 18. Fere non difficile est invenire: difficultimum vero est, inventum expolire. [\*Cic. Inv. 1, 41. Neque eadem ratione partitiones expolire.] P In malam partem. Pl. Truc. 2, 7, 3. Expolire se improbis artibus, h. e. instruere. Al. aliter leg. P [Part. Expoliendus ap. Plin. ep. 1, 10. Illi te expoliendum, limandumque permittas. F.]

EXPOLITIO, onis, f. ἐκλείων, ἐπεξεργασία, actus expoliendi, exornatio. Vitr. 6, f. et 7. praef. f. Expolitiones parietum, pavimentorum, h. e. cum tectorium, et marmoratum inducitur: de quibus intelligendum et illud Cic. Q. Fr. 3, 1, 2. extr. Urbanam expolitionem urget ille quidem, et Philotimus. Adde ep. 3. Rursus Vitr. 7, 9. Si quis voluerit, expolitionem miniacem suum colorem retinere. P Translate. Cic. Or. 55. In verbis inest quasi materia quaedam: in numero autem expolitio. Id. Or. 1, 12. Composita oratio, et ornata, et artificiosum quodam et expolitio distincta. Id. Inv. 1, 40. extr. Argumentatio est inventi artificiosa expolitio. P Speciatim in re oratoria expolitio est, cum in eodem loco manemus, et aliud atque aliud dicere videmur. Ea dupliciter fit, si aut eandem plane rem dicemus, aut de eadem rem. Eandem rem dicemus non eodem modo, (nam id quidem obtundere audire est, non rem expolire) sed commutate. Commutabimus tripliciter, verbis, pronuntiando, tractando etc. Haec et alia multa Auct. ad Her. 4, 42. et sequentib.

EXPOLITUS, a, um, part. ab expolio, ἐπεξεργασμένος, politus, exornatus, perfectus. Catull. 1, 2. Libellus arida modo pumice expolitus. Et 39, 20. Dens expolitor. Vitr. 7, 9. Expolitus paries. Pl. Most. 1, 2, 18. Aedes expolitae, factae probe, examussim. Scipio ap. Gell. 2, 20. Agri optime culti, et villae expolitissimae. P Item purgatus. Colum. 2, 21. f. Frumenta quanto sunt expolitiora, minus a curculionibus exeduntur. P Translate. Cic. Brut. 25. Vir omni vita, atque victu exultans atque expolitus. Gell. 15, 11. Graeca doctrina expolitus.

\*EXPOMPO, as, a. 1. August. Serm. 12. a Sirmo ed. p. 140. Quid times? inveniri et damari? inveniri et expompari? i. e. dehonestari, publica pompa ad supplicium duci. B. A.

EXPONO, is, sui, (raro expositi) itum, a. 3. ἐκτίθημι, extra pono, explico, profero, propono. [\*Qui de hujus vocis signif. agit, Heins. ad Or. Met. 8, 117. multa miscet.] Cic. Off. 3, 12. Advexi frumentum, exposui: vando meum etc. [\*Exposui hic non est: venale proposui, sed, quod nex docet, exoneravi e nave. V. infra §. 4.] Id. Mur. 36. Stravit pelliculis haedinis lectulos, et exposuit vasa Samia. Colum. 12, 28. Herbam in sole exponere, aut in furno, ut siccescat. Plin. 35, 7, 33. Pingi gladiatoria munera, atque in publico exponi coepta. Gell. 9, 7. Exponi ad oculos, et ad solem. Or. Pont. 3, 1, 49. Exposuit mea me populo fortuna videndum. P [\*Pro simplici ponere usurpatum videtur, ap. Pall. Febr. 24, 31. Mense Februarii seu planta seu semen exponitur.] P Item abjicio, dejicio, a me removeo. Pl. Cas. 4, 4, 27. Ut valentula est! paene exposivit cubito. Id. Truc. 3, 1, 14. Istos mundulos amasios hoc ictu exponere, atque omnes eijciam foras. P Hinc exponere filios suos dicebantur parentes, qui eos educare nollent, nec tanquam filios habere: quod extra limen aedium eos humi abjicere solebant. Pl. Cist. 1, 3, 18. Dat puellam servo exponendam ad necem. Liv. 1, 4. In proxima aluvie pueros exponunt. Suet. Claud. 27. Claudiam quamvis ali coeptam, exponi tamen ad matris januam, et nudam jussit abjici. Adde Ter. Heaut.

4, 1, 37. et Justin. 1, 4. V. EXPOSITICIUS. P Etiam nautae cum e navi dimittunt, exponere dicuntur. Nep. Them. 8. Ephesus pervenit, ibidemque Themistoclem exponit. Caes. B. C. 3, 29. Quibus regionibus exercitum exposuisset, et quid militum transvexisset. Justin. 22, 5. Exponere in litore. Caes. B. C. 1, 31. in terram. [\*Utriusque constructionis exempla habent. Liv. et Caes. V. Drak. ad 28, 44, 10. et Oudend. ad Caes. B. C. 1, 31. p. 557.] Id. B. G. 5, 57. milites ex navibus. Virg. A. 10, 287. socios de puppibus altis Pontibus exponit. [\*Labeo in Dig. 14, 2, 10, 1. Certam poenam tibi praestaret, nisi ante constitutum diem merces tuas eo loci exposuisset, in quem devehendas eas merces locasset. Atque sic etiam Cic. locum de Off. 3, 12, 51. intelligendum esse supra monui. Utrouque loco est ausladen. Sed Marcian. in Dig. 39, 4, 16, 8. Si propter necessitatem adversae tempestatis expositum onus fuerit, non debere hoc commissio vindicari, est in mare dejicere, über Bord werfen.] P Ad hunc, et superiorem simul verbi usum pertinet illud Suet. Claud. 25. Cum aegra et affecta mancipia in insulam Aesculapii, taedio medendi, exponerent, omnes qui exponerentur, liberos esse sanxit. P Significat etiam objicere. Tac. H. 3, 5. Ne inermes provinciae barbaris nationibus exponerentur. Flor. 3, 11. Exercitum hosti exponere. P Item vulgare, prostituere. Lact. 1, 7. Sciant tamen, quo nomine appellari debeant, ne Deum verum violent, cuius nomen exponunt, dum pluribus tribuunt. P Item exhibere, proponere. Cic. fr. ap. Non. 2, 375. Vitam suam exponere ad imitandum juventuti. P Frequentissime est dicere, narrare, dissere. [\*Exempla e Livio attulit Drak. ad 7, 32, 8.] Cic. Rosc. Am. 5. Ab initio, res quemadmodum gesta sit, vobis exponemus. Id. Or. 62. Exponere narrationem. Id. Or. 2, 12. mandata in senatu, aut ad imperatorem, aut ad regem, aut ad populum alicquem. Id. Div. Verr. 8. Vitam alterius totam explicare, atque eam non modo in animis judicium, sed etiam in oculis conspectuque omnium exponere. Id. Or. 3, 20. Exponere artes rhetoricas. Id. Cat. 3, 6. Ex memoria vobis, Quirites, quid senatus censuerit, exponam. Id. Fin. 4, 1. Tam multa memoriter, tam obscura dilucide exposuisti. Liv. 30, 17. Omnia exposuit ordine patribus. Nep. Att. 18. Versibus exposuit, qui honore ceteros populi R. praestiterunt. Cic. Fin. 3, 4. f. Rem pluribus verbis exponere. Id. Pis. 3. extr. et Cat. 3, 1. Breviter exponere. Id. Or. 1, 22. Hoc de quo modo exposuit Antonius. Id. Fam. 1, 9. med. De quo coeperam exponere. Nep. Dion. 3. De hoc in meo libro plura sunt exposita, qui de historicis conscriptus est. Cic. Or. 1, 53. Quam orationem in Originibus suis exposuit Cato, h. e. scripsit atque edidit. P [\*Scaec. in Dig. 13, 5, 31. Epistolam in eos exposuit, sese debitorem esse, i. e. epistolam emisit; er stellt einen Schein auf sie aus.] P Quintiliano 4, 2. exponere idem est quod narrare, in actione oratoria: sicut expositio idem quod oratoria narratio. P [\*In re arguenda est assignare, aperire. Cic. ad Att. 5, 4. De Oppio bene curasti, quod ei DCCC exposuisti, h. e. aperuisti, ut scriptum exstat de eadem re 5, 1.] P [Part. Expositurus ap. Tac. A. 15, 72. Quasi gesta bello expositurus. F.] P [\*Confunduntur a librariis Exponere et expromere. V. Burn. ad Quint. decl. 12, 4. p. 244. Heins. ad Ov. Fast. 3, 725. Drak. ad Liv. 7, 32, 8.]

\*EXPONTIFEX, icis, m. qui fuit pontifex. Sarisb. Polycrat. 8, 23. B. A.

EXPOPULATIO, onis, f. populatio. Colum. 3, 2. circa med. Quarum vocabulo propter hanc expopulationem cognominantur. [Optimae tamen editiones, ut et Schneideri, habent populationem. F.]

\*EXPOPULATOR, oris, m. ap. Marc. Empir. B. A.

EXPORGO. V. EXPORRIGO.

EXPORRECTUS, a, um, part. ab exporrigo, idem fere quod exporrectus. Nam ita leg. nonnulli ap. Fest. verba, quae retulimus in EXPERGITUS. Dicitur autem a porrigendo se, quod facimus recentes a somno. Hinc Prudent. Hamartig. 856. Illic purpureo latus exporrecta cubili, h. e. prostrata. Pers. 3, 82. exporrecto trutinantur verba labello, h. e. protenso. Varr. ap. Non. 1, 229. Si in somnum recideris, et οὐδένως eris iterum exporrectus.

EXPORRIGO, et per syncop. Expurgo, is, exi, ectum, a. 3. παγγεῖναι, extra porrigo, extendo. Fest. derivat a porro, et ago: alii a porro, et rego. V. PORRIGO. Pl. Ps. prol. f. Expurgi melius est lumbos, atque exurgier, h. e. extendi lumbos, quia sedentibus complicati sunt lumbi, stantibus extensi. Hirt. B. Afr. 42. Propius eorum aciem instituit exporrigere munitiones. Et 78. Suos equites exporrigere coepit in longitudinem. Plin. 9, 30, 48. Polyphi resupinati exporrigunt se. Id. 18, 10, 23. Sesamam exporrigere in sole super lintea. Id. 11, 48, 108. Crura exporrigentia se verius, quam crescentia. Mela 1, 19. Hinc orti montes longo se jugo exporrigunt. P Translate. Senec.

Brev. vit. 9. Quid in tanta temporum fuga lentus, menses tibi et annos, et longam seriem exporrigis? Ter. Ad. 5, 3, 53. Da te mihi hodie: exporpe frontem, h. e. explica, et ad hilaritatem compone.

EXPORTATIO, onis, f. ἐξαγωγή, actus exportandi. Cic. Off. 2, 3. f. Jam vero earum rerum, quibus abundaremus, exportatio, et earum, quibus egeremus, invectio certe nulla esset. P Interdum sumitur pro exsilio. Senec. Tranq. 11. Quae dignitas, cujus non praetextam, et augurale, et lora patricia comitentur et sordes, et exportatio?

\*EXPORTATOR, oris, m. Jct. in Dig. B. A.

EXPORTATUS, a, um, part. ab exporto, elatus. Justin. 11, 15. Darius clauso vehiculo per noctem exportatus. Suet. Dom. 17. Corpus populari sandapila per vespillones exportatum nutrix in suburbano suo funeravit. Colum. 1, 6. med. Nec spinarum, vel graminum semina in agrum exportata segetes herbidas reddant.

EXPORTO, as, avi, atum, a. 1. ἐξαίρω, extra porto, aufero. Cic. Verr. 2, 4, 10. Per istos, quae volebat, in navem clam imponenda, occulte exportanda curabat. Id. Pl. 28. Cum aurum quotannis ex Italia, et ex omnibus provinciis Hierosolymam exportari soleret. Varr. R. R. 2, 5. Taurus, qui exportavit per mare e Phoenice Europam. Virg. G. 4, 255. tum corpora luce carentum Exportant tectis, et tristia funera ducunt. Cic. fr. ap. Non. 5, 34. Phoenices mercaturis inexplibiles cupiditates omnium rerum exportaverunt in Graeciam. Pl. Truc. 2, 2, 56. Quae nunc ad vos jam exportatur. Id. ib. 1, 2, 1. Asservate aedes, ne qui manus attulerit steriles intro ad nos, gravidas foras exportet. P Item in exsiliu agere, deportare. Cic. Verr. 2, 1, 15. O portentum in ultimis terras exportandum!

EXPOSCO, is, exposci, a. 3. ἐξαιτέω, enixepeto. Cic. Mil. 34. Misericordia ipse non implorat, ego autem repugnante hoc, et imploro, et exposco. Liv. 1, 16. Exposcere precibus pacem. Id. 7, 40. Quod Deos immortales inter nuncupanda vota exposcosi. Caes. B. C. 2, 5. Victoriam ab Diis exposcere. Virg. A. 4, 78. Iliacos item audire labores Exposcit. Curt. 4, 14. med. Opem, misericordiam, fidem alicujus exposcere. Tac. H. 4, 19. Acriter exposcere. P [\*Item significat exigere. Papin. in Dig. 46, 3, 97. Si major pecunia numerata sit, quam ratio singulorum exposcit, i. e. exigit.] P Aliquando significat ad poenam poscere. Nep. Them. 8. Cum ab Atheniensibus exposceretur publice, supplicem non prodidit. Adde Annib. 7, Liv. 38, 31. et 33. Sic Tac. H. 1, 58. Exposcere ad poenam. [\*Hoc sensu etiam deposcere dicitur. Caes. B. C. 3, 10. Hirt. B. G. 8, 38.] P [Part. Exposcens apud Liv. 39, 50. Victa Messene bello exposcentibus Achaes noxios deditit. Exposcendus ap. Val. Max. 1, 1. n. 1. Cum aliquid exposcendum est. F.]

EXPOSITICIUS, a, um, adj. qui expositus, et abjectus fuit, ut Expositicia puella, ap. Pl. Cas. prol. 79. V. EXPONO et EXPOSITUS.

EXPOSITE, adv. explanate, explicite. Gell. 3, 2. Non exposite et aperte ostendere, sed recondita significatione.

EXPOSITIO, onis, f. ἐξηγησις, actus exponendi. Auct. ad Her. 1, 10. Distributio dividitur in duas partes, enumerationem, et expositionem. Expositio est, cum res, de quibus dicturi sumus, exponimus breviter, et absolute. Id. ib. 3. Narratio est rerum gestarum expositio. Et Confirmatio est nostrorum argumentorum expositio cum asseveratione. Et 2, 2. Simplex et dilucida expositio. P In illis verbis Cic. Or. 3, 53. et rogatio, atque huic finitima quasi percunctatio, expositioque sententiae suae, describitur subjectio, figura sententiarum, qua orator seipsum interrogat, sibi que respondet. [\*V. Ernest. Lex. Technol. Lat. rhet. p. 157.] P Quint. 3, 9. et 4, 1. et 2. narrationem oratoriam expositionis nomine appellat. P Auct. ad Her. 2, 20. primam propositionem syllogismi oratorii.

EXPOSITIUNCULĀ, ae, f. brevis expositio. Hieron. adv. Jov. 1. n. 37. In Salomonis exemplis breves expositiunculas subdidi.

[\*EXPOSITIVUS, a, um, adj. qui exponendus est. Aggen. Urbic. de limit. agr. p. 63. Goes. Expositivus est status controversiae, quoties finitimum argumentorum caret demonstratione, et partium magis exigit narrationem, per quam exponendum sit, quo sint genere terminandae, aut persuadendum judici, etiam si loci natura finitimum exhibeat similitudinem. F. et B. A.]

EXPOSITOR, oris, m. explanator. Firm. Mathes. 13. n. 5. Sortilegi, astronomi, somniorum expositores.

EXPOSITUS, a, um, part. ab expono, ἐκθετός, propositus, extra positus. Cic. Verr. 2, 4, 16. Ab hoc abaci vasa omnia ut exposita fuerant, abstulit. Id. Or. 3, 57. Hi sunt actori, ut pictori, expositi ad variandum colores. Id. Rosc. Am. 12. Expositus ante oculos. Id. Or. 1, 41. Expositae a Cn.

Flavio primum actiones. P Item patens, apertus. [\*Pomp. Mel. 1, 6. Numidia ad ripas exposita fluminis Ampsagae, i. e. extensa, patens. *Burm* ad *Or. Fast.* 4, 563.] *Stat. Sil.* 1, 2, 34. licet expositum per limen aperto Ire, redire gradu. *Id. ib.* 2, 2, 152. Expositi census, h. e. in usum omnium patentes, non sepositi ad avaritiam. [\**Luc. Phars.* 5, 102. Hoc tamen expositum cunctis nullique negatum Numen. *V. Burm.* ad *Quint. Inst.* 2, 5, p. 152.] P Item objectus. *Plin.* 15, 5, 6. Expositus solibus locus. *Suet. Caes.* 49. Ad omnium convicia expositus. *Plin.* 11, 19, 21. Tot hostibus, tot casibus expositus. *Petr. Sat.* 115. Piscibus, beluisque expositus. P Item e navi dimissus. *Vell.* 2, 79. Legiones expositae in terra. P Item abjectus, ac derelictus. *Trajan.* ad *Plin. ep.* 10, 72. Qui liberi nati, expositi, deinde sublata a quibusdam, in servitute educati sunt. *Suet. Cal.* 5. Partus conjugum expositi. V. EXPONO. P Item propositus. *Cic. Brut.* 44. Plura etiam dicta, quam scripta sunt: quod ex quibusdam capitibus expositis, nec explicatis intelligi potest. P Item vulgaris, plebejus, communis, publicus. *Juven.* 7, 53. Sed vatem egregium, cui non sit publica vena, Qui nihil expositum soleat deducere etc. P Item dicendo explicatus, enarratus. *Cic. Or.* 7. Ille sermo noster, qui est expositus in Bruto. *Varr. L. L.* 7. in. Prima parte exposita, de secunda incipiam hinc. [\*Et absolute Exposito. *Curt.* 4, 13, 37. Exposito quod nunciatum erat. Multa exempla vide apud *Davis.* et *Oudend.* ad *Caes. B. G.* 7, 52.] P Interdum sumitur pro comi, affabili, facili, omnibus obvio. *Stat. Sil.* 5, 3, 246. Quid referam expositos, servato pondere, mores? *Plin. ep.* 1, 10. Amari ab eo laboravi: etsi non erat laborandum: est enim obvius et expositus, plenusque humanitate. P Per syncopen *expostus* dicitur. *Virg. A.* 10, 694. Obvia ventorum furii, ex-postaque ponto. Adde *Stat. Th.* 7, 197. P *Expositum*, i, n. *Appul. de Syllog. Categ.* p. 38. Appellatur a Stoicis Prima constitutio, vel primum expositum. B. A.

EXPOSTULATIO, onis, f. *ἔκτασις*, actus expositulandi, postulatio, petitio cum querela, aut criminatione. *Cic. Q. Fr.* 2, 1. Fuere nonnulli aculei in Caesarem, contumeliae in Gellium, ex-postulationes cum absente Pompejo. *Id. Cluent.* 59. Expostulationem facere. *Id. Dom.* 7. Flagitabar honorum expostulatione. *Tac. A.* 1, 13. Fessus clamore omnium, expostulatione singulorum, flexit paulatim etc. *Liv.* 35, 17. Dum suas quisque nunc querelas, nunc expostulationes inserit. P *Donat.* ad *Ter. Andr.* 4, 1, 15. et *Heeyr.* 1, 2, 105. ita distinguit inter *postulationem*, et *expostulationem*, ut haec sit querela facta apud eum ipsum, qui injuriam intulit, illa apud quemvis alium.

EXPOSTULATUS, a, um, part. ab *expostulo*, enixe postulatus, et cum criminatione. *Tac. H.* 1, 73. Expostulata ad supplicium Galvia Crispinilla.

EXPOSTULATUS, us, m. expostulatio. *Symmach. ep.* 9, 13. Expostulatus modum facere.

EXPOSTULO, as, avi, atum, a. 1. *ἔκτασις*, vehementer postulo, querela adhibita, aut criminatione. Quid a *postulo* differat, ex *Donato* in *EXPOSTULATIO* est dictum. *Cic. Fam.* 5, 2. *med.* Lenis a te, et facilis existimari debeo, qui nihil tecum de his ipsis rebus expostulem. *Id. Sull.* 15. Iracundius et vehementius expostulare. *Ter. Andr.* 4, 1, 15. Ad eam ne ad eum, et cum eo injuriam hanc expostulem? [\**Ruhnck.* ad h. l.] *Pl. Mil.* 3, 1, 102. Obstetrix expostulavit mecum, parum missum sibi. *Tac. A.* 13, 37. Mittebat oratores, qui suo nomine expostularent, cur, redintegrata amicitia, vetere possessione depelleretur. *Cic. Tusc.* 5, 5. Expostulare et queri, se esse relictum. *Id. Planc.* 24. Ne illum quidem Juventium tecum expostulavi, quem etc., h. e. non accusavi factum Juventii, illudque falsum esse, ostendi. [\**Ulp. Dig.* 1, 12, 8. Servos de dominis querentes audiatur praefectus urbi, non accusantes dominos, sed si verecunde expostulent.] P Pro simplici postulo, flagito. *Pl. Pers.* 4, 3, 25. Expostulare auxilium. *Cic. Rose. Com.* 17. Quidpiam expostulare ab aliquo, et impetrare. *Plin. Pan.* 75. Qua contentione, quo nisu, quibus clamoribus expostulatum est, ne affectus nostros, ne tua merita supprimeres? *Vell.* 2, 77. Expostulante consensu populi, pax inita. [\**Tac. A.* 1, 28. Tarda sunt quae in commune expostulantur.] *Tac. A.* 15, 17. Armeniam praesidiis vacuam fieri, expostulabat. Et 53. Primas sibi partes expostulare. *Id. ib.* 12, 46. Ut Iberi obsidio decedant, expostulat. *Id. H.* 1, 45. Expostulare aliquem ad supplicium, h. e. exposcere, deposcere. *Id. A.* 1, 19. Si tenderent in pace tentare, quae ne civillum quidem bellorum victores expostulaverint. *Colum.* 12, 2. Quo facilius, cum quid expostulabit usus, recipere possit.

[EXPOSTUS, a, um, adj. idem ac *epotus*, quam vocem vide. *Translate. Pl. Trin.* 2, 4, 5. *Les.* Quid factum est eo (*argento*)? *Stas.* Comesum, expotum, exunctum, elotum in balineis, h. e. com-

edendo, potando, exungendo, lavando consumptum. F.]

EXPRAEFECTUS, i, vel *Expraefecto*, qui praefectus fuit. *Inscr.* apud *Grut.* 151, 6. Exquaest. *Expraef. Praet.* etc. *Capitol. Maxim.* 20. Maximum Papienium *expraefecto* urbi, ignobilem genere, sed virtutibus clarum etc.

EXPRAEPOSITUS, i, vel *Expraeposito*, qui praepositus fuit. *Inscr.* ap. *Grut.* 152, 8. sub *Theodorico*, et 161, 1. sub *Justiniano*. *Expraeposito* sacri palatii.

EXPRAEOTORIUS, a, um, adj. *Inscr.* ap. *Grut.* 524, 8. C. Atucio Albano veterano *expraetorio* etc. *Alia* ap. *Mur.* 845, 6. Titius *Acceptus* veteranus *ex praet.* etc. Utrobique divisim legendum videtur *ex praetorio*, ita ut significetur miles veteranus *ex praetorianis*.

EXPRESSE, adv. presse, pressa manu. *Scrib. Comp.* 198. Oleo caldo subinde artus perunctos expressius fricare. P *Translate* est plane, aperte, significanter. *Auct. ad Her.* 4, 7. In praecipiendo *expresse* conscripta ponere oportet exempla. *Colum.* 11, 1. f. Quod ipsum *expressius* Hesiodus hoc versu significavit. *Plin. ep.* 2, 14. Ut mihi *Atilius* noster *expresse* dixisse videatur, sic pueros etc. *Val. Max.* 8, 7. n. 1. *extr.* *Demosthenes* cum artis, quam affectabat, primam litteram dicere non posset, vitium tanto studio expugnavit, ut ea a nullo *expressius* efferretur.

EXPRESSIM, adv. idem quod *expresse*. *Paul. Dig.* 46, 3, 98. *med.* Si hoc ipsum *expressim* agebatur. *Modest. ib.* 49, 1, 19. *Expressim* contra juris rigorem data sententia.

EXPRESSIO, onis, f. *ἔκτασις*, actus exprimendi. *Vitr.* 9, 9. Ex tactu coeli, et expressionibus spiritus vocesque nasci. *Pallad.* 7, 7. Nobilius mel erit, quod ante expressionem secundam velut sponte profluxerit. *Vitr.* 1, 1. et 8, 7. Expressiones aquarum, h. e. quibus in altum aquae exprimuntur in aquaeductibus. V. EXPRESSUS, us. P *Praeterea* *expressiones* appellat idem *Vitr.* 4, 4. f. eminentes partes, seu prominentias in aliquo opere.

EXPRESSOR, oris, m. qui exprimit, et extrahit. *Tert. Apolog.* 46. Veritatis integrator et expressor.

EXPRESSUS, a, um, part. ab *exprimo*, premo elicitus, vi extractus, *ἔκτασις*. *Cic. Div.* 2, 19. Si nubium conflictu ardor *expressus* se emiserit, id esse fulmen. *Plin.* 7, 44, 45. Fauces intortae, et *expressus* per aures sanguis. *Id.* 31, 3, 23. Aqua *expressa* in altum. (Adde *Or. A.* Am. 1, 82.) [\**Voss.* ad *Caes. B. G.* 7, 22. B. C. 2, 9. *Burm.* ad *Or. l. c.*] *Id.* 12, 28, 63. Succus nuci *expressus*. *Id.* 20, 1, 2. Succus *expressus* e semine. Et 13, 1, 2. Oleum amygdalis amarum *expressum*. *Lucr.* 5, 488. *Expressus* de corpore sudor. P Item *pressus*, *compressus*. *Plin.* 31, 11, 47. Spongiae *expressae* inter duas tabulas. *Id.* 29, 2, 9. Lana ex vino vel aceto *expressa*. *Id.* 12, 27, 60. Olea adhuc alba *expressa*. Adde *Colum.* 6, 11. P Item *exstantes*, eminentes, prominentes. *Cic. N. D.* 1, 27. Species *Deorum*, quae nihil concretum habeat, nihil solidi, nihil *expressi*, nihil eminentis: sitque pura, levis, perlucida. *Quint. proem.* 8. Corpora sana, et exercitatione firmata et colorata, et adstricta, et lacerata *expressa* sunt, h. e. exstantes habentia laceratorum toros. [\**Id. Inst.* 2, 4. *Expressus* omnibus membris infans. P *Col. R. R.* 4, 4, 1. *Expressi* anguli, sunt recti atque opponuntur curvaturis oblique rotundis, quales in alveis.] P *Translate* est extortus, erutus. *Cic. Verr.* 2, 2, 69. Pecunia vi *expressa* et coacta. *Suet. Galb.* 10. *Expressa* cruciatu confessio. *Liv.* 8, 2. Deditioem ultima necessitate *expressam* aspernari. P Item manifestus, apertus, evidens, quasi exstantibus lineamentis formatus. *Cic. Coel.* 5. Habuit *Catilina* permulta maximarum non *expressa* signa, sed adumbrata virtutum. [\**V. Beier.* ad *Cic. Off.* 3, 17. p. 310.] *Id. Rose. Am.* 22. Exstant oportet *expressa* sceleris vestigia. *Petr. Sat.* 118. Curandum ne sententiae emineant extra corpus orationis *expressae*, sed intexto vestibus colore niteant. *Cic. Off.* 3, 17. Nos veri juris germanaeque iustitiae solidam et *expressam* effligem nullam tenemus: umbra et imaginibus utimur. *Quint.* 9, 4. f. In proemiis plerumque summissi, in narratione pleni atque *expressi*, in argumentis citati. *Cic. Fam.* 1, 7. f. Haec profecto vides quanto *expressiora*, quantoque illustriora futura sint. P Item imitando formatus, descriptus, delineatus. *Curt.* 3, 3. *Deorum* simulacra ex auro *expressa*. *Plin.* 35, 2, 2. *Expressi* cera vultus. *Id. ib.* 12, 44. Hominis imago gypso e facie ipsa *expressa*. *Pl. Pseud.* 1, 1, 54. Reliquit *expressam* in cera ex anulo suo imaginem. *Hor. Ep.* 2, 1, 248. Nec magis *expressi* vultus per aenea signa, quam per vatis opus mores animique virorum *Clarorum* apparent. *Cic. Pl.* 22. Fateantur in *Maecandrii* persona *expressam* faciem civitatis. *Id. Arch.* 6. f. Multas nobis ima-

gines fortissimorum virorum *expressas* scriptores Graeci et Latini reliquerunt. *Id. Or.* 3, 12. *extr.* Vicia imitatione ex aliquo *expressa*. *Id. Arch.* 12. Consiliorum ac virtutum effigies summis ingeniiis *expressa* et polita. [\**V. Wunder.* ad *Cic. pr. Planc.* 12, 29. p. 101.] *Id. Att.* 9, 15. Omnem illius, meumque sermonem, omnibus verbis *expressum*, statim mittam. *Id. Leg.* 2, 5. *extr.* Lex est justorum injustorumque distinctio, ad illam antiquissimam *expressa* naturam, ad quam, etc. *Plin. ep.* 5, 15. Cornuto autem quid melius, quid sanctius, quid in omni genere laudis ad exemplar antiquitatis *expressius*? P *Graeca* constructione. *Val. Fl.* 1, 398. casusque tuos *expressa*, Phalere, Arma geris, h. e. quae casus tuos insculptos descriptosque habent. Et 2, 655. Pocula bellorum casus *expressa* recentum. P *Expressa* arbusto convicia, ap. *Hor. Sat.* 1, 7, 29. sunt petita, deducta, hausta ex more vinitorum, et rusticorum. P Est etiam ab uno in alium sermonem translatus. *Ter. Ad. prol.* 11. Verbum de verbo *expressum* extulit. *Cic. Fin.* 1, 2. Fabelas Latinas ad verbum de Graecis *expressas* legere. P Item distincte prolatus. *Id. Off.* 1, 37. Sonus erat dulcis: litterae neque *expressae*, neque *oppressae*, ne aut obscurum esset, aut putidum. (Hoc loco in vitio ponitur: in laude *Quint.* 1, 11. Vicia, si qua sunt, oris emendet, ut *expressa* sint verba, ut suis quaeque litterae sonis enuncientur.) *Plin.* 10, 42, 59. Minor nobilitas, sed *expressior* loquacitas generi *picarum* est. P [\*Item apud *Jctos*, est disertis verbis declaratus. *Ulp.* in *Dig.* 23, 3, 21. *Expressa* conditio: opponitur tacita.]

EXPRESSUS, us, m. idem ac *expressio*. *Vitr.* 8, 7. *expressum* vocat violentum aquarum ascensum per fistulas. Ejus verba sunt: Ita per fistulas plumbeas aquam qui ducent, his rationibus bellissime poterunt efflicere et decursus, et circumductiones, et ventres, et *expressus*.

EXPRETÀ antiqui dicebant, quasi expertia habita. *Festus*. Est autem *expreta* per metathesin dictum pro *experta*: hoc vero ab *experta* factum per syncopen videtur. V. EXPERITUS. *Pl. Bacch.* 3, 3, 42. It magister quasi latina, uncto *expretus* linteo. Alii melius leg. *expletus*. Apud *Fest.* vero pro *expreta* leg. *expertia*, et pro *expertia* leg. *extra partem*.

EXPRIMO, is, essi, essum, a. 3. *ἐκπίπτω*, valde premo, comprimo, stringo. *Plin.* 11, 11, 12. Apes regias imperatoribus futuris extruunt separatas, tuberculo eminentes, quod si exprimatur, non gignuntur soboles. *Id.* 21, 18, 73. Rosae volia exprimere. *Or. A.* 3, 224. Venus madidas exprimit imbre comas. *Cels.* 4, 24. *med.* Spongia imposita, quae subinde ex oleo, vel aceto, vel aqua frigida exprimitur. P Item premo elicio, extraho. *Or. Met.* 12, 437. liquor rari sub pondere cribri manat, et exprimitur per densa foramina. [\**Pomp.* in *Dig.* 8, 3, 15. *Fistula* quae aquam latus exprimeret. Vid. quos laudavimus s. v. *Expressus*.] *Mart.* 7, 37. Exprimere rorantem frigore nasum, h. e. emungere. *Plin.* 6, 28, 32. *med.* Vinum palmis exprimere, oleum sesamiae, *palmis*, et *sesamiae* dativi sunt. Sic 27, 13, 109. Exprimitur succus radici. *Id.* 21, 19, 74. Succum flore exprimere. *Id.* 12, 26, 59. Ex malobathro exprimitur oleum ad unguenta. *Id.* 28, 9, 39. Medullae liquatae per linteae exprimuntur. *Tac. A.* 15, 57. Fasciae in modum laquei indidit cervicem, et spiritum exprimit. *Quint.* 8, 3. Pulcher aspectu athleta, cujus laceratos exercitatio *expressit*. P *Translate* est eliceret, extorquere. *Cic. Att.* 1, 19. f. Blanditiis ab aliquo nummulorum aliquid exprimere. *Suet. Vesp.* 4. et *Oth.* 5. Exprimere alicui pecuniam. *Liv.* 2, 13. *Expressa* est Romanis necessitas obsides dandi. *Id.* 25, 16. *extr.* Exprimere alicui confessionem. [\**Drak.* ad *Liv.* 4, 55, 1. *Interpp.* ad *Cic. pro Planc.* 6. p. 81. *Wund.*] *Lucan.* 6, 599. verum. *Caes. B. G.* 1, 32. Cum ab iis saepius quaereret, neque unam omnino vocem exprimere posset. [\**V. Oudend.* ad h. l.] *Curt.* 6, 7. *Expressit*, ut polliceretur. *Cic. Verr.* 2, 3, 47. *Expressi*, ut, conficere tabulas se, negaret. *Hirt. B. Alex.* 56. *Victoriae* nuncios laetitiam exprimebat. *Nep. Thras.* 4. Huic corona a populo data, quod amor civium, non vis *expresserat*, nullam habuit invidiam. *Plin. ep.* 4, 7. *extr.* Risum magis potest exprimere, quam gemitum. *Ter. Eun.* 1, 1, 23. Oculos terendo falsam lacrimulam vi exprimere. *Lucr.* 5, 1028. Utilitas *expressit* nomina rerum. P Significat etiam extollere, in altum educere, (cui contrarium est *deprimere*) ut fit in aquis, quae per angusta tubulorum fluere coactae, in exitu in altum ascendant. *Vitr.* 8, 7. *med.* Aqua exprimatur in altitudinem summi clivi. *Sen. Const. Sap.* 4. Quae nervo tormentive in altum exprimuntur. *Hirt. B. Alex.* 6. Aquae magnam vim ex mari rotis ac machinationibus exprimere. *Caes. B. G.* 7, 22. Turrium altitudinem, quantum has quotidianus agger *expresserat*, adaequabant. [\**V. Voss.* et *Oudend.* ad *Caes. B. C.* 2, 10.] P Saepe est effingere, imitari. *Hor. A. P.* 32. unguis *Exprimet*, et molles imitabitur aere capillos. *Plin.* 31, 14, 40.



Cum exprimere vellet Athamantis furorem, aes ferrumque miscuit, ut rubigine ejus per nitorem aeris relucente, exprimeretur verecundiae rubor. Et *ib.* 8, 19. n. 6. Alexandrum, amicorumque ejus imagines summa omnium similitudine expressit. Et 35, 12, 44. Hominis imaginem gypso e facie ipsa exprimere. Et *ib.* 61. Meconites gemma papaver exprimit. Et *ib.* 61. Idaei dactyli pollicem humanum exprimunt. *Tac. Germ.* 17. Vestis stricta, et singulos artus exprimens. P Translate. *Auct. ad Her.* 4, 49. Exprimere et effingere verbis corporis cuspis formam. *Cic. Or.* 2, 43. Exprimere oratione mores alicujus. *Id. Fin.* 2, 2. f. Diligenter exprimi oportet, quae vis subjecta sit vocibus. *Id. Or.* 3, 4. In Platonis libris omnibus fere Socrates exprimitur. Et *Rabir. Post.* 2. Tum magnitudine animi, tum liberalitate vitam patris et consuetudinem expresserat. [\**Cic. Arch.* 9. Mithridaticum bellum ab eo expressum est, h. e. ita descriptum, ut quasi rebus ipsi interesse nobis videamur. Exprimere enim ubi de scriptore ponitur, hanc involvit notionem, ut significet fidam imaginem quasi ante oculos ponere. Hinc est: accurate describere, et opponitur saepe iis quae adumbrata sunt, ut *Cic. Tusc.* 3, 2. V. *Graec.* ad *Cic. Sull.* 18.] P Pro explicare, manifestare. *Suet. Aug.* 86. Sensus animi quam apertissime exprimere. *Plin. ep.* 5, 16, et 10, 2. Exprimere verbis non possum, quantum etc. P Et absolute. *Vell.* 2, 124. Quid tunc homines timuerint, mihi exprimere non vacat. *Plin. ep.* 5, 15. Exprimere non possum, quanto sim gaudio affectus. *Id. ep.* 9, 26. Sunt enim maxime periculosa, utque Graeci magis expriment, παράβολα. Et *ep.* 4, 30. f. Mihi abunde est, si satis expressi. P Exprimere aliquid ap. Jctos saepe est disertis verbis palam aperteque significare, declarare, demonstrare. *Julian. ib.* 34, 5, 14. med. Si quis interroget, eorum quid, quae tibi obijciuntur, fecisti? ille neget; hoc exprimit, eorum quid, quae obijciuntur, non feci, id est nihil horum feci. *Ulp. Dig.* 32, 1, 11. ued. Haec verba non satis exprimentur fideicommissum. [\**Ulp. in Dig.* 48, 5, 25. In patre id servandum quod in marito expressum est.] *Modest. ib.* 31, 1, 34. Exprimere testimonio, a quibus legata praestari velis. Plura vid. ap. *Brisson.* de verb. sign. s. v.] P Exprimere etiam dicuntur, qui ex una in aliam linguam transferunt. *Plin. ep.* 4, 18. Quaedam epigrammata aemulari Latine, et exprimere tentavi. *Cic. Acad.* 4, 10. Κατάλειπον, verbum e verbo exprimentes, comprehensionem dicemus. V. EXPRESSUS, a, um. P Et qui distincte verba proferunt. *Plin.* 11, 37, 65. Septimo ferme anno lingua sermonem exprimit. *Cic. Or.* 3, 11. Exprimere litteras putidius, aut obscurare negligentius. *Quint.* 9, 4, et 11, 3. Exprimere verba. P [\*Confunduntur *Exprimere* et *Expromere*. *Drak. ad Liv.* 34, 61, 8.]

\*EXPROBRABILIS, e, adj. *Vulg. Interpr. Pro.* 18, 1. B. A.

EXPROBRATIO, onis, f. ἐπιδοξία, actus exprobrandi. *Ter. Andr.* 1, 1, 17. Istaec commemoratio quasi exprobratio est immemoris beneficii. *Just.* 38, 9. Exprobratio levitatis puerilis. Et 1, 8. Exprobratio crudelitatis. *Plin.* 19, 4, 19. n. 3. Gari desideria etiam in exprobratione erant. P Cum dativo. *Liv.* 23, 35. Ne qua exprobratio cuiquam veteris fortunae discordiam inter ordines sereret.

EXPROBRATOR, oris, m. qui exprobrat. *Sen. Ben.* 1, 1. Exprobratores, et exactores. *Id. Controv.* 3, 21. f. Oderant me patres, quasi publici mali segregem exprobratorem.

EXPROBRATRIX, icis, f. quae exprobrat. *Sen. Ben.* 7, 22. Ut haec nimia et exprobratrix memoria subsideret, oblivisci eum, qui dedit, jussimus.

EXPROBRATUS, a, um, part. ab *exprobro*, vitio tributus. *Plin.* 2, 63, 63. extr. Velut exprobrato furore.

EXPROBRO, as, avi, atum, a. l. ἀρεσίζω, beneficium alteri obijcio: item vitio quidpiam tribuo, probro obijcio. *Cic. Amic.* 20. Aut queruntur semper aliquid, aut etiam exprobrant. Et *ib.* 20. Odium genus hominum officia exprobrantium. *Liv.* 37, 49. Prope exprobrantes virtutem suam in Philippi bello. [\*Exprobrare aliquid in aliquo. *Cic. de Or.* 2, 75. Exprobrare in adversariis. *Drak. ad Liv.* 28, 45, 5. Ap. *Liv. Gronov.* bis legi vult Exprobrare aliquid in aliquem. V. *Drak. l. c.*] *Cic. Fam.* 5, 15. Litterae ipsae quasi exprobrare videntur, quod in ea vita maneant, in qua etc. *Id. Verr.* 2, 5, 50. Num casus bellicos tibi exprobrare, aut obijcere videor? *Nep. Epam.* 5. Desine de uxore mihi exprobrare. [\**Sen. Cons.* ad *Helv.* 16. Nunquam te foecunditatis tuae, quasi exprobraret aetatem, puduit.] *Tac. A.* 1, 44. Supplices, et vera exprobrati fatentes orabant, puniret noxios etc. [\**Flor.* 3, 2, 6. Exprobrare vitorum hostibus domitis, se. tropaea erigendo.]

EXPROMISSIO, onis, f. actus expromittendi, serio facta promissio. *Ulp. Dig.* 4, 3, 7. §. 8. Si patronus nolit expromissionem ipsum manumissum accipere. Ita *Haloand.*, alii rectius *expromissorem*.

EXPROMISSOR, oris, m. qui pro se, vel pro altero quocumque modo promittit: expromissor autem est plus quam fidejussor, nam hic, nisi excusso debitore, conveniri non potest; ille vero potest, quia totam obligationem in se recipit: fidejussor porro idem est ac appromissor. *Ulp. Dig.* 42, 1, 4. Idoneum expromissorem habere. *Cajus ib.* 18, 1, 53. Expromissore, aut pignore dato. *Adde Ulp. ib.* 4, 3, 7. §. 8.

EXPROMITTO, is, isi, issum, a. 3. ἐγγυώμαι, idem quod promitto, recipio vel pro me, vel pro altero: ex enim auget. *Varr. R. R.* 2, 2. Cum emptor dixit: tanti sunt mi emptae? et ille respondit, sunt: et expromisit nummos. Al. perperam leg. *exprompsit. Ulp. Dig.* 23, 3, 36. Debitor mulieris, jussu ejus, pecuniam viro expromisit. *Paul. ib.* 16, 1, 22. Si mulieri dederim pecuniam, ut eam creditori meo solvat, vel expromittat. [\*Accurate de h. v. exposuit *Gesner.* in *Ind. Script. R. R. s. v.* *Adde Brisson.* de verb. signi. s. v.]

\*EXPROMO, as, a. l. *Apic.* 6, 2. Rupes quocumque ut expromari possint, levabis de olla. Ubi *Salmas. Exercit. Plin.* p. 255. legere vult *exbromare*, h. e. purgare, depurare molesto odore et sapore, qui βρόμος est. Cf. *Bromosus*, a, um. B. A.

EXPROMO, is, ompsi, vel omsi, omptum, vel ontum, a. 3. extra promo, depromo, effero, educo, προφέρω. *Pl. Mil.* 3, 2, 18. Heminas octo exprompsi in urceum. *Plin.* 10, 72, 93. Simia condidit in thesauros maxillarum cibos, mox inde sensim ad manducandum manibus expromit. *Plaut. Mil.* 3, 1, 72. Vel hilarissimum convivam hinc indidem expromam tibi. *Virg. A.* 2, 280. moestas expromere voces. P Translate. [\**Ter. Andr.* 4, 3, 8. Expromere malitiam atque astutiam.] *Cic. Att.* 2, 12. Deinde suum exprompsit odium. *Id. Mil.* 13. In meo inimico crudelitatem exprompsisti tuam. *Id. Cat.* 2, 10. Quorum omnis industria vitae, et vigilandi labor in antelucanis coenis expromitur, h. e. profertur, adhibetur. *Id. Or.* 36. Cum causa ea incidit, in qua vis eloquentiae possit expromi. *Sen. Troad.* 106. Nunc vires exprome dolor tuas. *Catull.* 65, 3. Nec potis est dulces Musarum expromere fetus Mens animi, h. e. edere. *Pl. Mil.* 4, 2, 64. Exprome benignum ex te ingenium. *Id. Bacch.* 4, 4, 9. Ubicumque opus siet, pectore expromat suo. P Saepae significat exponere, narrare, enunciare, dicere. *Cic. Div.* 2, 72. Conferre causas, et quid in quamque sententiam dici possit, expromere. *Ter. Haut.* 3, 3, 14. Expromere occulta sua apud aliquem. *Catull.* 64, 223. multas expromam mente querelas. *Tac. A.* 12, 9. Expromere sententiam. *Ob. Fast.* 3, 725. causas. *Liv.* 29, 1, et *Curt.* 4, 10. Quid sentiret, expromere jubet. [\**Exempla plurima ex Liv. collegit Drak. ad Liv.* 39, 12, 4.] *Tac. A.* 16, 1. Expromit repertum in agro suo specum altitudine immensa. P [\*Confunduntur a librariis *Expromere* et *exponere*. V. *Burm.* ad *Quint. decl.* 12, 4. p. 244. *Drak. ad Liv.* 7, 31, 8. *Oudend.* ad *Caes. B. G.* 1, 32. *Expromere* et *Exprimere*. *Drak. ad Liv.* 34, 61, 8.]

\*EXPROMTO vel Exprompto, as, (frequent. ab *expromo*) i. q. expromo. *Fulg. de contin. Virg. in.* Sed ut sciam, me non Arcadicis expromtate fabulam auribus, i. e. narrare. Et paulo ante: Mens expromtate desiit quae didicit, h. e. tamquam e penu quodam memoriae expromere. B. A.

EXPROMPTUS, vel Expromptus, a, um, part. ab *expromo*, in medium prolatus. *Ter. Andr.* 4, 3, 8. Nunc opus est tua mihi ad hanc rem exprompta malitia, atque astutia. [*Front. de eloq.* (ed. *A. Maio*) p. 234. Thersitae verbis exprompta sententia. F.]

EXPROPERATUS, a, um, part. ab *inquit. Expropere*, valde properatus. *Inscr. ap. Grut.* 669, 10. Hic Aquilae cineres miserabilis urna sepultos Contegit: et fatis expropereata nimis Occidit infelix etc.

\*EXPROPTIO, as, a. l. ἐξίκαοκομου *Gloss. Gr. Lat.* B. A.

EXPROMIUS, i, m. qui proximitus dignitate functus est. *Imp. Theod. et Valent. Cod.* 12, 9, 1. Hoc beneficium ad proximos etiam sacrorum seriniorum, et expromis volumus propagari.

EXPUDORATUS, a, um, part. ab *inquit. expudoro*, qui omnem pudorem exiit. *Petr. Fragm. Trag.* 39. *Burm.* Habet frontem expudoratam.

EXPUGNABILIS, e, adj. ἐπιπολέμητος, qui expugnari potest. *Liv.* 33, 7. Urbs terra marique expugnabilis est. P Translate. *Stat. Th.* 4, 836. de fluvio: tuus et nulli ruis expugnabilis astro, h. e. nulla canicula exsiccare potes. *Id. ib.* 9, 103. situ non expugnabile robur, h. e. quod corrumpi non potest.

EXPUGNATIO, onis, f. ἐπιπολέμησις, actus expugnandi. *Cic. Manil.* 5. Ut ipsorum adventus in urbes sociorum non multum ab hostili expugnatione differant. *Id. Att.* 11, 23. Nocturnae (aedium) expugnationes. *Caes. B. G.* 7, 36. De expugnatione urbis desperavit. *Suet. Claud.* 21. Edidit in Martio campo expugnationem direptionemque oppidi. *Vell.* 2, 98. Gentes ferocissimas nunc

acie, nunc expugnationibus in pristinum pacis redegit modum.

EXPUGNATOR, oris, m. πολιορκητής, qui expugnat. *Cic. Inv.* 1, 50. Expugnator urbis. *Plin.* 7, 38, 39. Rex Demetrius, expugnator cognominatus. πολιορκητής. P Translate. *Cic. Verr.* 2, 1, 3. Non adulterum, sed expugnatorem pudicitiae. *Stat. Th.* 4, 363. pecoris lupus expugnator opimi.

EXPUGNATORIUS, a, um, adj. ad expugnandum pertinens. *Tert. Anim.* 57. Expugnatoria dominatio.

EXPUGNATUS, a, um, part. ab *expugno*, καταπολεμῶ, ut Expugnata moenia mundi, *Lucr.* 2, 1144. Loca multa expugnata, *Nep. Agesil.* 3. Mens expugnata fatiscit, *Stat. Th.* 4, 187. Tot militares viri cum tot cohortibus expugnati et capti, *Tac. Agric.* 41. Expugnata paupertas, *Petr. Sat.* 126. victa aucto patrimonio.

EXPUGNAX, acis, adj. omn. gen. qui valde expugnat. *Ob. Met.* 14, 20. sive aliquid regni est in carmine, carmen Ore move sacro; sive expugnacior herba est, Utere tentatis operosae viribus herbae. Al. leg. *expugnantior*.

EXPUGNO, as, avi, atum, a. l. καταπολεμῶ, pugnando vinco, aut capio. *Caes. B. G.* 2, 12. Id oppidum ex itinere oppugnare conatus, expugnare non potuit. Et *ib.* 3, 15. Singulas naves nostri consecrati, expugnaverunt. *Id. B. C.* 3, 55. Nonnullas urbes per vim expugnavit. *Curt.* 6, 6. med. Ad expugnandos eos, qui edita montium occupaverant, redit. Et 9, 4. Inclusos moenibus expugnat. [\**Flor.* 2, 2, 16. Expugnati Poeni toto mari.] *Just.* 3, 5. Messenii cum virtute non possent, per insidias expugnantur. *Id.* 7, 6. Thessaliam improvisus expugnat. *Tac. A.* 14, 25. Expugnare praesidium. *Pl. Ps.* 4, 7, 76. carcerem *Ter. Eun.* 4, 7, 3. aedes. P Translate. *Cic. Cluent.* 13. fortunae alicujus. *Id. Coel.* 20. pudicitiam. *Liv.* 37, 56. ad f. pertinaciam legatorum. *Colum. praefat. l.* 10. Propositum meum expugnavit frequens postulatio tua. *Mart.* 13, 123. Cum tua centenos expugnet sportula cives, h. e. tibi conciliet. *Flor.* 3, 1. Jugurta in Sc Mauro ipsos R. imperii mores expugnaverant, h. e. Sc Mauro pecunia corrupendo. *Cic. Parad.* 4, 1. Sapientis animum vincere et expugnare. *Id. Verr.* 1, 2. Nihil tam sanctum, quod non violari, nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia possit. *Plin.* 6, 27, 31. Fulmina id oppidum expugnare. *Id.* 5, 24, 20. Euphrates Taurum montem expugnat, h. e. irrumpit, perfringit, permeat. *Id.* 28, 10, 45. Lacte equino venena et toxica expugnantur. P Significat etiam vi obtinere, extorquere, pervincere. *Cic. Verr.* 2, 2, 52. extr. Certe aliqua ratione expugnasset iste, ut dies tollerentur. Et *ib.* 2, 1, 16. Quanta iste cupiditate illam sibi legationem expugnavit! *Pl. Bacch.* 4, 9, 7. Expugnavi herili filio aurum ab suo patre. *Petr. Sat.* 108. Aegre expugnavit, ut etc. P Reperitur etiam pro oppugno. *Stat. Th.* 6, 777. ut praiceps cumulo salit unda minantes In scopulos, et fracta redit; sic ille furentem Circuit expugnans. P Pro perficere. *Ob. Met.* 9, 617. Nam primum (si facta mihi revocare liceret) Non coepisse fuit, coepit expugnare secundum. [\*ad quem loc. *Burm.* se aliud hujus locutionis exemplum ignorare fatetur.] P *Expugnassere* pro *expugnatum esse*, prisco dicendi modo, est *Plauti Amph.* 1, 1, 54. Sin aliter sient animati, sese summa vi eorum oppidum expugnassere. P [\*Confunduntur a librariis *Expugnare* et *oppugnare*. V. *Duker.* ad *Flor.* 3, 18, 4, 2. *Drak. ad Liv.* 21, 57, 6. 40, 33, 9.]

EXPULSATUS, a, um, part. ab *expulso*, pulsatus, vexatus, afflicus. *Ammian.* 23, 6. Seleucia per duces expulsata, h. e. expugnata.

EXPULSIM, adv. antiqui dixerunt pro expellendo, ut *caesim* pro caedendo. *Varr. ap. Non.* 2, 281. Videbis pueros pila expulsim ludere.

EXPULSIO, onis, f. ἔξωσις, actus expellendi. *Cic. Parad.* 6, 2. Qui expulsiones vicinorum, qui latrocinia in agris etc.

EXPULSO, as, a. l. frequenter pulsando excutio: frequent. ab *expello*. *Mart.* 14, 46. Si me mobilibus scis expulsare sinistris, Sum tua: si necis, rustice, redde pilam.

EXPULSOR, oris, m. ἐλατήρ, qui expellit. *Cic. Quint.* 8. Iste homo acerrimus bonorum possessor, expulsor, ereptor, annuum, et sex menses nihil petit. *Nep. Dion.* 10. Expulsor tyranni.

EXPULSUS, a, um, part. ab *expello*. *Cic. Cluent.* 5. Expulsa atque exturbata filia. *Virg. A.* 1, 624. Finibus expulsus patriis. *Caes. B. G.* 4, 4. Expulsi agris. *Hirt. B. Alex.* 47. Classis ex illo sinu expulsa. *Senec. Med.* 900. Expulsus pudor. *Tac. A.* 12. Margarita expulsa colligere, h. e. ad litus ejecta. *Curt.* 9, 4. Navigia expulsa in ripam. *Ob. Trist.* 2, 2, 17. Procul expulsus.

EXPULTRIX, icis, f. quae expellit. *Cic. Tusc.* 5, 2. O vitae philosophia dux, o virtutis indagatrix, expultrixque vitorum!

EXPUMICO, as, a. l. pumice polio. *Tertull. adv. Valent.* 16. Ab omnibus injuriis passionis expumicat.

EXPUNDO. V. EXSPUNDO.  
EXPUNCTIO, onis, f. actus expungendi. *Tertull. Idol.* 16. Operae meae expunctio, h. e. praestatio. V. v. seq.

EXPUNCTOR, oris, m. qui expungit, et delet, *duoquens. Tertull. Or.* 1. Expunctor totius retro vetustatis.

EXPUNCTUS, a, um, part. ab *expungo*, delentus, amotus, expulsus. *Pl. Curc.* 4, 4, 29. Miles pulere centuriatus, expuncto in manipulo. P. Alio sensu *Hermogen. Dig.* 44, 3, 4. Reipubl. rationes subscriptae, et expunctae, h. e. dispunctae, examinatae, confectae. V. v. seq.

EXPUNGO, is, unxi, unctum, a. 3. *ἐξαιέω*, quod scriptum est, deleo. Hinc milites expungi dicuntur a militia, cum nomina eorum ex albo eraduntur, et ipsi a militia removentur: item iudices dicuntur expungi, quando amoventur a iudicando, velut erasi ex albo iudicium: id enim fiebat punctis circumscriptis: [vel, ut affirmat *A. Maius* in *praef. ad Cic. libr. de Rep.* p. 36., superne, raro inferne notatis. *F.*] *Pl. Cist.* 1, 3, 41. Volo persolvere, ut expungatur nomen, nequid debeam. [\**V. Salmas. de usur.* 6. p. 147.] *Papin. Dig.* 49, 16, 15. Ex causa desertionis notatus, temporis, quo in desertione fuit, stipendiis expungitur, h. e. privatur stipendiis ejus temporis. P. Translate est extrudere, expellere, loco movere. *Pers.* 2, 12. Pupillumve utinam, quem proximus heres Impello, expungam. P. Expungere rationes, est ultimam manum calculo imponere. *Hermogen. Dig.* 44, 3, 4. Republicae rationes subscriptae et expunctae, adversus eum quidem, qui administraverit, ultra viginti, adversus vero heredem ultra decem annos retractari non possunt. P. [\*Hinc ap. superiores scriptores omnino facere, perlicere. *Tertull. Apol.* 35. Effectum expungere. *Id.* 21. Adventus expunctus est, i. e. factus est. — Porro celebrare. *Id.* 35. Vota et gaudia Caesarum expungere.] P. Ap. *Pl. in suppositis Amph. Di. v. stram fidem*, v. 27. expungere gloriam partem, est auferre. P. Expungere milites, ap. *Tertull. Coron. mil. in. legitur* alio sensu, quam supra dictum est. Inquit enim: Proxime facta est liberalitas praestantissimorum imperatorum: expungebantur milites laureati, h. e. donabantur ab imperatoribus milites; eorum autem nomina, qui donativum accepissent, notabantur, ne bis quis acciperet. Atque hoc sensu saepe usum ipsum hunc auctorem, notant ibi interpretes. Sic apud *Suet. Claud.* 15. Decurias iudicum expungere, est discutere, et ordinare, qui retinendi essent, quive dimittendi, ducta metaphora ab expungendis rationibus; de quo modo diximus. Quo pertinet et illud *Senecae ep.* 9. f. Quam vocem tu boni consule, etiamsi hunc diem jam expunxi, h. e. persolvi quod hoc die debebam: atque adeo hujus diei nomen rationesque confeci. Et illud *Benef.* 4. s. f. Rejiciendi genus est, protinus aliquid invicem mittere, et munus munere expungere, h. e. beneficio accipiendo, dandoque paria facere. Et *Plin.* 2, 26, 24. Ausus est annumerare posteris stellas, ac sidera ad nomen expungere, h. e. descriptis astrorum nominibus, eorum singula veluti appellare, et eorum nominum rationes conficere. P. Expungere pro *pungere* legunt nonnulli apud *Mart.* 7, 83, et 8, 52., sed utrobique alii *expingere*. V. EXPINGO.

EXPUNDO. V. EXSPUNDO.  
EXPURGATIO, onis, f. actus expurgandi. *Pl. Amph.* 3, 3, 10. Habui expurgationem; facta pax est, h. e. excusationem. Adde *Merc.* 5, 3, 4. V. voc. seq.

EXPURGO, as, avi, atum, a. 1. *ἐξορθάω*, idem quod purgo, aut omnino purgo. *Colum.* 4, 23. Si trunci pars peraruit, aut cavata vitis est, dolabella convenit expurgare quidquid emortuum est. Et 2, 9. *med.* Cum amplior messis provenierit, quidquid exteretur, capisterio expurgandum erit. *Plin.* 26, 14, 87. Aristolochia sordida ulcera expurgat. *Id.* 23, 7, 64. Caprificus lepras, psoras, lichenas, lentiginas expurgat. P. Translate. *Hor. Ep.* 2, 2, 52. sed, quod non desit, habentem Quae poterunt unquam satis expurgare cicuta, Ni etc.? *Cic. Brut.* 74. Expurgandus est sermo. [\*sc. a barbarie et consuetudine inquinata loquendi.] *Pl. Capt.* 3, 4, 87. et *Mil.* 2, 6, 17. Me expurgare tibi volo. *Tac. A.* 16, 24. Requiritur objecta, et expurgaturum asseverans. *Gell.* 7, 3. Legatos miserunt, qui temeritatem quorundam popularium suorum deprecarentur, et fidem consiliumque publicum expurgarent.

EXPURGATUS, a, um, part. ab *expurgo*, putando caesus. *Colum.* 11, 2. in. Palos una opera cadere, et expurgatos acere centum numero potes.

EXPURTO, as, avi, atum, a. 1. *ἐξορτίω*, est ramos superfluos ex arboribus, vel sarmenta ex vitibus rescicare: ab *ex*, et *puto*. *Colum.* 3, 15. Velut veteranam vitem totam exputare. Adde 5, 6. *med.* P. Translate ponitur pro cogitare, mentem volvere, perpendere, ratiocinari. *Planc. ad Cic. Fam.* 10, 24. *med.* Quae mens eum, aut quorum consilia a tanta gloria avocarint, exputare non possum. [\*i. e. conjectando assequi non possum.]

*Pl. Trin.* 2, 1, 8. Sic faciam, opinor: utramque rem simul exputem, iudex sim.

EXPUTESCO, V. v. seq.  
EXPUTRESCO, is, utrius, n. 3. *καταπόθω*, penitus putrefio. *Pl. Curc.* 2, 1, 26. Dum intestina exputrescunt tibi. Al. leg. *exputescunt*.

EXQUAERO, is, a. 3. idem ac exquiro. *Pl. Capt.* 2, 2, 43. Ego ex hoc quae volo, exquaesivero. *Id. Stich.* 1, 2, 50. Quid istuc est, quod huc exquaesitum mulierum mores venis?

EXQUAESTOR, V. in EXCONSULE.

EXQUILIAE, arum, f. plur. unus ex septem Urbis Romae collibus prope Viminalem, vicinos habens lucum Fagutalem, et lucum Mephitis, et Junonis Lucinae, ut *Varro L. L.* 4, 8. docet: adjectum urbi, vel cultu auctus a Servio Tullio, qui ibi quoque habitavit, teste *Liv.* 1, 44. Appellatur plurali numero, quia olim duo montes habiti, quorum alter Cispium mons suo antiquo nomine etiam nunc in sacris appellatur, inquit *Varr. ib.* Dictae sunt vel ab *excubiis* regis, vel ab eo, quod *excultae* a rege Tullio essent, (ex quo patet rectius *Excultas*, quam *Esquilias* scribi: quod tamen et ipsum frequenter invenitur in libris. V. EXQUILINUS) quam secundam etymologiam magis probat *Varr. ib.* priorem vero *Or.*, ubi ait *Past.* 1, 245. Adde quod excubias regi Romanus agebat, qua nunc *Esquilias* nomina collis habet. At fortasse nomen est derivatum ab *esculo*, qua arbore ille mons olim abundaret. [\*Neque forma *Esquilias* aspernanda est quippe quae antiquior videtur altera. V. *Schneider. Elementarlehre Tom. II.* p. 554.] *Prop.* 4, 8. Disce, quid *Esquilias* hac nocte fugarit aquosus, h. e. *Esquiliarum* incolas, metonymia, *agnosus* dicit, quia ad radices *Esquilini* montis locus erat humilis atque humidus. P. Nomen dederunt regioni Urbis, *Esquiliinae* dictae, item portae cognomini, unde via Praenestina incipiebat. P. Aliquando informis locus fuit, et sepulchris, atque ossibus cadaverum pauperiorum, et damnatorum seu projectis, seu combustis obsitus, ut notat *Hor. Sat.* 1, 8, 16., unde idem *atras* appellat *Sat.* 2, 6, 32. et *Esquilinas alites*, scilicet cadavera consectantes vultures, nominat *Ep.* 5, 100. et *Esquilinum veneficium*, *ib.* 17, 58. quod hujusmodi loca a veneficiis, et sagis frequentari solent. Postea vero purgatus, et excultus, et aliquot jugera donata Maecenati ab Augusto ad hortos extruendos. *Hor. Sat.* 1, 8. *cit.* et *Suet. Tib.* 15. Quare saluberrimus ad incolendum habitus est praesertim ob frigiditatem. Hinc *Juven.* 11, 50. Cedere namque foro jam non tibi deterius, quam *Esquilias* a ferventi migrare Suburra. P. Extremis *Esquiliis*, juxta Maecenatis tumulum Horatius sepulchrum habuit. *Auct. vitae Hor. f.*

EXQUILIARIUS, a, um, adj. *Esquilius*. *Liv.* 1, 48. Ut in collem *Esquiliarium* everteretur. Al. leg. *Esquiliarum*.

EXQUILINUS et *Esquilinus*, a, um, adj. ad *Esquilias* pertinens, ut *Esquilina porta*, *Esquilinae alites*, *Esquilinum veneficium*, de quibus V. EXQUILIAE. *Esquilina tribus* alii secunda, alii quarta ex urbanis, a loco nomen habuit. *Varr. L. L.* 4, 9., *Plin.* 18, 3. et *Inscr. ap. Grut.* 201, 10., 331, 7., et 391, 1., etc., in quibus modo per s scribitur, modo per x. *Quin ap. Liv.* 45, 15. etiam *Aesquilina* legere est in quibusdam libris. P. *Esquilinus campus* ad *Esquiliarum* radices extra portam *Esquilinam* fuit, in quo de noxiis supplicia sumebantur. *Tac. A.* 2, 32. In P. Marcium Coss. extra portam *Esquilinam*, more prisco, advertere. *Suet. Claud.* 25. Civitatem R. usurpantes in campo *Esquilino* securi percussit. P. *Esquilinus* fuit etiam cogn. R. ab incolatu nempe in *Esquiliis*, ap. *B. Borghes. N. Framm. de Fast. cons.* ad an. U. C. 296. L. Minucius P. F. *Esquilinus* Augustinus.

EXQUILIUS, a, um, adj. *Esquilinus*. *Or. Fast.* 2, 435. Monte sub *Esquilio*, etc.

EXQUIRO, is, sivi, itum, a. 3. *ἐξετάω*, diligenter inquiri. *Cic. Acad.* 4, 3. Neque nos studium exquirendi defatigati relinquemus. *Id. Manil.* 17. Exquirere veritatem. *Id. Verr.* 2, 4, 5. Noli ejus facta ad antiquae religionis rationem exquirere. *Pl. Aut.* 4, 10, 70. Exquire, sitne ita, ut ego praedico. *Cic. Deiot.* 15. Exquire de Blesamio, num quid ad regem contra dignitatem tuam scripserit, i. e. inquire ab aliis de Blesamio. *Suet. Cal.* 33. Exquisitum se vel fiduculis de Caesonia sua, cur, etc. h. e. a Caesonia, etc. *Ter. Hee.* 5, 2, 7. Exquirere cruciatu. *Cic. Att.* 7, 12. A te nihil certi exquiro, sed quid videatur. *Id. Div.* 2, 20. Cum ex te causas divinationis exquirerem. *Caes. B. G.* 3, 3. Concilio convocato, sententias exquirere. *Tac. A.* 6, 8. Exquirere abditos sensus alicujus. *Caes. B. G.* 1, 41. Itinere exposito per Divitiacum [\*i. e. explorato]. *Cic. Off.* 1, 41. Secum, et cum aliis, quid in eo peccatum sit, exquirere. *Id. Phil.* 4, 2. Singulares honores alicui exquirere, h. e. in aliquem conferendos. *Id. Tusc.* 5, 23. Mens rationibus agitandis exquirendisque alitur. *Pl. Capt.* 3, 4, 105. Satis istuc mihi exquisitum est, fuisse hunc servum. *Id. Amph.* 2,

1, 81. et 2, 2, 159. Mi istuc primum exposito est opus, h. e. opus est, me hoc exquirere. [\**Paul.* in *Dig.* 24, 3, 3. In exigenda et solvenda dote utriusque voluntas exquiritur, i. e. spectatur. *Id. ib.* 18, 7, 3. Heredis voluntas non est exquirenda.] P. Urbane. *Cic. Att.* 7, 18. Sed haec non nimis exquiro a Graecis, h. e. non exspecto, non postulo. P. [Partic. *Exquirens* ap. *Cic. Fat.* 1. Exquirentes ea consilia, quae ad pacem pertinerent. *F.*]

EXQUISITE, adv. *ἐξηραμένως*, ἀκριβῶς, diligenter perquirendo, atque adeo accurate, exacte, studiose, cum cura. *Cic. Brut.* 80. Cum de eo crimine accurate et exquisite disputavisset. Et 93. Exquisitius studere litteris. *Id. Tusc.* 1, 48. Rationes eae, quae exquisitius a philosophis colliguntur. *Quint.* 8, 2. f. Id demum eleganter atque exquisite dictum putant, quod interpretandum sit. *Gell.* 13, 7. Aristoteles libros de animalibus exquisitissime composuit. *Tiro Tull. ap. Gell.* 10, 1. Eam rem Pompejus exquisitissime retulit ad doctissimos civitatis.

EXQUISITIM, adv. idem quod *exquisite*. *Varr. ap. Non.* 11, 35. Aeger medicos exquisitim convocabas, ut convalesceres.

EXQUISITIO, onis, f. inquisitio, investigatio. *Imp. Justin. Cod.* 5, 9, 9. *extr.* Neque aliam in ea re requisitionem fieri. Adde *ib.* 7, 17, 1.

EXQUISITUS, a, um, part. ab *exquiro*, *ἐξηραμένως*, diligenter quaesitus, atque adeo eximius, singularis, excellens, lectus. *Cic. Or.* 1, 58. f. Ipsi omnia, quorum negotium est, consulta ad nos, et exquisita deferunt. *Id. Or.* 49. Verba legenda sunt bene sonantia, sed ea non, ut poetae, exquisita ad sonum, sed sumpta de medio. *Id. Brut.* 27. Semper habuit exquisitos et Graecia magistros. Et 79. Reconditae exquisitaeque sententiae. *Id. Off.* 1, 37. Uti exquisito iudicio litterarum. *Id. Fin.* 1, 9. Exquisitis rationibus quidpiam confirmare. *Id. Or.* 2, 41. Non est exquisitae artis praescribere, sed mediocris ingenii iudicare. *Id. Fin.* 1. in princ. Summis ingeniis, et exquisita doctrina philosophi. *Id. Brut.* 82. Accuratus et exquisitius dicendi genus. *Id. Phil.* 4, 3. Laudare quempiam exquisitissimis verbis. *Id. Off.* 1, 36. Munditia non odiosa, neque exquisita nimis. *Id. ib.* 3, 27. Ad crudelissimum hostem, et ad exquisita supplicia proficisci. *Plin.* 9, 35, 58. Exquisitis epulis saginari. *Id.* 6, 33, 39. Sententia exquisitissimae subtilitatis.

EXRADICATUS. V. ERADICATUS.

\*EXREGE, qui rex fuit. *Ammian.* 29, 1. Vadamarius exrege Alemannorum. Adde 26, 8. B. A.

EXROGARE, est ex lege veteri aliquid eximere per novam legem. *Festus.* V. ABROGO.

EXRUMINANS. V. EXGRUMANS.

EXSACRIFICIO, as, avi, atum, a. 1. idem quod sacrificio. *Vet. Poeta* ap. *Cic. Div.* 1, 21. Exsacrificabat hostiis balantibus.

EXSAEVIO et *Exaevio*, is, ii, itum, n. 4. saevire desino. *Liv.* 30, 39. Stetit ibi, dum reliquum tempestatis exsaeviret. [\*De plurimis quae jam sequuntur compositionibus, in quibus duplex est scriptura *exs* et *ex*, omisso s, omnino tenendum, rectius addi sibilum, quamquam minime negandum, etiam alterius scripturae exempla haud pauca in numis et inscriptionibus reperiri. V. qui accuratissime de hac re disputavit *Schneider. Elementarlehre der lat. Sprache. Tom. II.* p. 554. seqq. Haec in universum hic dicta sint; de singulis tum tantum verbo monebo, quam veterum grammaticorum testimonia afferri possint.]

EXSANGUINATUS et *Exanguinatus*, a, um, part. ab *inuit. exsanguino*, *exsanguis*, imbecillus. *Vitr. proem.* 8. Animalia si fuerint sine humoris potestate *exsanguinata*, et *exsucta*.

EXSANGUIS et *Exanguis*, e, adj. *ἀσπυγος*, sine sanguine, sive ex vulnere aut morbo, sive ex metu et pallore. *Virg. A.* 6, 401. *Exsanguis* umbrae, h. e. animae defunctorum. *Liv.* 29, 9. Ipsum hostiliter lacerant, et prope *exsanguem*, naso auribusque mutilatis, relinquunt. *Cic. Sext.* 37. Jacens et concisus plurimis vulneribus, extremo spiritu *exsanguis*, et confectus. *Id. Verr.* 2, 5, 49. *Exsanguium* corpora mortuorum. *Id. Pis.* 36. *Exsanguis* et mortuus concidisti. *Id. Sext.* 10. Homines enervati atque *exsanguis*. [\*Ubi *exsanguis* metaphorico sensu dictum de hominibus invalidis, qui ad agendum non facti sunt. Opponitur is, cui, quod *Stat. Th.* 6, 679. habet, collectus est sanguis. V. *Cort. ad Sall. Cat.* 39. *Garat. ad Cic. l. l.*] *Id. Har. resp.* 1. *Exsanguis* atque aestuans se excuria repente prorupit. *Virg. A.* 2, 212. Diffugiunt visu *exsanguis*. *Or. Met.* 9, 224. *Exsanguis* metu. Et *ib.* 4, 267. *Exsanguis* herbae. *Vet. Poeta* ap. *Cic. Tusc.* 3, 12. Lacrimae peredere humore *exsanguis* genas. P. Translate. *Auct. ad Her.* 4, 11. Aridum et *exsanguis* orationis genus. *Gell.* 13, 20. Muta, ut *urbis* dicas: nimis exilis vox erit, et *exsanguis*. *Auct. dial. de Orat.* 18. Calvum *Ciceroni* visum *exsanguem* et attritum. *Hor. Ep.* 1, 19, 18. *Exsanguis* cuminum, h. e. quod pallidus et *exsanguis* reddit, ut *Plin.* 20, 14, 57. docet.

Sic Claud. in Ruf. 2, 130. exsanguis Rufinum perculit horror. Ov. Met. 15, 627. Pallidaque exsanguis squalebant corpora tabo. Id. Trist. 3, 1, 55. Aspicias exsanguis chartam pallere colore? Stat. Th. 11, 323. exsanguis erudescunt luctibus anni, h. e. anni senectutis. Et ib. 5, 325. Exsanguis imperium, et moestam sine culmine Lemnon, h. e. ubi domini occisi.

EXSANIO, as, a. 1. saniem extraho, ἐκπίνω. Cels. 5, 27. in. Si sal aridus vulneri imponitur, superque id duobus digitis verberatur, exsaniat enim. Colum. 12, 53. de salsura carnis: Compositis tergoribus aut frustis vasta pondera imposito, ut exsanietur. [\*Col. R. R. 12, 57, 2. Cum exsaniaveris sinapi. Quod animadvertente Schneid. in Ind. Scribon. Compos. 1, 9., excastratum dicit; Coel. Aur. Tard. 4, 8. exsuccatum.] P Translate. Id. ib. 47. Patimur pondere pressam baccam velut exsaniari. Et 55. Ut omnem amaritudinem et pallorem exsaniat, h. e. emittat, et purgetur.

EXSARCIO et Exarcio, vel Exsercio, is, arsi, artum, a. 3. a sarcio, et fere ejusdem cum eo significationis. Festus: Exercent, sarcirent. Ter. Heaut. 1, 1, 91. Servos, nisi eos qui opere faciendo facile sumptum exarcirent, (vel, ut leg. Muretus, exercirent) omnes vendidi. Al. male leg. facile victum exercent. V. EXERCEO. Q. Cic. Petit. cons. 11. Cum id petitur, quod honeste promittere non possumus, belle negandum est, ut ostendas necessitudinem, demonstras, quam moleste feras, aliis te id rebus exsarturum esse, persuadeas. Al. leg. exacturum. Not. Tir. p. 131. Exsarcit, exarsit.

EXSATIATUS, a, um, partic. ab exsatio. Ov. Met. 8, 542. Parthoniae tandem Letoia clade Exsatiata domus. Curt. 9, 6. Exsatiatae laudi modum facere. Liv. 40, 28. Exsatiati cibo vinoque.

EXSATIO et Exatio, as, avi, atum, a. 1. idem ac satio, χορήγησις. Liv. 38, 54. Ne morte quidem alicujus exsatiari. [\*Tac. A. 3, 31. Patrum sanguine exsatiaret.] Sil. 7, 535. Multo cruore exsatiare enses. Stat. Th. 9, 14. Exsatiare tela.

EXSATURATUS, a, um, partic. ab exsaturatio, exsatiatus. Virg. A. 7, 296. odium exsaturata quievi. Cic. Tusc. 5, 35. Sardanapalus jussit incidere in busto: Haec habeo, quae edi, quaeque exsaturata libido hausit. Stat. Th. 6, 176. vulnere justo Exsaturata oculos.

EXSATURO et Exaturo, as, avi, atum, a. 1. exsatio, saturatio, χορήγησις. Cic. Verr. 2, 5, 26. Animum exsaturare alicujus supplicio. Ov. Met. 5, 19. Bellua exsaturanda visceribus meis.

EXSCALPO et Excalpo, is, psi, ptum, a. 3. scalpo, excavo, ἐγγύβω. Varr. L. L. 4, 32. Terram unde exscalperat, fossam vocabant. Quint. 2, 19. Si Praxiteles signum aliquod ex molari lapide conatus esset exscalpere. Al. leg. exscalpere. P Contraria significatione. V. in EXSCULPO.

EXSCALPTUS, a, um, partic. ab exscalpo, scalpendo excavatus. Cato R. R. 18. Foramina arborum excalpta digitos sex.

\*EXSCATURIO, is, n. 4. ἐξζέω. Gloss. Gr. Lat. B. A.

EXSCENDO, is, n. 3. κατὰβω, descendendo, de iis praesertim, qui navi in terram exeunt. Liv. 29, 11. Legati Asiam petentes, protinus Delphos cum exscendissent, oraculum adierunt. Al. leg. exscendissent. [\*Gronov. ad Liv. 8, 17, 9. hoc discrimen interesse statuit inter Escendere et Exscendere, ut illud sit sursum niti scandendo, hoc e navi descendere. Sed hoc non videtur probari posse. Verbum maluerunt dicere Escendere, substantiv. Exscensio. V. v. seq.]

EXSCENSIO, onis, f. κατὰβω, descensus, eorum praesertim, qui navi egrediuntur. [\*Notandum veteres nunquam dixisse Escensio, quanquam Escendere vulgare est. V. Interpp. ad Liv. 8, 17, 31, 29. Schneider. Elementarlehre Tom. II, p. 553.] Liv. 44, 10. f. Classis exscensionem ad populandum fecit. Id. 28, 8. Quinquaginta septem ad Erythras exscensionem fecit. [\*Liv. 31, 26, 5. Exscensionem a Paesto facientem, i. e. ab ea parte, ubi est Paestum. V. Tursell. Hand. p. 11.] Curt. 9, 4. Exscensione facta, ducenta stadia processit, depopulatusque regionem, etc. Adde Liv. 37, 17, ubi alii descensionem, et 27, 29., et 29, 28., et 8, 17., ubi alii excursionem reponunt: item 22, 20., ubi pro excensione ab navibus in terram facta, al. leg. exscensu facto.

EXSCENSUS, us, m. idem quod exscensio. V. in v. praec.

EXSCINDO vel Excindo, is, idi, issum, a. 3. αἴρω, excido, diruo, destruo. Virg. A. 2, 177. Excindere urbem telis. [\*Drak. ad Liv. 5, 15, 9.] Et ib. 12, 643. domos. Stat. Sil. 3, 1, 123. rupes et saxa necantia ferro. Caes. B. G. 7, 50. portas. Virg. A. 9, 137. Gentem aliquam ferro excindere. Tac. A. 2, 25. Populari et excindere. P Translate. Id. Agr. 19. Causas bellorum excindere. Plin. Pan. 34. excidisti intestinum malum, et provida severitate cavisti, etc. P Excidere pro excindere quidam leg. ap. Sil. 7, 643. ut sit a caedo: sed tunc excidere esset scribendum. P

[\*Verba Excindere et Excidere a librariis confunduntur. Gron. ad Sen. clem. 1, 1.]

EXSCREABILIS, e, adj. qui exscreari potest, ἐκπνέος. Plin. 20, 14, 55. Pulmonum vitia exscreabilia facit.

EXSCREATIO, onis, f. actus exscreandi cum vi quadam, ἐκπνέσις, ut Exscreatio sanguinis, Exscreatio cruenta. Plin. 27, 12, 91., et 28, 12, 53.

EXSCREATUS, us, m. idem quod exscreatio. Coel. Aur. Tard. 2, 11. Cum quodam excreatu despuitur.

EXSCREO et Excreo, as, avi, atum, a. 1. cum impetu et sonitu expuo, ἀποπνέω, ἐγγύβω. Plaut. in suppositis Amph. Tun' me macies, v. 7. Ut cum dentibus linguam exscrees. Ov. Her. 21, 24. Exscreat, et ficta dat modo signa nota. [\*Broukh. ad Tib. 1, 7, 36.] Cels. 4, 6. Per tussum exscreatur, si tolerabilis morbus est, pituita; si gravis, sanguis. [Plin. 24, 16, 92. Exscreantes pura. P Exscreare minime licebat in scena, ut constat ex Suet. Ner. 24. et Tac. A. 16, 4. F.]

EXSCRIBO et Excribo, is, psi, ptum, a. 3. describo, ex aliquo exemplari scribo, ἀπογράφω. Cic. Verr. 2, 2, 77. Tabulas in foro summa hominum frequentia exscribo. Varr. R. R. 2, 5. f. Exscribere de libris alicujus. Gell. 3, 3. Ex Plauti comedia duos versus exscribere. P De eo qui pingendo describit. Plin. ep. 4, 28. Magni aestimant in bibliotheca sua ponere imagines Cornelii Nepotis, et Titi Cassii; petique, si sunt istie, exscribendas pingendasque delegem. P Translate. Id. ep. 5, 16. f. Amisit filiam, quae non minus mores ejus, quam os vultumque referebat, totumque patrem mira similitudine exscriperat.

EXSCRIPTOR, oris, m. qui exscribit. Hinc Licinius ap. Cic. Fin. 1, 2. de Atilio ita loquitur: Ferreum scriptorem virum opinor, exscriptorem tamen, ut legendus sit. Alii tamen rectius leg. Ferreum scriptorem, verum, opinor, scriptorem tamen, ut legendus sit. Nihili igitur est vox exscriptor.

EXSCRIPTUS, a, um, partic. ab exscribo. Varr. R. R. 2, 5. f. Complura exscripta e Magonis libris. P Item simpliciter perscriptus. Pl. Rud. prol. 15. Eorum referimus nomina exscripta ad Jovem. Et 21. Bonos in aliis tabulis exscriptos habet.

EXSCULPO, is, psi, ptum, a. 3. διαλύω, perfecte sculpo. Cic. Att. 13, 28. Exsculpere aliquid e quercu. Quint. 2, 19. signum ex lapide. P Allegorice. Id. ib. 4. de ubertate eloquentiae: Materiam esse volo vel abundantiore: sit modo, unde excidi possit, et abund exsculpi. Erit autem, si non ab initio tenuem nimium laminam duxerimus, et quam caelatura altior rumpat. P Significat etiam extrahere, extorquere. Ter. Eun. 4, 4, 44. Possumne hodie ex te exsculpere verum? Lucil. ap. Non. 2, 262. Leoni esurienti ex ore exsculpere praedam. (hoc potest esse proverb. de re valde difficili.) Pl. Cist. 2, 2, 6. In quaestione vix exsculpi, ut diceret. P Ap. Nepotem sumitur pro delere quod insculptum est, abradere. Ita enim in Paus. 1. Cum tripodem aureum Delphis possidet, in quo erat haec sententia . . . hos versus Lacedaemonii exsculperunt. Al. leg. exscalperunt. P Exsculpere alicui oculos, ap. Ter. Phorm. 5, 7. in f. est ejicere. Alii tamen leg. excludere.

EXSCULPTUS, a, um, partic. ab exsculpo, exscalptus. Varr. R. R. 3, 9. In pariete exsculpta sint cubilia eorum. [\*ubi Colum. habet Excisa.] Et mox. Cubilia gallinarum in parietibus aut exsculpta, aut afficta firmiter.

EXSECO et Execo, as, ui, etum, a. 1. ἀποτέμνω, excido, extra seco. Cic. Att. 2, 1. med. Non minus esset probanda medicina, quae sanaret vitiosas partes reipublicae, quam quae exsecaret. Id. Cluent. 64. Armarii fundum exsecuit, et pecuniam abstulit. Colum. 5, 11. Serra exsecare. Cic. Sext. 65. Exsecare pestem aliquam, tanquam struam civitatis. Id. Agr. 2, 33. nervos reipublicae. [\*V. Interpp. ad Liv. 7, 39, 6.] Sen. ep. 78. med. Qui dum varices exsecandas praerberet. [\*Sen. Cons. ad Helv. 3. Velut aliena corpora exsecari patiuntur, ubi v. Gron. Paul. Dig. 50, 16, 132. Ea non peperit, cui mortuae filius exsectus est.] P Pro castrare. Mart. 6, 2. immeritis exsecuisse mares. [\*Adde Cic. N. D. 2, 24.] V. EXSECTUS. P [\*Hor. Sat. 1, 2, 14. Quinas hic capiti mercedes exsecat, h. e. interprete Porphy., primi mensis usuras capiti ipsius sortis statim amovet. V. Heind. ad h. l.] P Legitur etiam exsico. Pl. Rud. 1, 2, 34. Quin tu in paludem is, exsicasque arundines, qui pertegamus villam, dum sudum est? P Quidam hoc a sica deducunt, et paenultimam protrahunt. P [\*Perfectum est etiam Exsecavi. Cat. R. R. 42. Apponito in eum locum, unde exsecaveris in alterum genus, facitoque uti conveniat.]

EXSECRABILIS, e, adj. execratione dignus, detestabilis, κατὰφωτος. Val. Max. 1, 1. n. 15. Exsecrabile ac dirum solum. Plin. 9, 48, 72. Sed nihil exsecrabilius etc. P Item qui cum exsecra-

tione conjunctus est, ut Odium exsecrabile. Liv. 9, 26. Exsecrabile carmen, Id. 31, 17.

EXSECRABILITAS, atis, f. abominatio. Appul. Dogm. Plat. 2. p. 21, 5. Vitia pariunt exsecrabilitatem.

EXSECRABILITER, adverb. cum execratione. Augustin. Confess. 8, 7. Tanto exsecrabilius me oderam.

EXSECRAMENTUM, i, n. idem ac execratio. Tert. Apol. 22. et adv. Jud. 5., sed utrobique alii aliter leg.

EXSECRATIO, onis, f. ἀγά, κατάφα, actus execrandi, sacramenti genus, quo quis diras sibi, vel alteri imprecatur, si fallat. Cic. Off. 3, 13. Quod Athenis execrationibus publicis sancitum est. Id. Verr. 2, 5, 40. Ubi fides? ubi execrationes? ubi dextrae complexusque? Sall. Cat. 23. Humani corporis sanguinem in pateris circumtulisse, inde cum post execrationem omnes degustavissent, sicuti in solemnibus sacris fieri consuevit, aperuisse consilium suum. Cic. Sext. 7. Hunc Pompejus omni cautione, foedere, execratione devinxerat, nihil contra me esse facturum. Tac. H. 4, 15. Barbaro ritu et patriis execrationibus universos adigit. Adde Liv. 26, 25. P Et universim imprecatio, detestatio. Cic. Sext. 33. Exierunt malis omnibus atque execrationibus duo vulturii paludati. Id. Pis. 19. Thyesteia ita execratio est, ut tu naufragio expulsus etc. Tac. H. 3, 25. Saevissimi belli execratio. Plin. 19. proem. Nulla execratio sufficit contra inventorem. Suet. Claud. 12. Diris execrationibus incessere aliquem. [\*Interpp. ad Liv. 40, 56, 9.] Vell. 2, 22. Precatus Deos in execrationem Cinnae partiumque ejus.

EXSECRATOR, oris, m. qui exsecratur, et detestatur. Tertull. Pudic. 15. Exsecrator impunitatis. Adde August. ep. 166. f.

EXSECRATUS, a, um, partic. ab exsecror. Val. Max. 3, 2. n. 20. Seipsum et suos exsecratus. P Passive est exsecrabilis, κατὰφωτος. Cic. Phil. 1, 2. Eversio exsecratae columnae. Plin. 28, 2, 5. Exsecratissima auguria. Cato ap. Prisc. 8, 792. Exsules duo lege publica, exsecrati, κατὰφωθέντες, ut Prisc. exponit, diris devoti, ea ratione, qua in EXSECRATIO dictum est.

EXSECROR et Execror, aris, atus sum, dep. 1. κατὰφωτού, male alicui precor, diris devoevo, detestor, abominor: ab ex, et sacer, quasi, sacrum esse, et irae Deorum obnoxium declaro. Cic. Pis. 14. Exsecrari, et male precari. Et 40. Te oderunt, tibi pestem exoptant, te exsecrantur. Id. Tusc. 1, 44. Exsecratur Thyestes, ut naufragio pereat Atrous. [\*Cic. Legg. 1, 12. Socrates exsecrari eum solebat, qui utilitatem a natura sejunxisset, i. e. detestatum esse. Adde Off. 3, 3.] Liv. 30, 20. et 39, 51. extr. Exsecratus in se ac suum caput, quod militem Romam non duxisset. Sall. Cat. 49. Exsecrari consilia Catilinae. Just. 13, 1. severitatem nimiam et assidua belli pericula. Et 39, 1. superbiam regis. Liv. 1, 59. extr. Tullia domo profugit, exsecrantibus, quacumque incedebat, invocantibusque parentum furias viris mulieribusque. [\*Ulp. in Dig. 4, 7, 4, 1. Verecunda cogitatio ejus, qui litem exsecratur, non est vituperanda.] Or. Met. 5, 105. semianimi verba exsecrantia lingua Edidit. P Activa positione. Afr. ap. Non. 7, 45. Experjurabant, exsecrabant se ac suos. Confirmat Prisc. 8, 797. P Particip. Exsecrandus ap. Cic. Phil. 2, 26. Exsecrandus populo et detestabilis. F.] P \*Superl. exsecrandissimus ap. Salv. de Gub. 7, p. 284. B. A.

EXSECTIO, onis, f. ἀποκοπή, actus exsecandi, ut Exsectio linguae, Cic. Cluent. 67. et 64. Cum exsectio illa fundi in armario animadvertetur. Arnob. 5, 165. Exsectiones mammaram.

EXSECTOR, oris, m. qui exsecat, seu castrat. Appul. Met. 8. Detestabilis exsector virilitatis.

EXSECTUS, a, um, partic. ab exseco, amputatus, excisus, desectus, ἀπομήτος. Cic. Cluent. 66. Stratonem in crucem actum exsecta scitote lingua. Hor. Sat. 1, 5, 59. Frons cornu exsecto. Ulp. Dig. 28, 2, 12. Filius exsecto ventre editus. Plin. 8, 55, 81. Fetus ventri leporis exsectos, vel uberibus ablatos in cibatu habere. P Exsecti absolute dicuntur, quibus amputata virilia sunt. Hirt. B. Alex. 70. Neque interfectis amissam vitam, neque exsectis virilitatem restituere posse. Lucan. 10, 133. infelix ferro mollita juventus, Atque exsecta virum, graeca constructio. P Translate. Plin. ep. 2, 12. Quid enim miserius, quam exsectum et exemptum honoribus senatoriis, labore et molestia non carere? P [\*Confunduntur Exsectus et Efectus. Interpp. ad Liv. 7, 39, 6.]

EXSECTIO, onis, f. actus exsequendi, praestandi, perficiendi, ἀπεργασία. Plin. 35, 8, 34. Institutum operis exsectio. Tac. A. 3, 31. Executionem negotii suscipere, h. e. administrationem, et confectionem. [\*Id. Ann. 15, 25. Syriae exsectio Cincio permissa, i. e. administratio.] Front. Aquaed. f. Exsectio legis. Ulp. Dig. 47, 1, 1. Exsectio quorundam delictorum hereditibus data est, h. e. persecutio in iudicio, donec puniantur. Sic Id. ib. 50, 16, 131. extr. criminis, sive delicti

exsecutio. [\*Ulp. in Dig. 50, 16, 178, 2. Persecutionis verbo continentur extraordinariae, quae non habent juris videnarii executionem.] P Alio sensu. Sen. praef. 3. contr. Erat et illud in argumentatione vitium, quod quaestionem, non tanquam partem controversiae, sed tanquam controversiam implebat. Omnis quaestio suam probationem habebat, suam executionem, suos excessus, suas indignationes, epilogum quoque suum, h. e. amplificationem, qua pluribus verbis argumenta exsequiebatur. Id. ep. 52. f. Differam hoc in praesenti: desiderat enim propriam, et longam executionem, quemadmodum populo disserendum, quid sibi apud populum permittendum sit: requirit, ut longiore sermone prosequar explicando, quemadmodum etc. Plin. ep. 8, 14. Quae potestas referentibus, quod consentibus jus, quis dicendi modus, quae distinctio pugnantium sententiarum, quae exsecutio prioribus aliquid addendum, h. e. ratio exsequendi, et disserendi addendo priori sententiae aliquid.

EXSECUTOR, oris, m. qui exsequitur. Suet. Vesp. 14. Offensarum inimicitiarumque minime memor, exsecutorve, h. e. ultor. Vell. 2, 45. Clodius malorum propositorum exsecutor acerrimus. Et Appul. Met. 7. p. 197, 37. et Macer. Dig. 49, 1, 4. Ab exsecutore sententiae appellare non licet. Imp. Constantin. Cod. 8, 17, 7. Exsecutores a iudice dati ad exigenda debita ea, quae civiliter poseuntur. P [\*In Cod. Exsecutores litium dicti sunt viatores vel apparitores iudicum. V. Brisson. de verb. sign. s. v.]

EXSECUTUS, vel Exsequutus, a, um, part. ab exsequor. Cic. Att. 9, 12. Cur non omnes fatum illius exsecuti sumus? h. e. secuti. P Passiva significatione. Justin. 7, 3. Exsecuto regis imperio.

EXSENSUS, a, um, adj. qui est sine sensu. Unde exsensam mentem dixit Naevius ap. Gell. 19, 7. et Non. 4, 345, sed non est imitandus.

EXSEQUENS, entis, part. ab exsequor, qui exsequitur, studiosus. Gell. 10, 12. Favorinus philosophus memoriarum veterum exsequentissimus.

EXSEQUIAE, arum, f. plur. εἰρήνη, κήδος, ἐπιπομπή, pompa funeris, comitatus eorum, qui ad sepulchrum elatum cadaver sequuntur. Hinc Tac. H. 4, 62. Silens agmen, et velut longae exsequiae. Exsequor etiam comitandi ad sepulchrum significationem habet. Cic. Mil. 13. Clodii cadaver spoliatum imaginibus, exsequiis, pompa, laudatione. Id. Leg. 2, 17. Sepultura et iustis exsequiarum carere. Id. Quint. 15. Funus, quo amici conveniunt ad exsequias cohonestandas. Id. Cluent. 71. Prosequi exsequias funeris. Or. Fast. 2, 847. Ferre alicui exsequias. Albin. 1, 218. Exsequias alicui reddere. [\*Quint. Decl. 298. Persolvere.] Curt. 10, 5, Sil. 16, 306. et Plin. 8, 42, 64. Ducere exsequias alicui. Id. 11, 18, 20. comitari. Liv. 25, 17. celebrare. Virg. A. 7, 5. solvere. Suet. Tib. 32. frequentare usque ad rogam. Just. 38. f. et Or. Pont. 1, 9, 52. alicui facere regio more. Id. Fast. 4, 849. dare. [\*ubi Heins., quum aliud exemplum huius dictionis desideret, frustra lectionem mutare vult.] Id. ib. 2, 818. parare. Stat. Silv. 3, 3, 6. Exsequiis adesse. Justin. 9, 7. Currere ad exsequias. Tac. A. 3, 48. Mortem alicujus publicis exsequiis frequentare. Id. ib. 14, 9. Exsequiis vilibus cremare. Flor. 3, 20. Ducum funera imperatoris exsequiis celebrare. Plin. 10, 43, 60. Funus innumeris exsequiis celebratum, h. e. in numero comitatu. P [\*Apud recentiores scriptores ita ponitur, ut non pompa funebris, sed ossa, cineres, omnino reliquias mortui significet. Sext. Ruf. 22. Exsequias Romam deduxerunt. Eutr. 7, 18. Exsequias Neronis, quae humiliter sepultae fuerant, honoravit, ad quem loc. vid. Tschuck. Vir doct. in Miscell. Obs. T. X. p. 53. Wagner. ad Amm. Marc. 29, 2, 23.] P Ire exsequias, ap. Ov. Amor. 2, 6, 2. et Sil. 15, 395. est ire ad exsequias: ductum a formula vocandi ad exsequias, eujus maximam partem ita refert. Ter. Phorm. 5, 8, 37. Exsequias Chremeti quibus est commodum ire, hem, tempus est: ollus effertur.

EXSEQUIALIS, e, adj. ἐπιτάφιος, ad exsequias pertinens. Or. Met. 14, 430. Carmina jam moriens canit exsequialia cygnus. Stat. Theb. 11, 610. justa exsequialia.

EXSEQUIOR, aris, dep. I. exsequias facio. Varr. ap. Non. 2, 298. Ipsum propter vix liberti semiatrati exsequiantur.

EXSEQUIUM, ii, n. idem quod silicernium. Festus. V. SILICERNIUM.

EXSEQUOR, et Exequor, eris, equutus, et ecutus sum, dep. 3. ἀκολουθεῖν, ἐπιτελεῖν, idem quod sequor, vel usque ad finem sequor, subsequor. Cic. Phil. 2, 22. Exsequi fugam alicujus. Catull. 63, 15. Sectam meam exsequatae, duce me. Pl. Epid. 4, 2, 3. Quae examinata exsequitur ad spectum tuum. Cic. Att. 9, 12. Cur non omnes fatum illius exsequuti sumus? Id. Univ. 2. Aeternitatem exsequi. Liv. 5, 40. Suam quisque spem, sua consilia, communibus deploratis, exsequentes. P De iis, qui cadaver ad sepulchrum prosequuntur, unde

Exsequiae. Varr. ap. Non. 1, 235. Funus exsequuti laute ad sepulchrum. Al. leg. exsequiati, ut ad Exsequior pertineat. Massur. Sabin. ap. Gell. 10, 16. Funus tamen exsequi, non est religio. P Absolute Cic. vertens Euripidis versus Tusc. 1, 48. At qui labores morte finisset graves, Hunc omnes amicos laude et laetitia exsequi. P Est etiam persequi. Caes. B. G. 1, 4. Cum civitas ob eam rem incitata armis jus suum exsequi conaretur. [\*Hinc Exsequi est in iudicio persequi. Tryphon. in Dig. 34, 9, 22. Si ideo non sit exsecutus, quod ad libertatem pupillus pervenerit, i. e. si reum non peregerit. Sic exsequi causam, accusationem, actionem, injurias etc. Vid. Brisson. de verb. sign. s. v.] P Item ulcisci, Suet. Caes. 67. Delicta neque observabat omnia, neque pro modo exsequiebatur. Inscr. ap. Mur. 1043, 5. Julio L. F. Sergio Basso interfecto a latronibus Julius Valerianus frater mortem ejus exsecutus faciendum curavit. Liv. 3, 25. extr. Deorum hominumque simul violata jura exsequi. Et 5, 11. publicum privatumque dolorem. [\*Ulp. in Dig. 29, 5, 33. Si justum dolorem exsequenti domino non restiterunt. Vid. Gron. ad Liv. 1, 59, 1.] Plin. ep. 3, 4. injurias accusationibus. [\*Hyg. Fab. 119. Orestes studebat patris sui mortem exsequi. i. e. vindicare, ulcisci. Vid. Mueck. ad h. l. p. 211.] P Absolute. Sen. Ira 1, 12. Pater caedetur? defendam: caesus est? exsequar. P Item pergere, et quasi protelo continuare, et usque ad finem perficere, absolvere rem inchoatam. Pl. Men. 5, 2, 72. Inceptum hoc iter perficere exsequar. Id. Truc. 2, 5, 9. Nullam rem oportet dolose aggredi, nisi astute exsequare. Cic. Rab. Post. 2. extr. Id est difficile, quod cum magna spe sis ingressus, id non exsequi usque ad extremum. Liv. 30, 4. med. Incepta exsequi. Tac. A. 4, 29. Retraclus exsequi accusationem adigitur. Liv. 6, 14. Et 9, 16. Exsequiebantur quaerendo, ubi tantae rei furtum occultaretur. [\*Vid. Gron. ad Liv. 9, 3. Burn. ad Quint. Inst. 2, 4.] P Item praestare, facere. Cic. Phil. 9, 4. Exsequi mandata. Ter. Heaut. 4, 1, 22. imperium. [\*Ulp. in Dig. 43, 4, 3. Magistratus jure suae potestatis exsequi oportet decretum suum. Sic Exsequi iudicium, iudicium alienum, sententiam. Exempla vide ap. Brisson. de verb. sign. s. v.] Tac. A. 15, 53. destinata. Curt. 4, 3. jussa metu mortis. Id. 3, 4. Et 10, 7. consilium. Liv. 29, 25. ministeria. [\*Drak. ad Liv. 4, 28, 6.] Justin. 42, 1. ultionem. Curt. 3, 11. Jubet, quod is imperasset, impigre exsequi. Pl. Trin. 2, 2, 5. Exsequi sermonem cum alio. Cic. Sen. 10. extr. omnia regis officia et munera. Id. ib. 9. Quod si ipse exsequi nequeas, possis tamen Scipioni praecipere. Et 20. Munus officii exsequi, et tueri. Ter. Andr. 1, 5, 24. Quid primum exsequar? tot me impediunt curae, etc. Pl. Most. 3, 2, 17. Mihi exsequi certa res est hoc, ut abeam hinc ad forum. Tac. A. 15, 4. Partho ad exsequendas obsidiones nulla audacia. Curt. 8, 6. Occasio exsequendi sceleris. Cic. Off. 1, 23. In exsequendis negotiis. Pl. Pseud. 4, 2, 38. Exsequi mortem, h. e. sibi consciscere. [\*Alio sensu hac locutione usus est Hygin. V. supra.] P Item dicere, exponere, narrare, seu potius sequi, pergere, continuare dicendo. Liv. 35, 14. Quaerenti Africano, quem fuisse maximum crederet, respondisse etc. quaerenti deinde, quem secundum, dixisse etc. exsequenti, quem tertium etc. [\*Drak. ad Liv. 5, 15, 12. Gron. ad Liv. 9, 3, 11.] Cic. Fam. 11, 27. med. Habeo multa occultiora, quae vix verbis exsequi possum. Liv. 27, 27. f. Multos circa unam rem ambitus fecerim, si quae de Marcelli morte variant auctores, omnia exsequi velim. Curt. 7, 4. Consilium habes fidele, quod diutius exsequi supervacuum est. Suet. Galb. 3. Imagines et elogia universi generis exsequi, longum est. Liv. 3, 5. f. Exsequi subtiliter numerum. [\*ubi est inquirere, pervestigare. V. Gron. ad Liv. 9, 3. Ruhnck. ad Ter. Heaut. 3, 1, 26.] Plin. 20, 9, 33. laudes brassicae. Virg. G. 4, 1. Protinus aeri mellis coelestia dona Exsequar. Phaedr. 3, 10. Haec exsecutus sum propterea pluribus, Brevitate nimia quoniam quosdam offendimus. Tac. A. 3, 65. Exsequi sententias haud institui, nisi insignes. Id. ib. 4, 4. Quod mihi quoque exsequendum reor, quae tum copia in armis, qui socii reges etc. Gell. 2, 22. med. Sunt alii venti, quos ipse quoque exsecutus fui, nisi etc. h. e. recensuissim. P Item cogitando persequi, versare, meditari assequendi causa. Plin. 7. in. Si quidem exsequi omnia humanus animus queat. Liv. 35, 28. Quem locum ipse capturus esset, cogitando, aut quaerendo exsequiebatur. P Item subire, ferre, quasi sequendo subijci. Pl. Capt. 2, 1, 1. Si Dii voluerit, vos hanc aerumnam exsequi, decet id pati aequo animo. Id. Trin. 3, 2, 60. Egestatem exsequi. Id. Truc. 2, 5, 8. probrum. P Passive. Ulp. Dig. 2, 1, 19. Quaerebatur, an prioris iudicis sententia exsequi posset. Solin. 17. extr. Pardi noti satis, nec latius exsequendi. V. EXSECUTUS. P [\*Confunduntur Exsequi et Exaequare. Drak. ad Liv. 3, 39, 8.]

EXSERO, et Exero, is, rui, ertum, a. 3. ἐξέρω,

ἔγω, ἐξέρω, extraho, profero, emitto: ab ex, et sero. Liv. 7, 10. Gallus linguam ab irrisu exserens. Id. 8, 9. Manum subter togam ad mentum exserere. Plin. 9, 42, 67. Rana eminentia sub exserere. Plin. 9, 42, 67. Rana eminentia sub oculis cornicula turbato limo exserit. Or. Met. 13, 838. Caeruleo nitidum caput exserere ponto. Et ib. 10, 503. creverat infans, Quaerebatque viam, qua se exsereret. Id. Trist. 3, 12, 12. herba Exserit et tepida molle cacumen humo. Lucan. 5, 598. Corrus ab oceano caput exserit. Et 9, 438. Solum raras exserit herbas. Plin. 9, 32, 51. Cochleae exserentes se domicilio. Colum. 12, 56. Priusquam olustrum colicolum agat, radicem ejus exserito, h. e. evellito. Id. 8, 8. extr. Dum vincula exserere conantur, h. e. crura e vinculis. P Translate. Plin. ep. 8, 7. Sumam personam magistri, exseramque in librum tuum jus, quod dedisti. Sen. Herc. Oct. 255. Secreta mentis ore confuso exserit, h. e. exprimit. Phaedr. 1, 12. Laudatis utiliora quae contempseris Saepae inveniri, haec exserit narratio, h. e. aperit, exponit. Est qui legit asserit. Or. Fast. 1, 299. Credibile est, illos pariter vitiosisque locisque Altius humanis exseruisse caput, h. e. extulisse. Ita Sil. 1, 29. magnanimis Romam caput urbibus alte Exserere. P [\*Confunduntur a librariis Exserere et Exercere. Vid. sub h. v.]

EXSERTE, adv. vocem exserendo. Appul. Met. 1. p. 109, 33. Exserte clamitans. Tertull. ad Uxor. 2, 1. Jam non suadet, sed exserte jubet. [\*Amm. Marc. 16, 12, 46. Exsertius consurgebant, i. e. acrius se corripiebant, ubi Wagner laudat Casaub. ad Script. Hist. Aug. Tom. 1. p. 592.] Spart. Sev. 3. Tribunatum severissime exsertissimeque egit, h. e. exserendo jus omne, et potestatem. [\*Schol. Cic. Planc. (ed. A. Maio) p. 156. Quando pater ejus quaedam liberius et exsertius adversus quosdam primores senatus dixisset. F.]

EXSERTO, as, avi, atum, a. I. frequentativum ab exsero. Stat. Theb. 1, 412. tum vero erectus uterque Exsertare humeros, nudamque lacessere pugnam, h. e. detracta veste nudare. Virg. A. 3, 425. Scyllam Ora exsertantem, et naves in saxa trahentem, h. e. subinde undis proferentem.

EXSERTUS, et Exertus, a, um, partic. ab exsero, prolatus, extractus, e ductus. Virg. A. 1, 496. Aurea subnectens exsertae cingula mammae, h. e. nudatae et promiuenti. Plin. 9, 27, 43. Exserta per os lingua. Id. 11, 37, 61. Exserti dentes apro, elephanto etc. Liv. 8, 9. Manus subter togam ad mentum exserta. Or. Fast. 3, 814. Ensisibus exsertis bellica laeta Dea est. [\*Caes. B. G. 7, 50, 2. Dextris humeris exsertis animadvertentibus, i. e. humeris qui vestibus nudati erant. Vid. Vos. et Davis. ad h. l.] Stat. Achill. 1, 346. humeros exsertaque brachia velat, h. e. nuda. Sil. 8, 587. Exsertus humero, h. e. nudatus. Et cum accus. more Graecorum. Stat. Theb. 4, 235. Exserti ingentes humeros. Virg. A. 11, 649. Unum exserta latus pugna pharetrata Camilla, h. e. expapillata. Val. Fl. 2, 207. truces exserta manus. P Absolute. Lucan. 2, 543. exsertitque manus vesana Cethegi, h. e. alte cincti, brachia humerosque nudatos habentis, et expeditos ad pugnam. Stat. Theb. 9, 681. De Latona: saevix ubi quondam exserta sagittis Fecundam lasso Nioben consumpserat arcu. [\*Restituenda haec vox Veg. Mul. 1, 25, 6., observante Schneid. in Ind. Ser. R. R. Si articulus exsertus fuerit. i. e. de loco motus.] P Translate. [\*Appul. Met. 2, p. 35. ed. Pric. Exserti oculi, sc. quos palpebrae non tegunt. Vid. Davis. ad Caes. B. G. 7, 50, 2.] Stat. Silv. 5, 2, 38. quod tempus amicum Fraudibus, exserto quanam bona tempora bello, h. e. aperto Marti, et signis collatis. Pacat. Pan. ad Theod. 35. Quanto exsertiorem operam navabat tyranno frater, h. e. apertorem, acriorem, impensorem. P [\*Appul. Met. 1. p. 103, 15. Exsertus cachinnus, i. e. liberior.]

EXSIBILO, et Exibilo, as, avi, atum, a. I. ἐξοβίλλω, sibilum emitto, more anguim. Sen. Ira 3, 4. Tremantia labra, interdumque compressa, et dirum quiddam exsibilantia. P Translate. Petr. fragm. Trag. 64. Burn. Opposita ad os manu, nescio quid tetrum exsibilavit, quod postea Graecum esse, affirmabat. Prudent. perigr. 2, 175. Cui praetor ore subdolo Anguina verba exsibilat. P Est etiam sibilis explodere. Cic. Par. 3. f. Histrio si paulum se movit extra numerum, exsibilatur et exploditur. Adde Suet. Aug. 45. P Item ventorum flatu et sibilo foras asportare. Appul. Met. 5. p. 163, 20. Confestim praesentiam nostram gravata, propelli, et efflari, exsibilantique jusserit, h. e. venti sibilo asportari; nam ultra domum Psyches sorores ejus a Zephyro spirante fuerant asportatae.

EXSICCATUS, a, um, partic. aq. exsiccō, ἐξηραίνω, Cic. Div. 2, 14. Arbores hiemali tempore exsiccatae. Q. Cic. Fam. 16, 26. Lagenae furtim exsiccatae. P Translate. Cic. Brut. 84. Acutum, prudens, et idem sincerum, et solidum, et exsiccatum orationis genus, h. e. purgatum, defaecatum, castumque: cui opponitur nova, et quasi de musto ac lacu fervida oratio, ib. 83.

EXSICCESCO, is, n. 3. aridus fio. Vitruv. 2, 9. Uti per eam exsiccescat stillando succus.

EXSICCO, et Exiceo, as, avi, atum, [Illud rectius est. V. Cornut. ap. Cassiod. p. 2285. Schneider. Elementarlehre Tom. II. p. 555.] a. 1. omnino sicco, ξηραίνω. Plin. 18, 26, 65. n. 2. Sulcos insecuti aestus exsiccant. Gell. 12, 5. Cum vulnera ejus a medicis exsiccarentur. P. Jocosa translatione ponitur pro exhaurire. Hor. Od. 1, 31, 10. Dives aureis Mercator exsiccat culullis Vina. P. Translate. Sen. Q. N. 20. f. Ebrietas, donec exsicceatur, dementia est.

EXSICO. V. EXSECO.

EXSIGNATUS, a, um, part. ab exsigno, signatus, consignatus, obsignatus. Liv. 1, 20. Pontifici sacra omnia exsignataque attribuit.

EXSIGNIFER, eri, m. qui signifer fuit. Inscr. ap. Grut. 1159, 14. C. Senilio Pervinc. veter. exsignifero Leg. III. Italicae.

EXSIGNO, et Exigno, as, a. 1. signo, consigno, obsigno. Pl. Trin. 3, 2, 29. Omnia ego istie quae dixisti, scio; vel exsignavero, h. e. recensuro, consignavero.

[EXSILICA, seu exilica causa, quae adversus exsulem agitur. Festus. F.]

EXSILIO, et Exilio, is, lui, et lii, [\*Rectius Exsilio. Vid. quos s. v. Exsiccio laudavimus.] n. 4. ἐξουδίων, extra salio, prosilio, erumpo, me propio. Pl. Most. 5, 1, 16. Intra limen adstate illic, ut cum extemplo vocem, continuo exsiliatis. Id. Cas. 3, 5, 8. Quid est, quod haec huc timida atque exanimata exsiliit foras? Id. Amph. 5, 1, 63. Citus e cunis exsilit. Hor. Sat. 2, 6, 98. domo levis exsilit. Cic. Verr. 2, 2, 30. extr. Properans de sella exsilit. Virg. G. 3, 433. Anguis stagna colens exsilit in siccum. Val. Fl. 6, 107. turba canum Exsilit ad lituos, pugnasque capessit heriles. Stat. Achill. 1, 522. exsiliunt crines, rigidisque laborat Vittis comis, h. e. arriguntur. Id. Theb. 6, 422. gelida non crebrior exsilit Arcto grando. Ov. Met. 5, 35. Exsilit stratis. Et ib. 6, 696. Exsiliuntque cavis elisi nubibus ignes. Et ib. 12, 252. Exsiluere oculi, disjectisque ossibus oris, etc. Stat. Theb. 9, 110. Ipse nec ire retro, nec in obvia concitus arma Exsilit, h. e. fertur in hostem. Et ib. 2, 55. fusca volucer Deus obsitus umbra Exsilit ad superos, h. e. revolat. Sen. Herc. Oet. 818. In coelum exsilit arundo, h. e. sagitta. Ter. Heaut. 4, 1, 44. Illico cognovi, ad te exsiliui, h. e. properavi. [\*Cic. Fl. 13. Exsilerunt principes, neque in illa concione affuerunt, i. e. celeriter abierunt.] Plin. 31, 10, 66. n. 1. E medio lacu exsiliens fonticulus. P. Translate exsilire dicimur in aliquo vehementiore affectu. Ov. Her. 6, 27. Protinus exsiliui, tunicisque a pectore ruptis, etc. Q. Cic. Fam. 16, 16. Tuis litteris perlectis, exsiliui gaudio. P. Alterum praeteritum exsiliui legunt quidam ap. Ov. Met. 9, 314., Sil. 7, 46. etc., sed ubique lectio variat. Itaque exsiliui tutius et usitatus. P. [\*Confunduntur Exsilire et Exsistere. Drak. ad Liv. 25, 21, 3.]

EXSILIUM, et Exilium, ii, n. actus exsiliendi, fuga, evitatio. Pl. Capt. 3, 3, 4. Neque exsilium exitio est, neque spes. P. Item multo saepius privatio soli patrii sive ultro subeat ad poenam vitandam, vel mutandae sedis gratia: sive lege et damnatione inferatur: ab ex, et solum, quasi extra solum, vel ab exsul. Mart. Dig. 48, 22, 5. Exsilium (poenale) triplex est, aut certorum locorum interdictio; aut lata fuga, ut omnium locorum praeter certum locum; aut relegatio in insulam. [\*Junguntur exsilium et relegatio ap. Liv. 3, 10, 12. ubi vid. Drak.] Cic. Parad. 4. med. Sceleratos exsilio afficere. Id. Caecin. 34. Maleficium exsilio multare. Id. Cat. 1, 8. Ire, et proficisci in exsilium. Et ib. 2, 7. Ejicere in exsilium. Id. Or. 2, 13. In exsilium pellere. Plin. 7, 30, 31. et Tac. A. 4, 63. agere. Nep. Phoc. 2. expellere. Tac. A. 13, 23. Exsilium irrogare alicui. Vell. 2, 62. In exsilio vivere. Cic. N. D. 3, 32. Esse in exsilio. Id. Att. 9, 14. De exsilio reducere. Liv. 27, 34. revocare. Tac. H. 4, 28. Ab exsilio revocare. Id. A. 6, 18. Statuere exsilium in aliquem. Pl. Merc. 5, 2, 106. Exsilio redire. Tac. A. 4, 71. Viginti annis exsilium tolerare. Virg. A. 2, 638. pati. P. De loco extra patriam, quem quis ultro eligit, et patriae praefert. Curt. 3, 7. Erat in exercitu Sisines Perses, quondam a praetore Aegypti missus ad Philippum: donisque et omni honore cultus, exsilium patria sede mutaverat. P. Exsili causa solum vertere est in exsilium proficisci, et dicitur fere de iis, qui metu poenae ultro sibi exsilium consciscunt. Cic. Phil. 5, 6., Liv. 3, 38. f. etc. P. Translate Plin. 35, 4, 9. Satius fuisset tabulas omnes signaque publicare, quam in villarum exsilia pelli. P. Aliquando dicitur de ipso loco exsili. Virg. A. 3, 4. Diversa exsilia, et desertas quaerere terras. Curt. 6, 4. Multa exsilia patere fugientis. Tac. A. 13, 55. Tutum exsilium orabant. Id. H. 4, 44. Octavium, et Antistium egressos exsilium, in easdem insulas redegit. P. Exsilia pro exsiliibus. Tac. H. 1, 2. Plenum exsiliis mare. [\*Cfr. Boett. Lex. Tac. p. 10.]

\*EXSIMULATE, adv. i. q. simulate. Tert. adv. Marc. 5, 20. in. Quod nonnulli ex aemulatione, jam aliqui exsimulate Christum praedicaverunt: ubi in ed. Pamel. impressum ex similitate. Junius mavult ex simulato. B. A.

\*EXSIMULO, as, i. q. simulo. Non. 4. n. 62. ubi alii leg. simulare. B. A.

EXSINCERATUS, a, um, part. ab inusit. exsincero, corruptus, labefactatus. Pl. Most. 4, 1, 11. Libet cavere malam rem prius, quam ut meum tergum exsinceratum fiat, h. e. verberibus laceratum, foedatum, corruptum. At haec duo verba exsinceratum fiat sunt ex vana conjectura Camerarii.

EXSINUATUS, a, um, part. ab exsinuo, e sinu emissus, expansus. Prop. 3, 13, 3. ut mihi praetextae pudor exsinuatus amictu, h. e. postquam posui cum praetexta pudorem. Alii perperam leg. est elatus, vel est velatus, vel exvelatus. [\*Exvelatus plane rejiciendum. Cf. Schneid. Elementar. Tom. II. p. 562.] Paul. Nol. ep. 49, (2. 36.) 3. Cum veluti videret jam exsinuatum in contos suos.

EXSINUO, as, avi, atum, a. 1. sinum collectum explicio, expando, e sinu emitto. Auson. Idyll. 14, 21. de rosa: Vertice collectos illa exsinuabat amictus. Auct. carm. in Anthol. Lat. T. 1. p. 700. Burm. de rosa: Huic dum virgineus pudor exsinuatur amictu. Prud. aegi. sup. 11, 221. recessus Qui laterum seriem jugiter exsinuent. V. v. praec.

EXSISTO et Existo, is, exstiti, et extiti, n. 3. ἐξίστημι, prodeo, appareo, exeo. Cic. Verr. 2, 4, 48. Spelunca infinitae altitudinis, qua Ditem patrem ferunt repente cum curru exstitisse. Id. Div. 1, 33. Equus submersus voraginibus non exstitit. Id. Verr. 2, 1, 37. et Liv. 25, 21. Qui, signo dato, simul omnes e latebris exsisterent. [\*Ubi nota exsistere de eo poni, quod derепente fit, vel eum vi prorumpit. V. Davis. ad Cic. Div. 1, 28. Burm. ad Ov. Met. 2, 264. Drak. ad Liv. 2, 32, 6. 25, 21, 3. et quos laudat Oud. ad Hirt. B. Afr. 8. et ad Caes. B. G. 5, 4.] Liv. 39, 37. Quid expectas? an dum ab inferis ille Malleolus exsistat? Cic. Div. 1, 45. Vocem ab aede Junonis ex arce exstitisse, ut, etc. Lucr. 2, 870. vivos exsistere vermes Stercore de tetro. Id. ib. 213. Sponte sua nequeunt liquidas exsistere in auras. Varr. R. R. 1, 34. Quae a bruma sata sunt, quadragesimo die vix exsistunt. Cic. Rosc. Am. 27. Ex luxuria exsistat avaritia, necesse est, ex avaritia erumpat audacia. Id. Brut. 8. Hujus exuberantibus sermonibus exstiterunt doctissimi viri. Id. Amic. 19. Exsistit hoc loco quaestio subdificilis. Id. Balb. 20. Exsistat ille vir parumper cogitatione vestra, quoniam re non potest. P. Saepe ponitur pro esse, ita tamen, ut aliquem semper motum adsignificet exeuntis, apparentis. [\*Hoc tamen non obtinet in participio Exsistens, quod quum esse partic. non habeat, simpliciter pro hoc ponitur, velut: non existente conditione.] Cic. Fam. 10, 6. med. Quorum nemo consularis habitus, nisi qui animo exstitit in rempub. consulari. Id. Or. 2, 2. Talem exsistere eloquentiam, qualis fuerit in Crasso, etc. Id. Rosc. Am. 2. His de causis ego huic causae patronus exstiti. [\*Ruhnk. ad Ov. Her. 20, 113.] Id. Att. 10, 11. med. Exsistere crudellem in aliquem. Id. Rabir. Post. 1. Si exstitisset in rege fides, nihil sapientius Postumo. Id. Tusc. 1, 15. Idque in maximis ingenii exsistit maxime, et apparet facillime. Id. Div. 1, 29. f. Illa pars animi, in qua irarum exsistit ardor, sedata atque restincta. Id. Or. 2, 46. extr. Poetam bonum neminem sine inflammatione animorum exsistere posse. Sen. ep. 91. Inter placidissima terror exsistit: mala, unde minime expectabantur, erumpunt. [\*Plin. H. N. 2, 60. Nebulas nec aestate, nec maximo frigore exsistere. V. Gron. ad Liv. 29, 27, 7.] P. [Part. exstaturus ap. Ulp. Dig. 42, 4, 8. Si diu incertum sit, heres exstaturus, necne sit. Ita Torrent., at Haloand. exstaturus. V. EXSTO. E.] P. [\*Confunduntur Exsistere et Exsilire. Drak. ad Liv. 25, 21, 3. Oud. ad Hirt. B. Afr. 8. — et Exsire. Interpp. ad Hirt. B. Afr. 7. et 69. — et Eastare. Drak. ad Liv. 42, 2, 5.]

EXSOLENS. V. EXSULANS.

EXSOLESCO, is, n. 3. desuesco: ab ex, et soleo. Tert. Virg. vel. 17. Ne sic a disciplina velaminis exsolescat. Al. leg. exolescat.

[EXSOLIDO, as, a. 1. idem ac consolido. Not. Tyr. p. 66. Obsolidus, exsolidat. F.]

EXSOLVO et Exsolvo, is, olvi, lutum, a. 3. ἀπολύω, ἐλύω, idem quod solvo, aut omnino solvo, dissolvo. Pl. Capt. 2, 3, 37. Properans exsolvi restim. Lucr. 1, 220. Exsolvere nexus. Pl. Amph. 2, 2, 153. eistulam obsignatam. Stat. Silo. 1, 5, 53. amictus, h. e. exsuer. Pl. Truc. 4, 3, 10. Si verum mihi eritis fassae, vinclis exsolvemini. Tac. H. 3, 68. Exsolvere pugionem a latere. [\*Plurima hujus usus exempla ex Tac., qui hoc verbum prae aliis frequentat, collegit Boett. Lex. p. 187.] Lucr. 6, 878. Ignis exsolvit glaciem. Tac. A. 15, 63. Brachia ferro exsolvere, h. e. venas brachiorum incidere. Lucr. 3, 697. Animae exsolvunt se omnibus e nervis, atque ossibus, articulisque, scil. in morte. Sic Virg. de Camilla mor-

riente A. 11, 828. Tum frigida toto Paulatim exsolvit se corpore, etc. P. Translate est expedire, liberare. Cic. Fam. 7, 1. f. Si me occupationibus relaxaro: nam ut plane exsolvam, non postulo. Virg. A. 4, 652. meque his exsolvite curis. Mart. 6, 47. Exsolvere se votis virgine porca. Liv. 24, 16. med. Et 26, 31. f. Exsolvere fidem, fidem liberare, promissa praestando. [\*V. Drak. ad Liv. 3, 19, 1. Adde Ruhnk. ad Ov. Her. 10, 78.] Id. 24, 18. jusjurandum. Eod. sensu. [\*Et Exsolvere se jurejurando. Drak. ad Liv. 22, 61, 5.] Et 3, 20. populum religione. [\*Drak. ad Liv. 29, 18, 1.] Et 6, 14. f. aere alieno aliquem. Plin. ep. 1, 22. f. aliquem sollicitudine. Ter. Hec. 5, 2, 26. Hias errore, et te simul suspicione exsolves. Tac. A. 3, 39. Exsolvere obsidium. Et ib. 14, 12. aliquem poena. Et ib. 6, 44. extr. pudore proditionis. Et ib. 12, 46. Exsolvi custode. Et ib. 13, 36. contumelia. [\*V. Boett. Lex. Tac. l. l.] Lucan. 5, 259. Exsolvere metus, h. e. deponere, abjicere. Stat. Ach. 1, 565. Exsolvitque rudem genitrix digressa pudorem. P. Significat etiam aes alienum dissolvere, satisfacere. Cic. Verr. 2, 3, 22. Ille vi adductus, tantum decumanis, quantum iste imperavit, exsolvit. Id. Att. 16, 6. Nomina mea, per Deos, expedi, exsolvo. Pl. Men. 5, 6, 26. Exsolvere pretium. Liv. 6, 14. multiplicem sortem. Aurel. Vict. vir. illustr. 56. dotem uxori venditis possessionibus. Plin. ep. 3, 11. aes alienum. Tac. A. 1, 36. extr. legata. [\*Etiam hac signif. haec vox frequentius ap. Tac. ponitur, quam apud alios scriptores. V. Boett. Lex. Tac. s. v.] P. Translate. Liv. 21, 21. et Pl. Amph. 3, 2, 67. Exsolvere vota Herculi. Tibull. 4, 7, 5. promissa. Cic. Off. 3, 2. med. De tertio genere se scripsit dicturum, nec exsolvit quod promiserat. Liv. 26, 40. Civitatum principibus pro cuiusque merito praemia poenasque exsolvere. Id. 28, 25. Recte factis alicujus gratiam exsolvere. Tac. A. 4, 18. beneficia, h. e. aequare remunerando. Stat. Silo. 5, 5, 45. et Val. Fl. 7, 284. et Tac. A. 14, 13. grates. Val. Fl. 5, 291. nullos Minyis exsolvet honores, h. e. praestabit, reddet. Tac. H. 4, 3. Proclivius est injuriae, quam beneficio vicem exsolvere. Id. Ann. 1, 10. et Vell. 2, 88. Poenas morte exsolvere, luere. P. [Part. Exsolviturus ap. Tac. H. 1, 46. Fiscum suum vacationis annuas exsolviturum promisit. Exsolvendus ap. eund. ib. 3, 39. Ipse robur peditum ad exsolvendum obsidium ducit. F.] P. A poetis interdum metri causa per diaeresin disjungitur. Ov. Fast. 4, 534. Longaque imprudens exsoluisse famen, h. e. jejuniunm rupisse. Lucr. 1, 809. vita quoque omnis Omnibus e nervis atque ossibus exsolvatur.

EXSOLUTE, adv. absolute. Auct. de casis litter. p. 241. Goes. Rivus finem exsolute facit.

EXSOLUTIO, onis, f. ut Exsolutio vectigalis, Scaev. Dig. 20, 1, 31. totius debiti. Id. ib. 32, 1, 33. med. P. Item liberatio, ut exsolutio contractae religionis, Fest. in Propudianus.

EXSOLUTUS, a, um, part. ab exsolvo, solutus, expeditus. Suet. Ner. 49. Exsolutus vinculis. Stat. Silo. 1, 6, 4. Compede exsoluta. Tac. A. 13, 15. Venenum exsoluta alvo transmisit. P. Translate. Id. ib. 3, 28. Exsoluti legis nexus, h. e. obscuritates explanatae. Plin. Pan. 79. Exsoluti curis. Liv. 8, 9. f. Exsoluti religione animi. P. [\*Et absolute. Paul. in Dig. 17, 1, 46. Exsoluta causa mandati, i. e. impleta.]

\*EXSOMNIO, as, n. 1. expergiscor. Gloss. Philox. Exsomnia, ἐξωνύσημι. P. Et activo sensu, idem ac expergisco. Ib. Exsomniai, ἐξωνύσημι. B. A.

EXSOMNIS, e, adj. insomnis, vigilans, ἀνεύθυνος. Virg. A. 6, 556. de Tisiphone. Vestibulum exsomnia servat noctesque diesque. Vellej. 2, 88. Vir sane exsomnia, ubi res vigiliam exigeret. Et 127. Animo exsomnia. Adde Sil. 9, 5.

EXSONO, as, ui, itum, n. 1. persono. Petr. Sat. 19. Omnia mimico risu exsonuerant. Adde ib. 109. Navigium exsonat cantibus. Et 73. Ceteri conviviae ingenti clamore exsonabant.

EXSORBEO et Exorbeo, es, bui, a. 2. ἐξορβέω, sorbendo exhaurio. Plin. 28, 2, 4. Ut quisque ova exsorberit. Ov. Fast. 6, 145. (de strigibus) Pectoraque exsorbet avidis infantia linguis. Appul. Apol. p. 276, 10. Continuatio litterati laboris habitudinem tenuat, succum exsorbet. P. Translate. Pl. Bacch. 4, 8, 28. Illorum ego animam amborum exsorbeo, h. e. extraham, illos occidam. Cic. Har. resp. 27. Quantas iste Byzantium praedas exsorbit! h. e. devoravit. Id. Phil. 2, 29. Gustaras civilem sanguinem, vel potius exsorberas. Id. Mur. 9. Multorum stultitiam perpersus est, arrogantiam pertulit, difficultates exsorbit, h. e. tulit, toleravit. Turpil. ap. Non. 2, 264. Jam ego istam tibi tristitiam exsorbeo, h. e. exinam. P. Obsceno sensu. Juven. 10, 223. quot longa viros exsorbeat uno Maura die.

EXSORDESCO et Exordesco, is, ui, n. 3. valde sordesco, in sordibus jaceo. Gell. 9, 2. Nomen philosophiae illustrissimum in hominibus deterrimis exsordescere.

EXSORS et Exors, ortis, [\*Illud rectius est, 61



mam curationem exspiravit. Id. 28, 19. Exspirare inter verbera et vincula. Curt. 9, 8. med. Barbari veneno tinxerant gladios: itaque saucii subinde exspirabant. Virg. A. 10, 731. atram Tundit humum exspirans. P Translate. Plin. Pan. 57. Libertate jam exspirante. P Passive impersonaliter. Plin. 11, 37, 67. Quoniam membrana cerebri incisa, statim exspiretur. P Significat etiam spirando exire. Lucil. ap. Non. l. c. Distento corpore exspiret vis. Lucr. 6, 886. exspirare foras, exireque in auras. Et 639. per fauces montis ut Aetnae Exspirent ignes interdum turbine tanto. Id. 3, 720. cadavere rancenti jam viscere vermes Exspirant. Ov. Met. 15, 299. Vis fera ventorum, caecis inclusa cavernis, Exspirare aliqua cupiens. Val. Fl. 4, 493. patrique exspirat Averni Halitus. Plin. 13, 3, 4. Unguenta illico exspirant. P Translate. Catull. 64, 194. Irae pectoris exspirantes. P Ap. Jctos exspirare dicuntur, quae finiuntur solvunturve. Mart. Dig. 48, 17, 1. extr. Criminis causa exspirat. Paul. ib. 45, 1, 58. Prior obligatio exspirat. Ulp. ib. 24, 3, 19. Redintegrato matrimonio, iudicium exspirat. P Part. Exspiraturus ap. Liv. 28, 28. Si ego morerer, mecum exspiratura republica erat.

EXSPISSATUS, a, um, part. ab exspisso, ut Exspissatum lac. Plin. 20, 7, 24., ubi alii plerique leg. spissatum.

EXSPISSO, as, avi, atum, a. 1. spissum facio, πυκνών. Plin. 25, 13, 95. Necat, sanguinem exspissando. Al. leg. spissando.

EXSPLENDEO, es, ui, n. 2. et

EXSPLENDESCO et Explendesco, is, n. 3. valde splendesco. Sen. Q. N. 2, 23. Ignis, qui exsplendescat, nec exsiliat. Plin. 11, 12, 12. Praecipue ipso Sirio exsplendescite fit. P Translate. Nep. Att. 1. Clarius exsplendescibat, quam generosi condiscipuli aequo animo ferre possent. Suet. Tit. 3. In puero statim animi dotes exsplenduerunt.

EXSPOLIATIO, onis, f. actus exspoliandi. August. C. D. 20, 8. extr. Ut et ligati, et soluti exspoliatio sequeretur.

\*EXSPOLIATOR, oris, m. qui spoliat. Salv. de gubern. Dei 7. p. 288. Rittersh. Punit exspoliatores domorum, cum sit ipse exspoliator civitatum, atque provinciarum. B. A.

EXSPOLIO et Expolio, as, avi, atum, a. 1. idem ac spolio, seu omnino spolio, σπυλιών. Cic. Att. 10, 1. Exspoliare aliquem provincia et exercitu. Sall. Cat. 50. Exspoliare fana atque domos. Cic. Deiot. 9. Auctionatus est, seseque exspoliare maluit, quam tibi pecuniam non subministrare. [\*i. e. spoliari ut nihil supersit.] Hirt. B. G. 8, 50. Omni honore et dignitate exspoliare aliquem. [\*V. Davis. et Oudend. ad h. l.] Ov. Met. 13, 561. digitos in perfida lumina condit, Exspoliatque genas oculis. Curt. 9, 5. Ad exspoliandum corpus alacer gaudium accurrit. [\*V. Burm. ad Phaedr. 2, 2. Heins. ad Ov. Met. 13, 562.] P Deponentis forma. Claud. Quadrig. ap. Non. 7, 100. Ita per sexennium agrum Campanum exspoliabantur. Vet. Poeta ap. Don. de Barb. p. 1769. Exspoliatur eos, et corpora nuda relinquunt. P [\*Confunduntur Exspoliare et simplex spoliare. Oudend. ad Caes. B. G. 7, 77. Porro Exspoliare et expulare. Heins. ad Ov. Met. 13, 562. — et expellere. Heins. ib.]

EXSPUITIO, onis, f. ut Exspuitio sanguinis, Plin. 23, 1, 14.

EXSPUMO et Expumo, as, avi, atum, n. 1. ἐξσπύω, spumando emano. Cels. 6, 7. n. 8. Donec inde humor aliquis expumet.

EXSPUO et Expuo, is, ui utum, a. 3. ἐξσπύω, salivam, vel aliud quidpiam ore emitto. Varr. R. 3, 3. f. Cum ille gustasset, et exspuisset. Plin. 30, 2, 6. Exspuere in mare fas non putant. Id. 14, 22, 28. Non respirasse in hauriendo, neque exspuisse. Id. 7, 23, 23. Exspuit linguam in os tyranni. Et 35, 16, 53. Prosumt sanguinem expuentibus. Scrib. Comp. 194. Ab ore sanguinem exspuere. P Translate est emittere, ejicere. Plin. 16, 10, 19. Taedae carbonem repente expuunt cum eruptionis crepitu. Id. 9, 36, 60. Purpuras cum testa vivas frangunt, ita demum rorem eum expuentes. Et 2, 98, 10. Circa Messanam fimo similia expuuntur in litus purgamenta. Catull. 64, 154. Quanam te genuit sola sub rupe leaena? Quod mare conceptum spumantibus expuunt undis? Plin. 33, 6, 32. Argentum vivum optime purgat aurum, ceteras ejus sordes expuens cerebro jactat. P Parum concinnae translationes videntur hae, quae tamen frequentes sunt, Ter. Eun. 3, 1, 16. Illam ubi expuere miseriam ex animo. [\*Recte tamen Ruhnk. observare videtur aptum hoc verbum esse in ore parassiti. Idem affert Prop. 4, 5, 66. ubi de anicula contemtissima: Atque animam in tegetes putrem exputare paternas. Ad quem l. vid. Broukh.] Lucr. 2, 1038. Desine quapropter, novitate exterritus ipsa, Exspuere ex animo rationem; sed magis acri iudicio perpende. Sen. Ira 3. f. Jam ipsum spiritum expuimus, interim dum trahimus. [\*Cf. Prop. locum modo alatum.] Val. Fl. 3, 107. purpuream singultibus

expuit auram. Sen. Thyest. 245. Ferro peremptus spiritum inimicum expuat. Adde Herc. Oet. 1469. et Troad. 1169. P Neque imitanda est illa Plauti abusus, Pseud. 1, 1, 73. Pumiceos oculos habeo: non quo Lacrimam exorare ut expuant unam modo. [EXSPUTUS, a, um, part. ab exspuo, sputo ejectus. Translate. Sid. ep. 1, 7. f. In insulam conjectus est, ubi usque ad inimicorum dolorem devenustatus, et a rebus humanis veluti vomitu fortunatae nauseantis exsputus vitam trahit, unum et laqueum per horas turbulenti carnificis horrescens. F.]

EXSTANS et Extans, antis, part. ab exsto, ἐξίστημι, extra stans, eminens. Virg. A. 6, 668. humeris exstans suspicit altis. Ov. Halieut. 235. signis exstantibus asper crater. Stat. Th. 9, 455. Annis super ripas utroque exstantior ibat Aggere. Plin. 17, 14, 24. f. Duos digitos exstans. Id. 6, 22, 24. f. Aedificia modice ab humo exstantia. Gell. 19, 13. Brevi atque humili corpore homines, paulum supra terram exstantes. Plin. 35, 11, 40. n. 24. Magna prorsus arte in aequo exstantia ostendens, et in contracto solida omnia, i. e. in parte eminenti. P Item qui durat, superstes. Id. ib. 4, 7. Hodieque pulcris ejus operibus Veronae exstantibus. EXSTANTIA vel Extantia, ae, f. ἐξοχή, prominentia. Colum. 5, 5. med. Capita sine ulla exstantia neque aratro, neque bubus obnoxia. Coel. Aur. Tard. 1, 5. Ventris exstantia. \*Vet. Gloss. Exstantiae, ἐξοχά. B. A.

EXSTERNATUS, a, um, part. ab externo, consternatus. Ov. Met. 11, 77. Exsternata fugam frustra tentabat. Id. ib. 432. Exsternati equi. Catull. 64, 164. Sed quid ego ignaris nequicquam conqueror auris, Exsternata malo? [\*Heins. ad Ov. Met. 1, 641.] \*Vet. Gloss. Exsternatus, ἐξσπύω. B. A.

EXSTERNUS et Externo, as, avi, atum, a. 1. prae consternatione dementem facio. Catull. 64, 71. Ah miseram, assiduis quam luctibus externavit Spinosa Erycina serens in pectore curas. [\*V. Heins. ad Ov. Met. 1, 641. Drak. ad Liv. 37, 24, 7.] P Pro externum facere, seu exheredare. Apul. Apol. p. 335, 25. Filiam Rufini heredem non reliquit etc. ut intelligeretur potius externare, quam oblitus praeteriisse. Al. leg. extraneasse. In hac significatione est ab extra, et scribendum est sine s. Quamquam et in priore s. omitti potest, si non a sterno, sed ab externus ducatur, ut significet externum, et alienatum a mente reddere.

EXSTILLO et Extillo, as, avi, atum, n. 1. ἐξσπυλλίζω, guttatim defluo. Colum. 12, 48. Atque omnem amurcam exstillare. Pl. Pa. 3, 2, 29. Sinapi, oculi ut exstillent, facit. Ter. Phorm. 5, 7, 82. Exstillare lacrimis.

EXSTIMULATOR, oris, m. qui exstimulat, et excitat, ut Acerrimus exstimulator rebellionis, Tac. A. 3, 40.

EXSTIMULATUS, a, um, part. ab exstimulo, valde stimulatus, κερθηθείς. Plin. 9, 37, 61. Aculeo exstimulatus. Ov. Met. 5, 165. Tigris exstimulata fame. [\*Col. R. R. 8, 11, 8. Exstimulatae libidinis signa.]

EXSTIMULO et Extimulo, as, avi, atum, a. 1. κερθίζω, valde stimulo, pungo, incito. Colum. 6, 27. Id praecipue armentum libidinis exstimulatur furis. Sil. 1, 32. Corda exstimulare furore bellandi. Ov. Fast. 6, 588. His solita est dictis exstimulare virum. Id. Trist. 3, 2, 29. Exstimulare fata cessantia, h. e. facere ut mors cito sequatur. Tac. H. 1, 65. Exstimulare milites, et impellere in eversionem. Id. A. 15, 50. animum. [\*Et sequente ut. Tac. A. 4, 59. Exstimulatur, ut ostenderet.]

EXSTINCTIO, onis, f. ἀπόσβεσις, actus extinguendi. Cic. Tusc. 1, 49. Supremus ille dies (mortis) non extinctionem, sed commutationem affert loci. [\*Cic. Hortens. fragm. ap. August. de Trin. 14. c. ult. Magna spes est, non molestam extinctionem et quasi quietem vitae fore.]

EXSTINCTOR, oris, m. ἀσβεστής, qui extinguit. Cic. Pis. 11. extr. Prope a meis aedibus sedebas, non exstinctor, sed auctor incendii. Justin. 16, 1. Cassander exstinctor regiae domus. P Translate. Cic. Dom. 38. Non exstinctor conjurationis, sed auctor et dux. Id. Har. Resp. 23. Exstinctor belli. Id. Sull. 31. patriae, h. e. eversor.

EXSTINCTUS et Extinctus, a, um, part. ab extinguo, ἀποσβεσθεὶς, ad lumen, ignemve refertur. Cic. Fam. 4, 3. Exstinctum lumen. Id. N. D. 2, 9. Refrigeratus et exstinctus calor. Ov. Fast. 5, 425. Exstinctus cinis. Et ib. 2, 712. Exstincti ignes. Et Trist. 1, 3, 44. foci. Plin. 28, 7, 23. Carbo in sanguine exstinctus. Vit. 2, 5. Calx exstincta. [\*gelöschter Kalk.] P Item ad vitam. Cic. Brut. 1. Vir egregius alienissimo reipublicae tempore exstinctus. Virg. Ecl. 5, 20. exstinctus crudeli funere Daphnis. Hor. Ep. 2, 1, 14. exstinctus amabitur idem. Plin. 35, 4, 7. Exstinctus nuper in longa senecta. Id. 9, 8, 8. Exstinctus morbo. Tac. A. 3, 7. subita morte. Sall. Jug. 100. et Tac. A. 4, 33. Familiae exstinctae. Ov.

Pont. 1, 9. extr. Exstinctis enumerare aliquem. P Item ad alia. Or. Met. 7, 569. Exstincta sitis. Liv. 23, 45. spes. Cic. Amic. 21. amicitia. Id. Coel. 25. consuetudo. Id. ib. 30. Memoria non exstincta, sed repressa vetustate. Plin. 34, 2, 3. Exstincta artis auctoritas. Cic. Brut. 96. vox. Id. Or. 3, 1. virtus. Id. Dom. 35. Exstinctum male dictum crudelitatis. Id. Off. 3, 1. Exstinctus senatus, deleta judicia. Caes. B. C. 1, 60. f. Rumores exstincti de auxiliis legionum. Plin. 7, 26, 27. Exstinctum bellum civile. Virg. A. 4, 322. Exstinctus pudor. Petr. Sat. 140. Matrona anus, et floris exstincti. Et Sall. Jug. 100. Sulla gentis patriciae nobilis fuit, familia prope jam exstincta majorum ignavia, h. e. in qua pauci honores fuerant, et jamdiu cessaverant. Ulp. Dig. 9, 1, 1. med. Si ante litem contestatam decesserit animal, exstincta erit actio. Modest. Dig. 20, 1, 9. Jus pignoris exstinctum est. P [\*Confunduntur Exstinctus et Exstructus. Drak. ad Liv. 10, 24, 13. Heins. ad Or. Fast. 2, 534.]

EXSTINCTUS, us, m. extinctio. In sexto casu singulari. Plin. 7, 7, 5. Cum plerumque abortus causa fiat odor a lucernarum exstinctu.

EXSTINGUIBILIS, e, adj. qui extingui potest. Lactant. 7, 20. Ut si animae non extinguibiles in totum, tamen cruciabiles fiant. Adde Epit. tom. 36.

EXSTINGUO et Extinguo, is, inxi, inctum, a. 3. ἀποσβέννυμι, opprimo, restinguo, deleo: ab ex, et stinguo, quod idem significat: vel ab ex, et tinguo pro tingo, ut proprie dicatur de igne, qui aqua tinctus opprimitur: qua ratione sine s. scribi oportebit. [\*Rectius scribitur Extinguo, teste Cornut. ap. Cassiod. p. 2284. Cfr. Schneider. Elementarlehre T. II. p. 555.] Refertur itaque primo ad ignem, et lumen. Cic. Sen. 19. Sua sponte consumptus ignis exstinguitur. Id. Fam. 4, 13. Extinguere incendium. Id. Somn. Scip. 7. Deficere sol hominibus, exstinguere visus est. Plin. 2, 103, 106. Fons immensas faces exstinguit. Id. 31, 3, 28. Extinguere lucernam. Vit. 2, 5. calcem, h. e. postquam excocta est, aqua perfundere. P Secundo ad vitam. Cic. Coel. f. Nolite, hunc jam natura ipsa occidentem, velle, maturus exstingui vulnere vestro. Id. N. D. 2, 9. Exstincto calore occidimus ipsi, et exstinguimur. Ter. Ad. 3, 2, 16. Seni animam primum exstinguere ipsi, qui illud produxit scelus. Liv. 8, 3. Invictum bellis juvenem fortuna morbo exstinxit. Ov. Met. 3, 470. Exstingui in aevo primo. P Tertio ad alia plurima, et significat delere, destruere, tollere, evertere, perdere. Plin. 20, 23, 97. Semen cannabis genituram virorum exstinguit, h. e. tollit, sistit. Id. 23, 2, 32. Extinguere mammas, h. e. exsiccare. Sic Curt. 6, 4. Vel medico tempore succus exstinguitur. Plin. 20, 17, 69. Extinguere venena. Et 19, 6, 34. odorem allii. Cic. Verr. 2, 2, 70. Ut, si posset, quae antea scripserat, ea plane exstingeret. Liv. 5, 16. f. Aquam emissam per agros rigare, dissipatamque rivis exstinguere. Cic. Verr. 2, 5, 43. Non posse Verrem, testes interficiendo, crimina sua exstinguere. Et ib. 3, 18. religionem. Id. Cat. 4, 4. nomen populi R. Id. Mil. 2. salutem alicujus. Id. Proc. cons. 9. inimicitias. Id. Amic. 10. familiaritates. Id. Mil. 27. memoriam publicam. Liv. 27, 16. famam prodicionis. Cic. Har. resp. 4. Pestem comprimere, exstinguere, funditus delere. Id. Dio. Verr. 8. Improbicatem exstinguere, atque delere. Petr. Sat. 91. iram. Or. Met. 7, 569. sitim. Sen. ep. 18. famem. Cic. Phil. 6, 7. furorem alicujus. Id. Balb. 6. invidiam. Id. Verr. 2, 2, 69. infamiam. Id. Agr. 3, 2. Tyrannis institutis, leges omnes exstinguunt atque tolluntur. Liv. 39, 8. Discrimen omne pudoris exstinguere. Cic. Rosc. Am. 13. Intolerandam potentiam exstinguere atque opprimere. Id. Fam. 10, 25. reliquias belli. Matus ad Cic. Fam. 11, 28. causam dissensionis nascentem. Auct. ad Her. 4, 27. et Ter. Phorm. 1, 2, 58. formam. Nep. Them. 1. contumeliam. Quint. proem. l. 6. Fortuna vires ingenii exstinguit. Cic. Somn. Scip. 7. extr. Sermo oblivione posteritatis exstinguitur. Id. Att. 15, 1. med. Rumor exstinguitur. Liv. 23, 22. Vocem hominis temerariam silentio exstinguere. Id. 28, 20. Vestigia quoque urbis exstinguere. Petr. Sat. 126. Pedum candor Parium marmor exstinxerat. Cic. Fam. 1, 1. Gratiam nostram exstinguit hominum suspicio. Id. Or. 1, 14. Admovere orationem ad motus animorum vel inflammandos, vel etiam extinguendos. [\*Drak. ad Liv. 39, 8, 6.] V. in EXSTINCTUS alia huc pertinentia. P Illa sunt ictorum propria, Ulp. Dig. 47, 2, 42. Exstinguitur actio, h. e. evanescit, intercidit, tollitur, et ib. 32, 1, 11. med. Exstinguere fideicommissum, et ib. Exstinguitur constantia debiti. Nerat. ib. 34, 3, 21. Exstinguitur legatum. Et ib. Confusione perinde exstinguitur obligatio, ac solutio. Cajus ib. 7, 1, 3. usus fructus. Paul. ib. 46, 7, 8. stipulatio, etc. P Part. Exstincturus ap. Liv. 10, 24. Eum ignem se exstincturum ait. P Exstinctus pro exstinxerit. Pl. Truc. 2, 6, 43. Ne.

ille priusquam spolia capiat, hic nos exstinxit famas. *P Exstinxem* per syncop. pro *exstinxissem* ap. *Virg. A. 4*, 606. et *ib. 682*. *exstinxisti* pro *exstinxisti*

**EXSTIRPATIO**, onis, f. actus exstirpandi, eradicatio, ἀποθήλωσις. *Colum. 2*, 2. Filicis exstirpatione frequens, quae aratro fieri potest.

**EXSTIRPATUS**, a, um, part. ab *exstirpo*, stirpitus evulsus. [*\*Col. de arb. 5*, 4. Soboles frigidibus exstirpatae.] *Prud. Hamart. 241*. Et cadit immodicis silva exstirpata procellis. *P Translate. Cic. Amic. 13*. Nisi ex ejus animo exstirpatam humanitatem arbitremur.

**EXSTIRPO** et *Extirpo*, as, avi, atum, a. I. una cum stirpe seu radice evello, ἀποθήλω. *Colum. 11*, 2. *med.* Silvestris ager decrescente luna utilissime exstirpatur. [*\*Pall. Jul. 1*, 1. Silvestres agri utilissime exstirpabuntur arboribus atque virgultis.] *Curt. 7*, 8. Arborea magnas diu crescere, una hora exstirpari. *Mart. 6*, 56. Exstirpa, mihi crede, pilos de corpore toto. *P Translate* est funditus evertere, omnino tollere. *Cic. Fat. 5*. Vitia ex naturalibus causis nata exstirpari, et funditus tolli. *Id. Tusc. 4*, 19. Perturbationes exstirpandas putamus. *Sen. Ira 1*, 16. *med.* Exstirpare nomina inimica libertati, h. e. tollere, vetando, ne quis deinceps nomen habeat ejus, qui libertatem violavit, ut in Manlio Capitolino factum narrat *Liv. 6*, 20.

**EXSTO** et *Exto*, as, stiti, atum, n. I. ἐξέω, extra sto, emineo, promineo. *Virg. G. 3*, 370. summis vix cornibus exstant. *Colum. 5*, 11. Surculos sic inscrito, ut semipede, nec amplius de arbore exstant. *Or. Met. 9*, 128. exstabat ferrum de pectore. *Caes. B. G. 5*, 18. Cum milites capite solo ex aqua exstarent. *Tac. A. 1*, 17. Modo pectore, modo ore tenus exstantes. *Or. Met. 11*, 358. celsoque exstant super aequora collo. Et *ib. 8*, 804. Ossa sub incurvis exstant arida lumbis. *Id. Trist. 5*, 11, 14. Navis exstat aquis. Et *Her. 13*, 103. Sive latet Phoebus, seu terris altior exstat. *P Cum* accusativo. *Stat. Silv. 1*, 2, 116. quantum egomet Nereidas exsto, h. e. procerior sum. *P Translate.* [*\*Or. Her. 16*, 4. Exstat amor, i. e. eminet, in sensu incurrit. *V. Ruhnck. ad h. l.*] *Val. Fl. 5*, 252. Excubias, Gradive, tene: praesentia luco Arma tubaeque sonent: vox et tua noctibus exstet, i. e. vineat vox tua armorum tubarumque sonum. *Claud. Cons. Mall. Theod. 232*. Lene fluit Nilus, sed cunctis amnis exstat Utilior. *P Saep* est superesse, existere, durare, apparere, esse. *Cic. Balb. 5*. Qui locus est, in quo non exstant hujus fortitudinis impressa vestigia? *Id. Att. 2*, 4. Curabo, ut hujus peregrinationis aliquid tibi opus exstet. *Liv. 1*, 18. Auctorem doctrinae ejus, quia non exstat alius, Pythagoram edunt. *Cic. Planc. 1*. Video hoc in numero neminem, cujus non exstat in me suum meritum. *Id. Inv. 1*, 39. Si litterae non exstarent. *Id. Off. 2*, 14. Exstant epistolae Philippi ad Alexandrum. *Cato ap. Cic. Planc. 27*. Clarorum virorum non minus otii, quam negotii rationem exstare oportet. *Id. Div. 1*, 32. Sine oculis non potest exstare officium et munus oculorum. *Id. Fam. 1*, 8. *extr.* Studium nostrum exstabit in conveniendis magistratibus. *Hor. Sat. 1*, 5, 55. Sarmenti domina exstat, i. e. vivit. *Pl. Trin. 2*, 4, 142. Nemo exstat, qui ibi sex menses vixerit. *Nep. Tim. 2*. Ejus benignitatis memoriam volebat exstare. [*\*Markl. ad Stat. Silv. 1. praef. p. 2.*] *P Praeteritum exstii* cum *exsisto* commune est. *P Part. Exstans*. V. suo loco. *P A supino exstatum* fit *exstaturus*. *Plin. 17*, 22, 35. n. 7. Exstatura vitis duabus gemmis. *Pomp. Dig. 47*, 2, 78. Si rei dominus nemo exstaret, nec exstaturus esset. *P [Confund. Exstare et adstare. Interpp. ad Or. Met. 3*, 78. — et *existere. Drak. ad Liv. 3*, 38, 2, 42, 2, 5.]

**EXSTRUCTIO**, onis, f. ἀποθήωσις, actus exstruendi. *Cic. N. D. 2*, 60. Exstructio tectorum. *Id. Phil. 14*, 13. Eaque exstructione, quae sit ad memoriam aeternitatis. *Vitr. 7*, 1. *med.* Pavimenta struantur sive sectilibus, sive tessaris: cum ea exstructa fuerint, et fastigia exstructiones habuerint, ita fricentur, ut nulli gradus exstant, h. e. exstructiones habuerint fastigia, seu prominentias. *P Ap. Tert.* accipitur pro exornatione, et cultu corporis, ad *Uxor. 2*, 3.

**EXSTRUCTORIUS**, a, um, adj. qui exstruit. *Tert. Car. Christi 17*. Dei verbum exstructorium vitae.

**EXSTRUCTUS**, a, um, part. ab *exstruo*, struendo eductus. *Nep. Them. 6*. Cum satis altitudo muri exstructa videretur. *Caes. B. G. 6*, 16. Exstructi tumuli. *Or. Fast. 3*, 546. Dido arserat exstructis in sua fata rogis. *Appul. de Deo Soer. p. 54*, 20. Species aedificiorum amoenissimae, exstructissimae, ornatissimae. *P [Item translate. Cic. Fin. 4*, 1. Non modo fundata, sed etiam exstructa disciplina.] *P Item cumulatus, instructus. Or. Met. 11*, 119. Mensas exstructas dapiibus. *Hor. Sat. 2*, 6, 104. Fereula quae exstructis inerant hesternis canistris. *Id. Od. 2*, 3, 19. exstructis in altum Divitiis potiatur heres. *P [Con-*

funduntur *Exstructus* et *Exstinctus*. *Heins. ad Ov. Fast. 2*, 534. *Drak. ad Lic. 10*, 24, 13.]

**EXSTRUO** et *Extruo*, is, uxi, uctum, a. I. ἀποθήωσις, struendo educo, excito. *Cic. Leg. 2*, 27. Extrui vetat sepulcrum altius, quam etc. *Id. Dom. 47*. Ad coelum exstruit villam in Tusculano. *Sall. Cat. 21*. Divitias profundere in exstruendo mari, h. e. jactis in altum molibus, in mari aedificando. *Caes. B. C. 2*, 1. Aggerem in altitudinem pedum octoginta exstruit. *Id. B. C. 3. ult.* Omnem eam materiam pro vallo ad utrumque latus exstruebat. *Tibull. 2*, 5, 99. festas exstruet alte Cespitibus mensas, cespitibusque torum. *Ov. Fast. 5*, 39. Exstruere hi montes ad sidera summa parabant. *Cic. Fin. 3*, 22. Exstruere rogum. [*\*Cic. ad Att. 2*, 2. Magnum acervum librorum Dicaearchi mihi ante pedes exstruxeram.] *Colum. 6*, 3. Stramenta in acervum exstrui debent. *Hor. Ep. 2*, 43. Lignis focum exstruere, h. e. ingerere ardenti grandia ligna foco, ut *Tibull. 2*, 1, 22. ait. *Cic. Tusc. 5*, 21. Mensae exquisitissimis epulis exstruebantur. [*\*Quod gravius dictum quam instruebantur. Verbum exstruendi abundantiae, copiae, affluentiae notionem adjunctam habet. V. Kühner. ad h. l., Gernhard. ad Cic. Sen. 13.* — Porro a mensis, quae extrui dicuntur, hoc transfertur ad vasa, quae in mensa apponuntur. *V. Heindf. ad Hor. Sat. 2*, 6, 105. q. l. Noster laud. in *Exstructus*] *P Translate Petr. Sat. 84*. Solas exstruere divitias curant. *Cic. Fin. 5*, 24. Exstrue animo altitudinem excellentiamque virtutum. *Petr. Sat. 118*. Exstruere poema. *Auct. ad Her. 4*, 32. Verba, sicut a poetis, in quandam exstruere numerum, h. e. construere, componere. *Gell. 13*, 24. Crimen unum vocibus multis atque saevis exstruere, h. e. exaggerare. *P [Part. Exstructurus* ap. *Tac. A. 3*, 72. Pompeji theatrum, igne fortuito haustum, Caesar exstructurum pollicitus est. *F.]*

**EXSUCCIDUS**, a, um, adj. exsuccus, sine succo. *Tert. Anim. 32*. Arida et exsuccida.

**EXSUCCO**, as, a. I. succum extraho, exsiccio. *Coel. Aurel. Tard. 2*, 14. Exsuccare marrubium.

**EXSUCCUS** et *Exuccus*, a, um, adj. ἀξυκός, sine succo. *Sen. ep. 39*. Scis, illum semper infirmi corporis et exsuccus fuisse. Perique omnes leg. exhausti. *Tertull. Anim. 51*. Corporis substantia exsuccior. *P Translate. Quint. 12*, 10. Oratores aridi, et exsuccus, et exsangues.

**EXSUCTUS** et *Exuctus*, a, um, part. ab *exsugo*. *Gell. 20*, 8. Luna nunc videlicet senescit; ea re ostrea quoque tenuis, exsuctaque est. *Colum. 1. praef.* Exsucto sudore sitim quaerimus. *Vitr. praef. l. 8*. Animalia exsanguinata et exsucta. *Varr. R. R. 2*, 7. Restibiles segetes sunt exsuctiores.

**EXSUDATUS**, a, um, part. ab *exsudo*, ut *Exsudati* labores, h. e. sudore exantlati. *Sil. 3*, 531. et *Amnian. 15*, 5.

**EXSUDO** et *Exudo*, as, avi, atum, a. I. per sudorem emitto, ἀγδῶσω. *Colum. 12*, 48. Cum oliva, quidquid habuit amureae, exsudavit. *P Exsudare labores* est labores sudando perferre, ap. *Liv. 5*, 5. [*\*V. Drak. ad h. l. et ad 4*, 13, 4.] Et *exsudare causas*, pro magno labore agere, ap. *Hor. Sat. 1*, 10, 28. Et *exsudare certamen*, ap. *Liv. 4*, 13. *P Neutorum* etiam modo usurpatur. *Virg. G. 1*, 88. omne per ignem Excoquitur vitium, atque exsudat inutilis humor.

**EXSUFFLO**, as, a. I. sufflando ejicio. Usurpatur a *Sulp. Sev. Dial. 3*, 8., sed ipso quoque facte, parum Latine dici. Habent tamen et *August. ep. 105. f. et Tert. Idol. 11*.

**EXSUGO** vel *Exugo*, is, uxi, uctum, a. I. ἐξυγῶσω, sugendo elicio. *Colum. 4*, 24. Ab uno latere exsugitur. *Pl. Poen. 3*, 2. f. Nunc ego illi egredienti sanguinem exsugam procul. *Cels. 5*, 27. n. 3. Quisquis, exemplum Psylli secutus, id vulnus exsuxerit. *Vitr. 2*, 8. Exsugere liquorem de materia. *Varr. R. R. 2*, 4. Arenam injicere oportet, aut aliquid quod exsugat humorem. *P Reperitur* et fut. *exsugebo*, quasi ab *Exsugeo*, es, 2. conjugat. *Pl. Ep. 2*, 2, 5. Atque eorum exsugebo sanguinem, Senati qui columen client. *Adde Cat. in EXURGEO. P Part. Exsugens* ap. *Plin. 23*, 1, 27. Aceto os colluunt venena exsugentes.

**EXSUL** et *Exul*, ulis, com. gen. [*\*Illud rectius est, teste Flav. Capit. p. 2241. Terent. Scaur. p. 2262. Cfr. Schneider. Elementarlehre T. II. p. 555. 559.]* *quyas*, ex patria ejectus, exsilio multatus, extorris, quasi extra solum, ut *Fest. docet in Solicitare*; et *Non. 1*, 40. Quare melius interjecto s scribitur: quod et *Cellar. probat*. De tribus exsulum generibus in *EXSILIUM* dictum est. *Cic. Dom. 27*. Quid est enim exsul? ipsum per se nomen calamitatis, non turpitudinis. Quando igitur est turpe? re vera, quando est poena peccati; opinione autem hominum, etiam si est poena damnati. *Id. Parad. 4. med.* Omnes scelerati atque impii, quos leges exsilio affici volunt, exsules sunt, etiamsi solum non mutarunt. *Id. Or. 2*, 18. Cum Annibal Carthagine expulsus, Ephesum ad Antiochum venisset exsul. *Id. Cluent. 62*. Cum vagus et exsul erraret, atque undique exclusus. *Id.*

*Phil. 1*, 1. Restituere exsules. *Id. Fam. 12*, 1. reducere. *Nep. Att. 20*. Exsul his terris. [*\*Sall. Jug. 14*. Exsul patria, domo. *V. Munck. ad Hyg. fab. 26*. p. 73. *Corte ad Sall. l. c.*] *Hor. Od. 2*, 16, 19. Exsul patriae. [*\*Structura cum genit. usitatio est. V. Duker. ad Flor. 3*, 1, 12. *Burm. ad Or. Met. 6*, 159. Sed nunquam struitur cum ablat. et praepositione a. *V. Hand. Tursell. p. 11.*] *Lucan. 8*, 837. Exsul adhuc jacet umbra ducis. *Tac. A. 14*, 63. Alia exsul. *Ov. Her. 14*, 129. Exsul Hypermetra. *P Translate. Or. Met. 9*, 410. Attonitusque malis, exsul mentisque domusque. *Publ. Sgr. ap. Petr. 55*. Ciconia avis exsul hiemis, h. e. quae aestate apud nos degit, hieme alio migrat, ut *Plin. tradit 10*, 23, 31. *Mart. 10*, 5. Erret per urbem pontis exsul, et clivi, h. e. expers pontis et clivi, in quo stipem quaerat, ut solent mendici. *Id. 10*, 34. Libertis exsul non erit ille suis, h. e. patronus non erit extraneus libertis suis, quia heres non fuerit.

[**EXSULABUNDUS**, a, um, adj. qui exsulat, vel exsulaturus est. *Gloss. Philox. Exsulabundus, quyas*. *F.]*

**EXSULARIS**, antis, part. ab *exsulo*, exsul. *Cic. Tusc. 5*, 37. Jure exsulantem consolari non oportet. Et *ib. 3*, 18. Pulsus patria, exsulans, atque egens. *P Exsulantes animalibus* ap. *Tertull. Cult. fem. 9*. sunt abstinentes animalium carne in cibis. *Al. leg. exsolentes*, h. e. solitum et usitatum usum esus carniū abdicantes.

**EXSULARIS**, e, adj. ad exsulem, seu ad exsiliū pertinens. *Amnian. 14*, 4. Exsularis moeror. Et *15*, 3. poena.

[**EXSULATICIUS**, a, um, adj. qui ad exsulem pertinet. *Gloss. Philox. Exsulaticius, quyas*. *F.]* **EXSULATIO**, onis, f. exsiliū. *Flor. 1*, 22. Clarissimos principes exsulatione multavit.

**EXSULATUS**, us, m. exsulatio, exsiliū. *Mesala Corvin. de prog. Aug. 29*. Tarquinius Junii Bruti opera pulsus, in exsulatum cum scelestis conjugae ac filii fuga perrexit.

**EXSILIUM** pro *exsilio*, antique dictum fuit.

**EXSULO** et *Exulo*, as, avi, atum, n. I. [*\*Retius scribitur Exsulo. V. Terent. Scaur. p. 2258. et quos laudavi s. v. Exsul.]* ἀπολις εἶμι, φεύγω, exsul sum, in exsilio sum: quasi extra solum eo, vel sum. *Cic. Parad. 4. f.* De te privilegium tulit, ut si in opertum Bonae Deae accessisses, exsulares. *Id. Or. 1*, 39. Qui Romam in exsiliū venisset, cui Romae exsulare jus esset. *Id. Fam. 4*, 8. Aptissimus ad exsulandum locus. *Liv. 2*, 35. Damnatus absens, in Volscos exsulatum abiit. *Pl. Eun. 3*, 5, 62. Domo exsulo nunc. *Ov. Pont. 4*, 9, 41. Mente tamen, quae sola loco non exsulat, utar. *Id. Trist. 3*, 14, 11. per extremas profugus pater exsulat oras. *Curt. 5*, 8. Exsulare in regno. *Pl. Pers. 4*, 4, 7. Exsulare ex patria. *Justin. 26*, 1. In perpetuum cum viris exsulaturae. *Id. 2*, 10. Exsulare apud aliquem. *P Exsulare a patria* affertur ex *Pl. Most. 3*, 1, 69., sed varia ibi lectio est, et incerta. *Mart. tamen habet Spectae. 4*. Exsulare ab urbe Ausonia. *P Translate. Cic. Parad. 4. med.* Cum omnes meo discessu exsulasse rempubl. putent. *Pl. Pers. 4*, 4, 7. Perfidia ex urbe, et avaritia si exsulant. *Id. Merc. prol. 42*. Amare coepi meretricem: illico res exsulatum ad illam abibat clam patris. *P Exsulare active*, in exsilio pellere. Hinc passive *Hygin. fab. 26. de Medea*. Tunc iterum exsulatur. [*\*V. Munk. ad h. l.]* *Dict. Creten. 5*, 4. *extr.* Decernitur, Antimachum ex omni Phrygia exsulandum. *Cave imiteris. [V. Drak. ad Liv. 3*, 67, 8.] *P Part. Exsulans* V. suo loco.

**EXSULTABUNDUS**, a, um, adj. exsultans. *Sol. 5*. Exsultabundus ad cantum elevatur. *Justin. 18*, 7. Aususne es moesta ac lugentia castra velut exsultabundus intrare?

**EXSULTANS**, antis, part. ab *exsulto*, qui exsilit, ἐκπηδῶ. *Cic. Off. 1*, 26. Equi ferocitate exsultantes. *Id. Div. 2*, 70. *extr.* Exsultantes lili-gines. *Plin. 18*, 35, 88. Pecora exsultantia, et indecora lascivia ludentia. *Lucr. 2*, 195. Sanguis emicat alte exsultans e corpore. *P Translate* significat superbientem, et successu aliquo elatum. *Cic. Sen. 4*. Annibalem juveniliter exsultantem patientia sua molliet. *Id. Har. resp. 1*. Hominem furentem exsultantemque continui. *Id. Tusc. 5*, 6. Elatus levitate, inanique laetitia exsultans, et temere gestiens. *Id. Top. 22*. Exsultantem laetitiam comprimere. *Id. Sext. 44*. Furorem exsultantem reprimere. *Virg. A. 2*, 386. successu exsultans animisque Coroebus. *Gell. 12*, 5. Affectiones animi exsultantes opprimere, et obtinere. *P De oratione, et verbis. Quint. 9*, 4. *med.* Exsultantissimum verbum, h. e. quo veluti subsultat oratio. Hujusmodi sunt, quae plures syllabas breves habent, quae, ut *Id. ib. paulo sup.* dixerat, si miscentur quibusdam vocibus longis currunt; si continuantur, exsultant. *Id. 12*, 10. M. Tullium suorum homines temporum incessere audebant, ut tumidiorem, et in compositione fractum, exsultantem, ac paene viro molliorem, h. e. nimis oratione lascivientem, et petulantem. *Id. 10*, 2. Fiunt pro grandi-



bus tumidi, pressis exiles, lactis corrupti, -compositis exsultantes.

EXSULTANTER, adv. οὐρητικῶς. Plin. ep. 3, 18. f. Cum ea potius, quae pressius et adstrictius, quam illa, quae hilarius et quasi exsultantius scripsi, possint videri accessita.

EXSULTANTIA, ae, f. actus exsultandi, exsultatio. Gell. 12, 5. Cum petulantia morbi dolorisque exsultantia colluctantem. Paul. Nolan. carn. 21. v. 564. ludibrium Hostilis exsultantiae.

EXSULTATIO, onis, f. ἐκπύδησις, actus exsultandi. Plin. 8, 54, 80. Simias luna cava tristes esse, novam exsultatione adorare. Colum. 7, 3. med. Agnum claudi oportebit, ne velut puerili nimia exsultatione macescat. Quint. 2, 2. Proni atque succincti, ad omnem clausulam non assurgunt modo; verum etiam excurrunt, et cum indecora exsultatione conclamant. P Translate. [\*Sen. Ir. 2, 21. Eum attolli, non gestire patiamur; gaudium enim exsultatio, exsultationem tumor et nimia aestimatio sui sequitur.] Hirt. B. Afr. 31. extr. Constituera, gloriam exsultationemque eorum pati, donec etc. Tac. H. 1, 72. Par exsultatio, impetrato Tigellini exitio. Gell. 2, 27. Laetitia dicitur exsultatio quaedam animi cum gaudio effervescere. Sen. Tranq. 15. f. Animus in exsultationem libertatemque extrahendus.

EXSULTIM, adv. saltando, exsultando. Hor. Od. 3, 11, 10. Quae, velut latis equa trima campis, Ludit exsultim, metuitque tangi.

EXSULTO et Exulto, as, avi, atum, n. 1. ἐκπύδω, exsilio, salio, immoderate, et veluti extra limites salto: ab ex, et salto. Nep. Eum. 5. Equos verberibus coegit exsultare, et calces remittere. Sen. Q. N. 6, 10. f. Pila cum cecidit, exsultat, ac saepius pellitur. Or. Met. 2, 864. de tauro. Et nunc alludit, viridique exsultat in herba. Tac. A. 14, 34. Hostis exsultare per turmas et catervas. Virg. A. 3, 557. Exsultantque vada, atque aestu miscentur arenae. Etib. 7, 464. Exsultant aestu latices. Lucr. 2, 631. Exsultare in numerum. Id. 3, 142. In corde exsultat pavor et metus, h. e. trepidat, salit. Plin. 18, 19, 49. n. 2. Seamna inter duos sulcos cruda ne relinquatur, glebae ne exsultent. Id. 17, 22, 35. n. 13. Sic coercetur impetus materiae, densioresque circa pampini exsultant. Sic Id. 31, 10, 46. n. 4. Nitrum uritur in testa opertum, ne exsultet. P Translate. Cic. Ac. 4, 35. et Or. 8. Cum sit campus, in quo exsultare possit oratio, cur eam in tantas angustias compellimus? Id. Att. 1, 16. med. Alacris exsultat improbitas in victoria. Quint. 9, 4. Verba exsultant. V. EXSULTANS. P Hinc saepe est immodice jactare se gaudio, gestire, efferri, immoderate gaudere. Cic. Att. 6, 1. med. Graeci exsultant, quod peregrinis iudicibus utuntur. Id. Phil. 2, 27. Exsultare gaudio. Id. Att. 15, 21. et Cluent. 5, et Liv. 27, 2. Exsultare laetitia, et triumphare gaudio. Quint. 6, 4. med. vana spe. Cic. Rosc. Am. 6. victoria. Id. Balb. 26. in ruinis alterius. [\*Bene monet Matth. ad Cic. Sext. 41. ad sensum differre, utrum dicatur exsultare re, an exs. in re. In significat quasi materiam subjectam exsultationi, quae causam praebet; simplex ablativus id, quo efficitur, ut quis exsultat.] Id. Div. 1, 29. Exsultare, immoderateque jactari. Id. fr. de rep. ap. Non. 4, 178. In omni crudelitate sic exsultat, ut vix hominum acerbis funeribus satietur. Tac. Agr. 8. Nec Agricola unquam in suam famam gestis exsultavit: ad auctorem et ducem, ut minister, fortunam referebat. P In bonam partem. Stat. Silv. 4, 4, 37. Te quoque flammabit tacite repetita parumper Desidia, et solidos novus exsultabis in actus, h. e. alacer accedes ad res magnas agendas. P Cum accusativo. Tac. A. 11, 28. Dum histrio cubiculum principis exsultaverit, dedecus quidem illatum etc. h. e. adulterio infamaverit, contaminaverit, quasi quae fabulam, ceu in scena, saltaverit. Al. leg. insultaverit. [\*Vid. Boettich. in Lex. Tac. p. 188.] P Part. Exsultans V. suo loco.

EXSULTO et Exulto, as, avi, atum, n. 1. ἐκπύδω, exsilio, salio, immoderate, et veluti extra limites salto: ab ex, et salto. Nep. Eum. 5. Equos verberibus coegit exsultare, et calces remittere. Sen. Q. N. 6, 10. f. Pila cum cecidit, exsultat, ac saepius pellitur. Or. Met. 2, 864. de tauro. Et nunc alludit, viridique exsultat in herba. Tac. A. 14, 34. Hostis exsultare per turmas et catervas. Virg. A. 3, 557. Exsultantque vada, atque aestu miscentur arenae. Etib. 7, 464. Exsultant aestu latices. Lucr. 2, 631. Exsultare in numerum. Id. 3, 142. In corde exsultat pavor et metus, h. e. trepidat, salit. Plin. 18, 19, 49. n. 2. Seamna inter duos sulcos cruda ne relinquatur, glebae ne exsultent. Id. 17, 22, 35. n. 13. Sic coercetur impetus materiae, densioresque circa pampini exsultant. Sic Id. 31, 10, 46. n. 4. Nitrum uritur in testa opertum, ne exsultet. P Translate. Cic. Ac. 4, 35. et Or. 8. Cum sit campus, in quo exsultare possit oratio, cur eam in tantas angustias compellimus? Id. Att. 1, 16. med. Alacris exsultat improbitas in victoria. Quint. 9, 4. Verba exsultant. V. EXSULTANS. P Hinc saepe est immodice jactare se gaudio, gestire, efferri, immoderate gaudere. Cic. Att. 6, 1. med. Graeci exsultant, quod peregrinis iudicibus utuntur. Id. Phil. 2, 27. Exsultare gaudio. Id. Att. 15, 21. et Cluent. 5, et Liv. 27, 2. Exsultare laetitia, et triumphare gaudio. Quint. 6, 4. med. vana spe. Cic. Rosc. Am. 6. victoria. Id. Balb. 26. in ruinis alterius. [\*Bene monet Matth. ad Cic. Sext. 41. ad sensum differre, utrum dicatur exsultare re, an exs. in re. In significat quasi materiam subjectam exsultationi, quae causam praebet; simplex ablativus id, quo efficitur, ut quis exsultat.] Id. Div. 1, 29. Exsultare, immoderateque jactari. Id. fr. de rep. ap. Non. 4, 178. In omni crudelitate sic exsultat, ut vix hominum acerbis funeribus satietur. Tac. Agr. 8. Nec Agricola unquam in suam famam gestis exsultavit: ad auctorem et ducem, ut minister, fortunam referebat. P In bonam partem. Stat. Silv. 4, 4, 37. Te quoque flammabit tacite repetita parumper Desidia, et solidos novus exsultabis in actus, h. e. alacer accedes ad res magnas agendas. P Cum accusativo. Tac. A. 11, 28. Dum histrio cubiculum principis exsultaverit, dedecus quidem illatum etc. h. e. adulterio infamaverit, contaminaverit, quasi quae fabulam, ceu in scena, saltaverit. Al. leg. insultaverit. [\*Vid. Boettich. in Lex. Tac. p. 188.] P Part. Exsultans V. suo loco.

EXSULTO. V. EXUO.

EXSUPERABILIS, e, adj. qui superari potest, superabilis. Stat. Th. 1, 214. nec exsuperabile diris Ingenium mortale. P Item active qui superare potest. Claud. Quadrig. ap. Gell. 17, 2. Cujus operam apud Gallos cum prime fortem atque exsuperabilem res publica sensit. Serv. huc trahit illud Virg. G. 3, 39. Immanemque rotam, et non exsuperabile saxum: sc. Sisyphi: non quod, inquit, superari non potest, sed quod superare non valet summum montis cacumen. Idem ab Hom. Odyss. 11, 597. λῆξ ἀνυπόδησις dicitur.

EXSUPERANS, antis, part. ab exsupero, ἐκσπέρω, qui exsuperat, praestans, excellens. Or. Trist. 1, 5, 56. Materia vires exsuperante meas. Sil. 1, 56. Annibal exsuperans astu, sed devius aequi, h. e. abundans. Gell. 6, 8. Mulier exsuperanti forma. Id. 14, 3. extr. De iis apud alios, uter esset exsuperantior, certabatur. Inscr. ap. Spon. Miscell. erud. antiq. p. 71. J. O. M. summo, exsuperantissimo. Adde aliam ap. Don. cl. 3. n. 31. In nummo Commodi Aug. ap. Eckhel. D. N. F. T. 7. p.

Tont. II.

115. Jovi Exsuperantissimo. Hic idem Juppiter a Callimacho hymn. in Jov. v. 91. appellatur. Κροῦτῶν πανπέριστατος. P Item superfluus. Gell. 1, 22. Abundans nimis, et affluens et exsuperans.

EXSUPERANTIA, ad, f. ἐπεροχή, excellentia, praestantia, quae intra mediocritatem non continetur, sed rara est, et singularis. Cic. Tusc. 5, 36. An non ita fit omni in populo? nonne omnem exsuperantiam virtutis oderunt? Aristides nonne ob eam causam expulsus est patria? Gell. 4, 18. Sunt haec duo exempla ejus (Scipionis Africani) fiduciae, atque exsuperantiae ingentis. Id. 14, 1. med. Eos planetas cernere homines non possunt propter exsuperantiam vel splendoris, vel altitudinis.

[EXSUPERANTIUS et Exuperantius, ii, m. idem ac exsuperans. Est cogn. R. Inscr. ap. Grut. 21, 3. Aurelius Exuperantius sacerdos Silvani. F.]

EXSUPERATIO, onis, f. exsuperantia, superlatio. Auct. ad Her. 4, 53. Significatio per exsuperationem fit, cum plus dictum est, quam patitur veritas. Al. leg. exuberationem.

EXSUPERATOR et Exuperator, oris, m. superator, victor. In nummo Constantini M. ap. Eckh. D. N. F. T. 8. p. 83. Exuperator omnium gentium.

EXSUPERATORIUS, a, um, adj. Lamprid. Commod. 11. Menses quoque in honorem ejus, pro Augusto Commodum, pro Septembri Herculem, pro Octobri Invictum, pro Novembri Exsuperatorium, adulatores vocabant. Et 12. Appellatus imperator V. cal. Exsuperatorias. Commodus autem dici se ἐκσπέρωτα, quod idem significat, unice gaudebat. Salmas. ex Dione.

EXSUPERATUS, a, um, part. ab exsupero, superatus, victus. Lucr. 2, 232. corpus aquae, naturae tenuis Aëris haud possunt aequae rem quamque morari, Sed citius cedunt gravioribus exsuperatae. Plin. in. l. 36. Alpes ab Annibale exsuperatae.

[EXSUPERIUS et Exuperius, ii, m. idem ac exsuperans. Est cogn. R. Inscr. ap. Grut. 524, 8. Exsuperius miles. F.]

EXSUPERO et Exupero, as, avi, atum, a. 1. ἐκσπέρω, idem quod supero, aut longe supero, vinco. Virg. A. 12, 19. quantum ipse feroci Virtute exsuperas, tanto me impensius aequum est Consulere. Ov. Fast. 6, 372. arma capessant, Et si non poterunt exsuperare, cadant. Id. Trist. 1, 5, 56. Materia vires exsuperante meas. Virg. A. 7, 591. Exsuperare caecum consilium, h. e. furentem populi reprimere impetum. Vet. Poeta apud Cic. Tusc. 4, 36. impudentia aliquem. Plin. 2, 11, 8. latitudine aliquid. Id. 17, 23, 35. n. 27. Rediunt impendia exsuperant. Liv. 28, 43. Laudes alicujus non solum assequi, sed etiam exsuperare. [\*Alia exempla e Livio habet Drak. ad 7, 24, 2.] Or. Trist. 4, 4, 2. Exsuperas morum nobilitate genus. P Est etiam praertere. Val. Fl. 2, 622. Jam juga Peccotes, Pariumque infame fragosis Exsuperant, Pityamque vadis. Plin. 6, 17, 21. Exsuperare annem. P Item ascendere, Sen. ep. 31. Surge, et respira, et clivum istum uno, si potes, spiritu exsupera. Virg. A. 11, 905. Exsuperatque jugum, silvaque evadit opaca. Id. ib. 2, 759. exsuperant flammae, furit aestus ad auras. Id. 206. Pectora quorum inter fluctus arrecta, jubaeque Sanguineae exsuperant undas. Plin. 14, 1, 3. Vites ulmos exsuperant. P Item excedere. Plin. 18, 18, 17. Nilus exsuperavit sedecim cubita. Id. 9, 17, 30. Binas libras ponderis raro exsuperant. P Item superesse, superstitem esse. Cic. ad Quirit. 9. Dum anima exsuperabo mea. Al. rectius leg. spirabo. Val. Max. 5, 9. extr. Tu vero, pater, vive, et me quoque exsupera. Plin. 14, 2, 4. n. 5. Vitis vino, quod genuit, aestatem non exsuperans, h. e. ultra aestatem non durans.

EXSUPURO, as, a. 1. p. amoveo. Translate. Tert. Pall. 5. extr. Non facile quis has prulentias civitatis eliciet, et exsuppurabit. Al. leg. evaporabit.

EXSURDATUS, a, um, part. ab exsurdo, ut Exsurdatus clamoribus, Sen. ep. 93. med.

EXSURDO et Exurdo, as, avi, atum, a. 1. ἐκσπέρω, surdum reddo. Plin. 32, 10, 52. Paniculae flos si aures intraverit, exsurdatur. Val. Max. 2, 2, n. 3. Graecis actionibus aures curiae exsurdantur. P Translate. Hor. Sat. 2, 8, 38. Feruida quod subtile exsurdant vina palatum, h. e. hebetant.

EXSURGO et Exurgo, is, urrexii, rectum, n. 3. ἐκσπέρω, idem quod surgo, consurgo, erigor. Cic. Or. 1, 62. extr. Et cum exsurgeret, simul arridens etc. Id. Planc. 42. Huc exsurge tamen, quae: retinebo, et complectar. Pl. Mil. 2, 1, 3. Qui auscultare nolit, exsurgat foras. Id. Bacch. 4, 4, 105. Ubi erit accubitum semel, ne quoquam Exsurgatis. Id. Rud. 4, 2, 10. De nocte multa, impigreque exsurrexi. Id. ib. 1, 5, 22. Exsurgite a genibus ambae. Liv. 27, 41. Tempus exsurgendi ex insidiis, et aggrediendi hostem. P Exsurgere etiam dicuntur, quae attolluntur. Liv. 6, 4. Et Roma cum frequentia crescere, tum tota si-

mul exsurgere aedificiis. [\*Vid. Drak. ad h. l.] Plin. 5, 27, 27. Ubi Taurus ab Indico mari exsurgit. Id. 24, 19, 113. Inde alii ramuli exsurgunt. Sil. 7, 274. Qua nemorosa juga, et scopulosi vertice colles Exsurgunt. Tac. H. 2, 14. Acies ita instructa, ut pars in colles exsurgeret etc. Sen. Troad. 536. Generosa in ortus semina exsurgunt suos, h. e. enascuntur, crescuntque. Id. Hippol. 1012. furenti pontus exsurgit sinu, regnante Coro. P Translate est erigi, recreari, confirmari. Cic. Agr. 2, 32. Haec non solum affligerunt, sed etiam, ne quanto recreata exsurgere atque erigere se possent, funditus sustulerunt. Id. Phil. 13, 18. Si causa Pompejanorum esset jugulata, nunquam exsurget. Id. Fam. 12, 10. extr. Auctoritate vestra respublica exsurget, et in aliquo statu tolerabili consistet. Albinov. 1, 353. Alta mane, supraque tuos exsurge dolores. P Item insurgere, crescere. Sen. Med. 49. Gravior exsurgat dolor. Petr. Sat. 2. Grandis, et, ut ita dicam, pudica oratio non est maculosa, nec turgida: sed naturali pulcritudine exsurgit. P Passive impersonaliter. Pl. Ps. prol. f. Exporgi melius est lumbos, atque exsurgier: pro exsurgi.

EXSUSCITATIO, onis, f. actus exsuscitandi. Translate. Auct. ad Her. 4, 42. Si sententiam trajiciemus aut ad sermocinationem, aut ad exsuscitationem. Et 43. Mutatur res tractando, si traditur ad exsuscitationem, cum et nos commoti dicere videamur, et auditoris animum commovemus. [\*Cf. Ern. Lex. techn. Lat. rhet. p. 156.]

EXSUSCITO et Exuscito, as, avi, atum, a. 1. idem quod suscito, addita ex intensiva, ἀνεγείλω. Liv. 21, 3. extr. Parvus ignis magnum incendium exsuscitat. Ov. Fast. 5, 507. Ipse genu posito flammam exsuscitat aura. [\*V. Interpp. ad h. l.] Cic. Mur. 9. f. Te gallorum, illum buccinarum cantus exsuscitat. P Translate. Auct. ad Her. 3, 21. Si naturalem memoriam exsuscitaverimus hac notatione. Cic. Off. 1, 4. Quae cura exsuscitat animos, et majores ad rem gerendam facit. Brutus ad Cic. ad Brut. 1, 16. Magis tu te exsuscita, ut etc. P [\*Confund. Exsuscitare et Excutere. Heins. ad Ov. Fast. 5, 507.]

\*EXSYNCERASTI, ap. Pl. Most. 4, 1, 11. quibusdam dici videntur, quasi Emedullatos dixeris, et citra ullam pinguedinem. Nempe iidem Syncerastum Medullam interpretantur, v. g. Coel. Rhodig. 25, 24. V. Exsinceratus et cf. Syncerastus. B. A.

EXTA, orum, n. plur. ἔκτα, οὐλοῦσα, viscera, ac praesertim cor, pulmo, jecur, lien. Festus, Exta, inquit, dicta, quod ea Diis prosecuntur, quae maxime exstant, eminentque. Alii deducunt ab exsecando, quasi exsecta. Plin. 28, 5, 14. Hippocrates tradit, non prandentium exta celerius senescere. Id. 11, 37, 77. Exta serpentibus et laceris oblonga. Et ib. Exta homini ab inferiore viscerum parte separantur membrana. Pl. Poen. 3, 6, 9. Extis satur sum factus probe. P Ab extis multa solebant divinare veteres. Inspeciebant enim caesae hostiae viscera, quae si felicia essent, (felicitissima autem habebantur, si duplicia apparerent: item si integra, sana etc., contra vero tristia, si aliqua confecta tabe, aut si eorum aliquid deesset) coquebantur in foco, deinde secabantur partes, quae Diis essent immolandae, et quae ad vesendum sacrificulis relinquebantur. Caput in extis quid sit, in CAPUT dictum est. Cic. Div. 2, 12. Si est in extis aliqua vis, quae declaret futura, necesse est etc. Et mox. Non dicam gallinaceum fel, (sunt enim, qui vel argutissima haec exta esse dicant) sed tauri opimi jecur, aut cor, aut pulmo, quid habet naturale, quod declarare possit, quid futurum sit? Et 13. Extis exquirere aliquid. Et ib. Exta inspicere. Et 15. Tristissima exta sine capite. Curt. 7, 7. et 9, 4. spectare. Virg. A. 4, 63. pecudumque reclusis Pectoribus inhians, spirantia consulit exta. Suet. Aug. 1. prosecare. Et ib. et Virg. G. 2, 194. reddere Marti pandis lancibus, h. e. offerre. Reddi enim exta dicebantur, ut hoc loco Serv. docet, cum probata et elixa arae superponebantur. Simile est illud Liv. 26, 23. f. C. Claudius flamen Dialis, quod exta perperam dederat, flaminio abiit. Dare enim exta est ea ita distribuere, ut ritus postulat sacrificii: nempe quaedam in extis abscindebantur, et projiciebantur; quaedam Diis in ara offerebantur; quaedam a sacerdote et populo consumebantur, ut ex Festo in Porriciam colligitur. Veran. ap. Macr. Sat. 3, 2. Exta porriciunt, Diis danto in altaria, aramve, focumve, eove, quo exta dari debebunt. Mart. 11, 57. Exta Jovi dare. Pl. Ps. 1, 3, 31. Si sacrificem summo Jovi, atque in manibus exta teneam, ut porriciam. (V. PORRICIO.) Id. Poen. a. 2. v. 18. Omnibus in extis ajebat portendi mihi malum damnumque. Suet. Caes. 77. Exta lactiora. Cic. Div. 2, 17. Primis extis minari, bene promittere secundis. Et ib. Exta bona, aut non bona. Id. Top. 20. Praesensio per exta. Tibull. 3, 4, 5. venturae nuncia sortis Vera moment Tuscis exta probata viris. P Muta exta appellabant, in quibus nihil divinationis animadvertent. Fest. in Muta. Hinc fibrae loqui dicuntur, cum significant,

ac portendunt. V. FIBRA. P Regalia exta appellatur, quae potentibus insperatum honorem pollicentur; privatis et humilioribus hereditates; filio familiae dominationem. Id. in Regalia. P Extorum tristium notae quae fuerint omnes, habes ap. Sen. Oedip. 353. et sqq. et Lucan. 1, 608. et sqq. P Arietum exta non in veru, sed in olla coqui solita in sacrificiis, docet Varr. L. L. 4, 19. P Extum pro extorum dure dixit Pacuv. ap. Cic. Or. 46. P Extā, ae, f. legitur in Inscr. ap. Marin. Frat. Arv. n. 41. lin. 18. Deinde reversus ad aram extas reddidit porciarias; item in circo extam vaccinam reddidit. Et n. 42. lin. 12. Quorum extae redditae sunt. Et n. 43. lin. 22. Extas reddidit ad aram. Hae Inscriptiones pertinent ad an. p. Chr. n. 218. et sqq., imperante Antonio Aug. Elagabalo.

EXTABEO, es, ui, n. 2. et

EXTABESCO, is, n. 3. tabe consumo, liquefio, contabesco, ἐκπίπτω. Cic. Tusc. 3, 12. ex vet. Poeta. Refugere oculi, corpus macie extabuit, Lacrimae peredere humore exsanguis genas. Suet. Galb. 7. Fame extabuit. Not. Tir. p. 181. Extabuit, extabescit. P Translate. Cic. N. D. 2, 2. Videmus ceteras opiniones fictas atque vanas diurnitate extabuisse, h. e. evanuisse.

EXTAENIATUS. V. EXTENUATUS.

EXTALIS, is, m. In Gloss. Philox. exponitur ἀγρός, quod tum podicem, tum intestinum rectum podici commissum significat. Veg. Vet. 3, 11. pro intestino recto, quod morbo aliquo ex podice extet, accipere videtur. [\*V. Gesn. Ind. Scr. R. R. s. v.] [Hinc Auct. Vulg. Reg. 1, 5, 9. Computrescebant prominentes extales eorum, h. e. haemorrhoides. F.]

EXTANS. V. EXSTANS.

EXTANTIĀ. V. EXSTANTIĀ.

[EXTAR, olla, ubi exta coquebantur. Ita Gloss. Philox. F.] \*Charis. 1. Omnia quae ARSYLLABA terminantur, neutralia sunt: ut exemplar, jubar, instar, extar, θεαρχικὸν ἀγγύλιον, lacunar, et similia. Sed pro extar impressum lucar in ed. Putsch. B. A.]

EXTARIS, e, adj. ad exta pertinens. Pl. Rud. 1, 2, 47. Semper petunt aut cultrum, aut veru, aut aulam extarem, h. e. ollam extis coquendis, [nam exta aut veru assabantur, aut ollis elixabantur. V. Marin. Frat. Arv. p. 593. F.] [\*Cf. Interpp. ad Liv. 25, 16, 3. cui loco Gron. hanc vocem restituere voluit.]

\*EXTELO, as, a. I. Extelare, ἐλευθερώσαι Gloss. Fortasse, ex telis hostium eripere. Cf. Protelo. B. A.

EXTEMPLIO, adv. ἀντίκα, statim, continuo, cito. Cic. Rosc. Com. 3. Quid respondeat, nescit; quid fingat extemplo, non habet. Ter. Andr. 3, 2, 37. Cum intellexeras, id consilii capere, cur non dixisti extemplo Pamphilo? Id. Hec. 3, 3, 13. Postquam introii, extemplo ejus morbum cognovi. Liv. 40, 48. Extemplo fusi, fugati; mox intra vallum compulsi; postremo exuuntur castris. Virg. A. 1, 96. Extemplo Aeneae solvuntur frigore membra. Or. Met. 15, 663. Extemplo somnus abit. Adde Pl. plurimis in locis, Naev., Caecil., Enn., Claud. Quadrigar. ap. Gell. 2, 19, 23. et 26. et 9, 13. P Cum extemplo est simul ac. Pl. Bacch. 2, 3, 70. Quom extemplo a portu ire nos cum auro vident, subducunt lembum. Id. Most. 1, 2, 18. Aedes quom extemplo sunt paratae, expolitae, laudant fabrum. P Primo aspectu. Stat. Achill. 2, 88. sed nox, illataque fallunt Lumina: et extemplo latuit mensura jacentis. P Videtur quibusdam dictum esse per syncopen ab extemplo, quod eodem sensu usurpatur a Pl. Cist. 1, 1, 99. et 2, 3, 30., Bacch. 4, 9, 44., Mil. 2, 5, 51. et Poen. 1, 1, 55. Itaque extemplo idem esse putant, quod ex tempore, ut a tempus factum sit tempulum, inde extemplo, extemplo. Verius est tamen, illud u per epenthesis interjectum esse metri causa, quia semper in fine versus a Plauto adhibetur in eo metri genere, quod paenultimam syllabam brevem habet. [\*Cf. Schneider. Elementar. Tom. 1. p. 171.] P Ceterum extemplo (omissis variis etymologorum sententiis) idem omnino est, ac illico, teste Meursio. Ut enim hoc ab e loco factum est, ita illud ab ex-templo: templum enim et ipsum locum aliquando significat. Itaque ut e vestigio dicimus pro statim; ita illico, h. e. e loco et extemplo. Porro hac ratione ab auguriis fortasse traxit originem, in quibus augures, auspicio impetrato, continuo ex templo capto discedebant, Deorum exploratam voluntatem nunciaturi. P [\*Confunduntur Extemplo et Exemplo. Vid. Drak. ad Liv. 34, 33, 8.]

EXTEMPORALIS, e, adj. ἀπροβόλιος, qui ex tempore fit: et fere ad dicendum refertur. Quint. 2, 4. Extemporalis garrulitas, nec expectata cogitatio, circulariorae vere jactationis est. Id. 10, 7. Extemporalis actio auditorum frequentia excitatur. Et 6. Si aliquis inter dicendum affulserit extemporalis color. Et 11, 2. Extemporalis oratio. Petr. Sat. 6. declamatio. Auct. dial. de Or. 6. audacia. Suet. Aug. 84. facultas. Mart. 5, 54. rhetor. Plin.

ep. 1, 30. Extemporales figurae. [\*Cfr. Ernest. lex. techn. lat. rhet. p. 159.]

EXTEMPORALITAS, atis, f. ἀπροσχεδιασμός, facultas ex tempore aliquid dicendi, faciendive. Suet. Tit. 3. Latinae Graecaeque linguae vel in orando vel in fingendis poematibus promptus, facilisque vel ad extemporalitatem usque.

EXTEMPORALITER, adv. extemplo. Sidon. ep. 9, 14. Extemporaliter scribere.

\*EXTEMPORANEUS, a, um, adj. extemporalis. Gloss. Lat. Gr. Extemporaneum, ἀπρόεργον. Hanc vocem improbat Voss. de Vit. L. L. 1, 19. Pervulgatum quidem (inquit Noltenius); sed barbarum tamen est. B. A.

EXTEMPORĒ. V. TEMPUS.

EXTEMPULO. V. EXTEMPLIO.

EXTENDO, is, di, nsum et ntum, a. 3. ἐκτείνω, extra seu ultra tendo, porrigo, explico. Colum. Arbor. 17. Oleae, quae in proceritatem extenduntur, evanidae fiunt. [\*Col. R. R. 4, 20, 3. Quum ad summum palum vitis extenta est.] Or. Met. 1, 43. Jussit et extendi campos, subsidere valles. Sen. Ben. 4, 13. Sol diem extendit et contrahit. Plin. 32, 6, 31. Testae ostreorum cinis cutem mulierum extendit. Id. 13, 12, 26. Extendere malleo chartam. Id. 10, 64, 84. crura in longitudinem. Petr. Sat. 20. Iodiculam in pavimento. Pl. Men. 1, 1, 19. vincula. Plin. 9, 59, 85. lineam. Curt. 4, 13. f. cornua aciei. Et 3, 9. f. agmen ad mare. Et ib. latius aciem. Virg. A. 12, 909. cursum, i. e. currendo progredi. Sic Caes. B. C. 3, 77. Magnis itineribus se extendere. Virg. A. 10, 407. Ignis extenditur per campos. Hor. Ep. 1, 20, 21. Majores pennas nido extendisse, h. e. majora ausum esse, quam domestica fortuna ferebat. Id. A. P. 208. Extendere agros, i. e. agros agris adjungere. Plin. ep. 3, 5. extr. epistolam, h. e. longiorem facere. Id. ib. 2, 13. preces. Et ib. 7, 9. extr. Immodice epistola me extendi. Lucret. 6, 434. trudere et extendere aliquid in undas. P Saepe refertur ad tempus. Liv. 27, 2. Extendere pugnam ab hora tertia ad noctem. Suet. Tit. 7. ad mediam noctem comissiones. Mart. 4, 8. labores in horam quintam. Virg. G. 2, 405. curas venientem extendit in annum. Sil. 3, 95. Extendere aevum, et Stat. Silv. 3, 1, 172. colos. Plin. Pan. 49. tempus. Et 61. consulatum. P Ponitur et pro sternere. Virg. A. 5, 374. Perculit et multa moribundum extendit arena. Curt. 9, 5. f. Coepit linqui animo et veluti moribundus extendi. Virg. A. 6, 423. Fusus humi totoque ingens extenditur antro. Curt. 4, 9. Si qua eminebant, jussit aequari totumque fastigium extendi. P Item pro augere. Justin. 11, 4. et Suet. Cal. 38. Extendere pretium rerum. Mart. 12, 6. breves census. P Translate. Virg. A. 10, 468. famam factis. Hor. Od. 3, 3, 45. nomen in ultimas oras, h. e. diffundere. Liv. 28, 43. Longius, quam quantum vitae humanae spatium est, cupiditas gloriae extenditur. Et 34, 4. Extendere se supra vires. Id. 24, 48. In Africam quoque spem extenderunt. Quint. Decl. 3, 13. Ad altiore se honorum gradum extendere. [\*i. e. provehitur. Vid. Gron. Observ. 3, 1. Munch. ad Fulg. Myth. 1. p. 612.] Petr. Sat. 140. Per hanc successione artem suam perseverabat extendere. Pl. Bacch. 3, 3, 26. Extendere aetatem suam in exercitio aliquo. Quint. 10, 1. med. Extendere verba aut corripere, i. e. producere aliquid addendo per prothesin, epenthesis aut paragonem. P Illa sunt Jctorum, Modest. Dig. 32, 1, 33. extr. Nisi specialiter defunctus ad ultiores voluntatem suam extendit. Callistr. ib. 48, 10, 15. med. Quod ad liberas personas extendi non debet. Scaevola ib. 20, 4, 21. Ad lapidum venditionem officium suum extendit. P Part. Extendens ap. Suet. Cal. 38. Pretium extendens.

EXTENEBRO, as, a. I. e. tenebris educo, in lucem profero. Varro: Atque omnes adeo perquirat atque extenebrat artes. Ita refert Geartius ad Stat. Sil. 2, 3, 71., quem penes sit fides, unde enim hoc fragmentum eruerit, non comperi.

EXTENSE, adv. late, ample. Tertull. Idol. 2. Dominus extensus ista disponit.

EXTENSIO. V. EXTENTIO. [\*Veg. Vet. 5, 14, 2. Extensiones et tubercula nascuntur in dorso. Sed lectio vix sana.]

EXTENSIPES, edis, m. ap. Diomed. 3, 475. nomen est pedis molossi, qui tribus longis constat.

EXTENSIVUS, a, um, adj. qui extenditur vel extendi potest. Paul. Dig. 38, 17, 6. Cum verba extensiva sunt, poenitentia ejus usque ad annum admittenda est.

EXTENSUS, a, um, part. ab extendo. [\*Sed forma extensus est frequentior.] Cic. Acad. 4, 47. Extensis digitis adversam manum ostenderat. Quint. 11, 3. Manus extensiores. Liv. 21, 32. Castra quam extensissima potest valle collocat. P [\*Confunduntur Extensus et Extentus. Vid. Burm. ad Or. Art. Am. 3, 302.]

EXTENSUS, us, m. V. EXTENTUS, us.

EXTENTE, adv. extendendo. Ammian. 23, 4. (de ballista) Quadratus eminet stilus extentus. Al. leg. extensus.

EXTENTIO, onis, f. ἐκτασις, actus extendendi. Vitruv. 9, 4. med. Radium solis extensionibus porrecti. Al. leg. extensionibus.

EXTENTO, as, avi, atum, a. I. exterior: ab ex et tento. Potest etiam duci ab extendo, tanquam ejus frequentativum. Pl. Bacch. 4, 2, 2. Quanam istaec est pultatio? Quae te mala crux agitat, ad istum qui modum Alieno vires tuas extentes ostio? Id. Most. 3, 1, 65. Quid tu te homo omnium te terrime Venisti huc extentatum? h. e. ut vires laterum tuorum clamando experireris atque ostenderes? P Ab extendo quidem certe est in illo Lucretii 3, 491. extentat nervos, torquetur, anhelat. Et Ammian. 22, 14. Ridebatur, ut homo brevis humeros extentans angustos.

EXTRAORDINARIUS, a, um, adj. *ἐξαιρετός*, qui est extra ordinem, qui praeter consuetum morem, cursumve rerum fit. *Varr. R. R.* 2, 1. extr. Extraordinariae fructuum species duae accedunt magnae, quarum una est tonsura, altera de lacte et caseo, h. e. praeter ordinarium, qui est ex fetibus. *Cic. Ph.* 11, 8. At enim C. Caesaris extraordinarium imperium mea sententia dedi: ille enim mihi praesidium extraordinarium dederat. *Caes. B. C.* 1, 32. Se nullum extraordinarium honorem appetisse: sed expectato legitimo tempore consulatus, eo fuisse contentum. *Cic. Brut.* 63. Extraordinaria consulatus petitio. *Id. Verr.* 2, 5, 14. Extraordinariae cupiditates. Et *ib.* 2, 1, 39. pecuniae, h. e. quae neque de rebus, neque de annonis, neque de aliqua legitima accessione videntur adjectae, ut ait *Ascon.*, sed ex sordidis lucris et furtis. *Liv.* 40, 31. Equites extraordinarii sinistrae alae. Et *ib.* 27. et 34, 47. Extraordinariae cohortes, h. e. alariae, ex militibus sociorum selectae, qui erant extra ordinem ac numerum legionum. Vel legionariae quidem, sed extra legionum aciem, separato ordine dispositae. Et *ib.* Extraordinaria porta erumpere, h. e. praetoria, inquit *Gron.*, ubi tendebant extraordinarii. Non ideo tamen ita dicta, quia ibi tenderent, sed quia illa porta extra ordinem erumpere jussi sunt, qua robur legionum exire mos erat, non cohortes aliquot extraordinarias. *Lips.* vult, mendum esse, et ordinaria reponi, eandem praetoriam intelligendo. P *Extraordinaria* a Jctis dicuntur ea, de quibus nihil lege est constitutum, sed eorum cognitio et judicium extra ordinem ad praetorem pertinet, ejusque arbitrio subicitur. [\*Hinc *extraordinaria* iudicia dicuntur ea, quae habebantur aut de crimine, de quo nulla lex erat, aut de eo, quod atrociter existimabatur, quam quod secundum leges puniendum putarent.] Hinc *titulus* 11. l. 47. *Dig.* De extraordinariis criminibus inscribitur: et t. 13. l. 50. De extraordinariis cognitionibus. *Ulp. Dig.* 47, 20, 2. Coercitio extraordinaria.

EXTRARIUS, a, um, adj. exterior, externus: ab *extra*, *ἔξωτός*. *Auct. ad Her.* 2, 13. Absoluta iudiciali constitutione utemur, cum ipsam rem jure factam dicimus, sine ulla assumptione extrariae defensionis. *Cic. Inv.* 2, 56. Utilitas aut in corpore posita est, aut in extrariis rebus. Al. leg. *extraneis*. *Lucr.* 4, 277. Extraria lux oculos perterget. P Item alienus, non domesticus, hoc est qui non est ex nostra domo, patria, gente, aut ditione. [\*Forma extrarius Mureto ad h. l. non satis latina videbatur, sed ab idoneis scriptoribus usitatam esse ostendunt *Interpp.* ad *Suet. Vesp.* 5. *Ruhnck.* ad *Rut. Lup.* p. 43.] *Ter. Phorm.* 4, 1, 13. Hanc conditionem si cui tulero extrario. Al. leg. *extraneo*. [\*Ap. *Flor.* 4. p. 359, 33. Et qui penes extrarios saepenumero promississime disceptavi, idem nunc penes meos haesito.] *Suet. Vep.* 5. Canis extrarius e trivio. *Quint.* 7, 4. Sub extrario accusatore prodesse nunquam potest, in domesticis disceptationibus potest. Al. leg. *extraneo*. *Jabot. Dig.* 38, 2, 36. Libertus, praeterito patrono, extrarios reliquit heredes. *Afran.* ap. *Non.* 2, 268. Extrarium esse ab aliquo. P *Fest.* inter extrarium, et extraneum sic distinguit, ut *extrarius* sit, qui extra focum, sacramentum, jusque sit; *extraneus* ex altera terra, quasi extraneus. P [\*Confund. *Extrarius* et *extraneus*. *V. s. h. v.*]

EXTRÉMISCO, is, n. 3. idem ac tremisco. Quidam tribuunt *Minucio Octav.* 28., sed plerique leg. *contremiscunt*.

EXTRÉMITAS, atis, f. *τὸ ἄκρον*, id quod in quaque re extremum est. *Cic. Fin.* 2, 31. Infinitasque regiones, quarum nulla esset ora, nulla extremitas. *Id. Univ.* 6. Mundus globosus est fabricatus: quod *σφαιροειδής* Graeci vocant: cujus omnis extremitas paribus a medio radiis attingitur. *Sic Plin.* 2, 17, 14. Extremitas circuli. *Id.* 35, 10, 35, n. 5. Extremitus picturae. [\**der Umriß.*] *Id.* 6, 30, 35. Extremitates Aethiopiae. *Id.* 31, 7, 39. lacuum tantum inarescent. *Id.* 28, 6, 17. corporis, vel aurium. *Id.* 23, 1, 24. Febrium accessiones cum frigore extremitatum. *Cic. Acad.* 4, 36. *med.* Extremitas et quasi libramentum, h. e. extrema superficies, *ἐπιπέδον*.

Tom. II.

EXTRÉMO, is, ui, n. 3. idem ac tremo. *Sedul.* 4, 286. Extremuit letale chaos. Alii melius leg. *Et tremuit*.

EXTRÉMUS, a, um, adj. *ἄκρον*, *ἄκρον*, extremus, ultimus, postremus, novissimus, summus: superl. ab *extra*, vel *exter*. *Cic. Div.* 2, 43. Coelum ipsum, quod extremum atque ultimum mundi est. *Id. Cluent.* 65. extr. Ne in extrema quidem, aut media, aut in aliqua quidem parte quaestionis. *Id. Att.* 6, 1. *med.* In extrema fere parte epistolae. [\**Liv.* 37, 53, 8. Extremus finis: ubi vid. *Drak.* et *id.* ad *Liv.* 6, 12, 10.] *Hor. ep.* 2, 2, 204. Extremi primorum, *Tac. H.* 4, 42. Extremus dominorum. *Cic. Leg.* 2, 21. extr. Mensis extremus anni Februarius. *Id. Verr.* 2, 5, 45. Matres ab extremo complexu librum exclusae, quae nihil aliud orabant, nisi ut filiorum extremum spiritum ore excipere sibi liceret. [\**Ter. Eun.* 4, 2, 12. Extrema linea amare, h. e. e. longinquo amare, amicum non adire aut tangere.] *Hor. Ep.* 1, 1, 45. Impiger extremos currit mercator ad indos, h. e. positos in extremis terrae regionibus, longe dissitos, remotissimos. *Sic Od.* 3, 10, 1. Extremum Tanaim bibere. [\**Virg. Ecl.* 10, 1. Extremus labor. *V. Ruhnck.* ad *Rut. Lup.* 1, 21. p. 67.] *Cic. Brut.* 33. Extrema manus non accessit ejus operibus. *Id. Fam.* 4, 13. Extremum illud est, ut te orem et obsecrem. Et *Att.* 11, 16. f. Extremum est, quod te orem, si putas rectum esse, cum Camillo communices. P [\*Item primus, in quem sensum etiam ultimum ponitur. *Liv.* 44, 9, 9. In fronte extrema: quod saltem *Drak.* explicat: in prima fronte. P Translate pro summus. *Cic. Amic.* 8. Belluarum hoc quidem extremum est, sc. voluptas. *Cic. Fin.* 3. Quum enim hoc sit extremum (sentis enim, me quod *τέλος* Graeci dicunt, id dicere tum extremum, tum ultimum, tum summum.) P *Extremus liber*, *extrema oratio*, *epistola*, et similia non solum significat ultimum e multis libris, ultimam e multis epistolis etc., sed ejusdem libri, aut epistolae partem ultimam. *Cic. Off.* 3, 2. In extremo libro tertio. *Id. Or.* 1, 10. Quod vero in extrema oratione sumpsisti. *Id. Verr.* 2, 1, 36. In codicis extrema cera. *Id. Att.* 14, 8. Litterae, quibus in extremis erat, sibi insidias fieri. Et *ib.* 13, 45. Lamia epistolam attulit, in qua extrema scriptum erat etc. P Hujus generis sunt illa quoque: *Caes. B. G.* 6, 28. In extremo ponte turrim constituit. *Cic. Fam.* 15, 4. in extrema Cappadocia. Et *Manil.* 12. extr. Extrema hieme. Et 10. Extrema pueritia. Et *Coel.* 12. Extremis digitis attingere. Et *Sil.* 7, 172, et 14, 8. Extremus dies, h. e. vesper, et regio occidentalis, ubi sol vespere occidit. Et *Liv.* 2, 64. Extremo anno. Et *Nep. Con.* 1. Praetor fuit extremo Peloponnesio bello. *Varr. L. L.* 5, 2. f. Extrema luna, h. e. extrema lunae dies. P Dicitur de iis rebus, quas ultra nulla est spes, desperatis, in praecipiti positis. *Cic. Quint.* 15. Ad extrema, et inimicissima jura cupide descendere. *Suet. Ner.* 6. extr. Rursusque extremis suis rebus frustra requisivit. *Caes. B. G.* 2, 25. In extremis suis rebus. *Julian. Dig.* 40, 5, 47. In extrema valetudine esse. *Liv.* 22, 29. Qui nec ipse consulere, nec alteri parere scit, extremi ingenii est. *Caes. B. G.* 2, 27. et 33. Hostes in extrema spe salutis tantam virtutem praestiterunt, ut etc. Et *ib.* 7, 40. In extrema fortuna deserere patronos. Et *ib.* 3, 5. Res ad extremum adducta casum. Et *ib.* Eruptione facta extremum auxilium experiri. *Sall. Jug.* 3. Neque aliud, se fatigando, nisi odium quaerere, extremae dementiae est. *Just.* 35, 1. Subornant quendam sortis extremae juvenem, h. e. incertae stirpis, ignotum, egeumque rerum omnium. [\*Alia hujus generis dant *Duk.* ad *Flor.* 2, 3. *Ruhnck.* ad *Vell. Pat.* 2, 11.] *Sen. ep.* 70. f. Extrema mancipia. *Tac. A.* 6, 24. Orare extremae vitae alimenta, h. e. cibos vel vilissimos, dummodo vita trabatur. *App. Met.* 3, p. 131, 32. Extremi latrones, h. e. pessimi, nequissimi. P Huc pertinent illa *Flor.* 4, 5. Compellere ad extrema deditiois. *Poll.* ad *Cic. Fam.* 10, 33. *med.* Descendere ad extrema. *Curt.* 4, 14. *med.* Ad extrema perventum est. *Tac. H.* 4, 59. Famem, ferum, et extrema pati. *Id. H.* 2, 47. Plura de extremis loqui, pars ignaviae est, h. e. de morte. *Julian. Dig.* 40, 5, 47. Esse in extremis. *Sall. Cat.* 55. Respublica est in extremo. *Sic Tac. A.* 14, 61. Vita in extremum adducta. P *Extremum* absolute est extremitas, finis. *Cic. Div.* 2, 50. Quod finitum est, habet extremum. *Sil.* 4, 88. Sub extremum noctis. *Sall. Jug.* 24. Extremum diei. Et 95. aestatis. Et 41. In extremo montis. *Plin.* 11, 37, 68. Summum gulae fauces vocantur, extremum stomachus. *Liv.* 35, 11. Extremo anni. [\**Liv.* 6, 32, 11. Extrema agminis. *Drak.* ad *Liv.* 21, 34, 7.] *Tac. A.* 4, 74. Extrema imperii. *Flor.* 3, 3. Extrema Galliae. *Plin.* 8, 10, 10. Extrema Africae, qua confinis Ethiopiae est. P Aliquando adverbii loco ponitur. *Or. Trist.* 1, 3, 15. Alloquor extremum moestos abiturus amicos. *Id. Met.* 14, 431. extremum tenues liquefacta medullas *Taubit.* P *In extremum* est usque ad finem. *Or.*

*Her.* 7, 111. Durare in extremum. P *Ad Extremum* est in extrema parte. *Liv.* 21, 8. f. Missile telum hastili oblongo, et cetera tereti, praeterquam ad extremum. P Item omnino, vel peritide. *Id.* 23, 2. Improbis homo, sed non ad extremum perditus, cum mallet incolumi, quam eversa republica dominari. P Item usque ad extremum. *Or. Pont.* 1, 9, 28. Ne sit ad extremum Caesaris ira tenax. Adde *ib.* 3, 7, 20. P Saepius pro tandem, et denique sumitur. *Cic. Att.* 2, 21. Cum diu occulte suspirasset, postea jam gemere, ad extremum vero loqui omnes, et clamare coeperunt. *Id. Or.* 2, 19. Inventa disponere, deinde ornare verbis, post memoriae mandare, tum ad extremum agere. *Caes. B. G.* 4, 4. Complures annos Suevorum vim sustinuerunt: ad extremum agris expulsi etc. P *Extremo* eod. sensu. *Nep. Amilc.* 2. Sed extremo Amilcarem imperatorem fecerunt. *Cic. fragm. in Pis.* ap. *Ascon.* Prius Gallus, deinde Gallicanus, extremo Semiplacentinus. *Modest. Dig.* 32, 1, 81. Qui extremo mortuus est. P *Comp. extremior*, et *Sup. Extremissimus*: illud est *Appul.* 1. p. 105, 35. et *Met.* 7. p. 188, 28., hoc *Tert. Apol.* 19. P [\*Confund. *Extremus* et *Externus*. *Drak.* ad *Liv.* 34, 25, 6. — et *aeternus*. *id.* ad *Liv.* 4, 4, 4.]

EXTRICATUS, a, um, part. ab *extrico*, exsolutus, expeditus, explicatus. *Hor. Od.* 3, 5, 31. Extricata dens cerva plagus. [\**Cic.* ad *Att.* 15, 20. Solutio extricata.] *Ulp. Dig.* 9, 2, 27. f. Si cum maritus uxori margaritas extricatas dedisset in usum, ea invito vel inscio viro perforasset, ut pertusis in linea uteretur, h. e. solutas, nullo funiculo colligatas.

EXTRICÓ, as, avi, atum, a. l. *ἐξέτριω*, explico, libero: a *tricus*. *Col.* 3, 11. Silvestris ager etiamsi fructibus aut arboribus obsessus est, facile extricatur. P Translate. *Varr.* ap. *Non.* 1, 26. Putas, eos non citius tricas Atellanas, quam illi extricatos? *Vatin.* ad *Cic. Fam.* 5, 10. De Dionysio tuo adhuc nihil extrico. *Pl. Ep.* 1, 2, 49. Aliqua ope exsolvam, extricabor aliqua. *Hor. Sat.* 1, 3, 88. Mercedem aut nummos unde unde extricat, h. e. parat, expedit, eruit. *Phaedr.* 4, 22. Qui magna cum minaris, extricas nihil, i. e. magna jactans pollicitusque, nihil expedis, nihil praestas.

EXTRILIDUS, a, um, adj. impavidus, quasi qui extra laesionem est: ab *extra* et *laedo*. *Gell.* 19, 1. Hominem conspicimus impavidum et extrilidum. Alii *extrilidum* interpretantur exalbidum, timore pallentem. V. ipsum *Gellii* locum. Alii denique ipsam lectionem sollicitant.

EXTRINSECUS, adv. *ἔξωθεν*, ab exteriori parte. *Cic. Acad.* 4, 40. f. Irrumpunt extrinsecus in animos nostros per corpus imagines, nobis dormientibus. *Id. N. D.* 2, 54. Pulmones et cor extrinsecus spiritum adducunt. *Liv.* 2, 33. Extrinsecus imminens bellum. *Cic. Div.* 1, 24. Columna extrinsecus inaurata. *Cels.* 4, 1. Jecur intrinsecus cavum, extrinsecus gibbum. *Id.* 5, 26. in. Extrinsecus aut intra se. *Col.* 2, 9. *med.* Extrinsecus albidum, intus candidum. *Lucr.* 1, 528. plagis extrinsecus ictus. *Sen. ep.* 33. Extrinsecus auscultare. P Pro extra rem. *Col.* 1, 6. *med.* Haec etsi extrinsecus, non tamen intempestive videor hoc loco retulisse. P [\**Praeterea*. *Eutrop.* 9, 25. Castra diripuit; uxores, sorores, liberos cepit; infinitam extrinsecus Persarum nobilitatem. Quod novo usu dictum est, nisi velis explicare: extra castra, sed hoc minus etiam placet. *Cfr. Tzschuck.* ad h. l.] P Adjective. *Tert. Pall.* 1. Pallium extrinsecus habitus et ipse quadrangulus. Sed non est imitandus.

EXTRITUS, a, um, part. ab *extero*, exterdere elicitus, expressus. *Lucr.* 5, 1097. Exprimitur validis extritus viribus ignis. P Item contritus, elisus. *Sen. ep.* 57. *med.* Animam hominis magno pondere extriti permeare non posse. P Item extractus, exemptus, ut *Extrita* syllaba. *Varr. L.* 9, 5. V. EXTERO.

EXTRO, as, n. l. exeo, apud veteres. *Afran.* ap. *Non.* 2, 279. Simul limen intrabo, illi extrabunt illico.

[EXTRÓMEATUS. V. EXTRAMEATUS. F.]

EXTRUCTIO. V. EXSTRUCTIO.

EXTRUDO, is, usi, usum, a. 3. *ἐξωθέω*, extrudo, per vim expello. *Pl. Aut.* 1, 1, 5. Me extruxisti ex aedibus. Et 31. Decies die uno saepe extrudit aedibus. *Cic. Verr.* 2, 5, 15. Domo aliquem extrudere. *Ter. Eun.* 4, 5, 11. Extrudere foras. *Caes. B. G.* 3, 12. Mare aggere ac molibus extrudere. *Mela* 2, 7. Euboea ad meridiem promontorium Geraeston et Capharea extrudit. [\**Rutil. Lup.* 2, 7. p. 106. Paullum illud, reliquum quod habet, mentis ac sensus, poculis extrudere festinat, ubi vid. *Ruhnck.*] P Item compello aliquem celeriter proficisci, quadam vi et veluti manu adhibita. *Cic. Or.* 2, 58. Non nimis liberale hospitium meum dices, nam te in viam, simulac perpaulum gustaris, extrudam et ejiciam. *Id. Fam.* 14, 6. Pollicem, si non est profectus, quamprimum fac extrudas. Adde ad *Brut.* 1, 14. *Sic Ter. Hecyr.* 1, 2, 98. Eo invitum Pamphilum

extrusit pater; et *Cic. Phil.* 10, 5. Extrudi a senatu in Macedoniam. *P. Extrudere merces* est cupide vendere et quasi invitis emptoribus distrahere. [*los werden, an den Mann bringen.*] *Hor. Ep.* 2, 2, 10. Multa fidem promissa levant, ubi plenius aequo Laudat venales, qui vult extrudere, merces.

**EXTRUO. V. EXSTRUO.**  
**EXTRUSUS**, a, um, part. ab *extrudo*, expulsus. [*Caes. B. G.* 3, 12. Extruso mari aggere ac molibus, i. e. submoto mari.] *Lucr.* 3, 978. Cedit enim rerum novitate extrusa vetustas. *Tac. Agr.* 33. A latebris suis extrusi hostes.

**EXTUBÉRASCO**, is, n. 3. idem ac *extubero*. Part. *Extuberascens* ap. *Jul. Val. res gest. Alex. M. (A. Maio)* 1, 29. Eminentias quinque, quibus in cetero aquore extuberascens decus urbis est maximum. *B. A.*

**EXTUBÉRATIO**, onis, f. *ἐπιπρόσθεσις*, caro ex morbida causa alibic in corpore excrescens. *Plin.* 31, 9, 45. Luxatis imponitur sal cum farina et melle: item extuberationibus.

**EXTUBÉRATUS**, a, um, part. ab *extubero*. *Ammian.* 22, 15. Aviditate nimia extuberatus venter. *Solin.* 27. med. Enormi corpulentia extuberatus.

**EXTUBÉRO**, as, avi, atum, n. 1. *ἐκπύω*, intumesco, excresco. *Plin.* 21, 16, 56. Radice foliosa, ex qua media veluti malum extuberat. *Id.* 37, 8, 33. Gemma velut oculi figura extuberans. [*Legitur etiam in aliquot editt. apud Pall. Mart.* 10, 25. Extuberat frequens nodus: ubi alii *extuberat.*] *P. Nonnunquam active ponitur pro tumescere facio.* *Sen. Q. N.* 6, 4. Defert montes, subrigit plana, valles extuberat.

**EXTULO**, is, dicebant antiqui pro extra fero. Itaque legunt nonnulli in *Pl. Most.* 1, 2, 41. Extulunt, parant sedulo etc. Alii *extollunt.*

**EXTUMÉO**, es, ui, n. 2. *ἐξοιδέω*. *Pl. Truc.* 1, 2, 97. Uterum illi nunquam extumere sensi.

**EXTUMESCO**, is, n. 3. idem quod *extumeo*. *Plin.* 37, 5, 18. Smaragdi extumescens.

**EXTUMIDUS**, a, um, adj. idem ac *tumidus*. *Varr. R. R.* 1, 51. Aream potissimum rotundam et mediam paulo extumidam.

**EXTUNC**, adv. ex illo tempore. *Appul. Met.* 7, p. 198, 13. Ex tunc poenae reservatus. Alii melius leg. *Extremae poenae*. Addunt quidam locum *Val. Max.* 1, 5, f., sed ibi et tunc est legendum. [*Videndum tamen annon Ex tunc defendi debeat. Cfr. Ex nunc.*]

**EXTUNDO**, is, tūdi, tūsum, a. 3. *ἐκκόπτω*, idem quod *tundo* aut *valde tundo*. *Sen. Contr.* 5, 33. Alium distorquet, alium delumbat, alterius diminitas scapulas in deforme tuber extundit. *Phaedr.* 1, 21. Calcibus frontem extudit. *Al. leg. exterit.*

*P. Item tundendo expello, excutio.* *Cels.* 4, 4, n. 5. Frequens tussis sanguinem quoque extundit. *P. Metaphorice.* *Hor. Sat.* 2, 2, 14. Cum labor extuderit fastidia. *Bentley.* perperam *extulerit* legit. [*V. Heind. ad h. l.*] *Auct. Pan. ad Pis.* 164. Illo dulce melos Nereius extudit heros Pollice, terribilis quo Pelias ibat in hostem, h. e. chelyn pulsando elicuit sonum. *P. Saepae translate sumitur pro tundendo, hoc est precibus instando aut alia quapiam ratione obtinere, extorquere ab invito.*

*Pl. Most.* 1, 3, 63. Eundem animum oportet nunc mihi esse gratum, ut impetravi, atque olim, priusquam id extudi. *Suet. Vesp.* 2. Latum clavum diu aversatus est, nec, ut tandem aperteret, compelli, nisi a matre, potuit. Ea demum extudit magis convicio, quam precibus vel auctoritate. *Val. Max.* 1, 4, n. 4. Corvi duo in os ejus adversum, velut iter impediens, advolaverunt; vixque extuderunt, ut domum rediret. *Id.* 5, 2, n. 10. Perseveranti postulatione extuderunt, ut etc. *Quint.* 1, 3. Quosdam continet metus, quosdam debilitat: alios continuat extundit, in aliis plus impetus facit, h. e. extorquet, exprimit ab iis, ut litteras addiscant. [*V. Spald. ad h. l.*] *P. Item pro excutere inveniendi causa, studiose quaerere, expiscari, excogitare.* *Virg. G.* 4, 315. Quis Deus hanc, Musae, quis nobis extudit artem? Et 326. hunc vitae mortalis honorem, Quem mihi vix frugum et pecudum custodia solers Omnia tentanti extuderat etc., h. e. pepererat, comparaverat. *Gell.* 17, 20. Eloquentiae unius extundendae gratia Athenas venisse, h. e. acquirendae, addiscendae. *P. Item moliendo facere, conficere.* *Auct. dial. de Or.* 9. Ut cum toto anno, per omnes dies, magna nocturnum parte, unum librum extudit et elucubravit, rogare ultro cogatur, ut sint qui dignentur audire.

**EXTURBATIO**, onis, f. *Hieron. B. A.*

**EXTURBATOR**, oris, m. *August. B. A.*

**EXTURBATUS**, a, um, part. ab *exturbo*, expulsus, dejectus. *Cic. Ferr.* 2, 4, 30. Antiochus praereps provincia exturbatus. *Acc. ap. Non.* 1, 48. Extorris regno, exturbatus mari. *Catull.* 64, 108. Pinus radicibus exturbata. *Cic. Cluent.* 5. extr. Expulsus atque exturbatus.

**EXTURBO**, as, avi, atum, a. 1. *ἐξωθέω, ἐξπέλω*, per vim ejicio, expello, excutio. *Pl. Poen.* 1, 2, 168. Non ego homo trioboli sum, nisi ego illi mastigiae exturbo oculos atque dentes. *Plin.*

20, 10, 42. Radix ex vino pota calculos quoque exturbat. *Pl. Trin.* 3, 3, 76. Cunctos exturba aedibus. Et 1, 2, 100. et 2, 4, 200. Eum exturbasti ex aedibus. Et 4, 3, 77. Nos exturbavit foras. *Id. Curc.* 2, 1, 9. Exturbare ex animo aegritudinem. [*Liv.* 6, 21, 8. Exturbare spem pacis. *Drak. ad Liv.* 2, 15, 5.] *Justin.* 14, 3. ex animo facti memoriam. *Cic. Sull.* 25. f. homines e possessionibus. *Id. Mur.* 22. hominem e civitate. [*Cic. Rosc. Am.* 8. Nudum ejicit domo atque focus patrii diisque penatibus praecipitem exturbat. *Vid. Ruhk. ad Rut. Lup.* 1, 13. p. 45.] *Ov. Met.* 15, 175. caede nefanda Exturbare animas, h. e. ex corporibus ejicere. *Cic. Quint.* 31. Exturbari fortunis omnibus, h. e. spoliari. Et 15. Exturbare quempiam ex numero vivorum. *Id. Cluent.* 5. extr. Expellere et exturbare. *Id. Agr.* 2, 31. Exturbare et expellere. *Tac. A.* 11, 12. Messalina in Silium ita exarserat, ut Juniam matrimonio ejus exturbaret, vacuoque adultero potiretur. [*Cic. pro dom.* 42, 110. Quum indemnatum exturbares, ubi vero *Markl.* p. 255. *Wolf.* contendit, Ciceronem in hoc verbo non omittere ablativum, nisi ubi ex alio membro orationis subaudiri possit.] *P. Item de ejicere, evertere.* *Ascon. argum. Milon.* Milo exturbari tabernam jussit. *V. Catulli* locum in voce praeced. *P. Translate.* *Brut. ad Cic.* 1. ad *Brut.* 16. f. Cicero judicium suum tanta firmitate ac magnitudine direxit in exturbando Antonio. *Cic. Q. Fr.* 1, 4. Multa convenerunt, quae mentem exturbant meam, h. e. de statu deicerent. *P. Est etiam valde turbare, miscere, perturbare.* *Pl. Most.* 4, 3, 38. Nunquid Tranio turbavit? *Th.* imo exturbavit omnia. *Stat. Th.* 1, 441. Exturbare odiis tranquilla silentia noctis. *P. Part. Exturbans* ap. *Sil.* 16, 481. Ocius effusis nervo exturbante sagittis.

**EXTUSSIO**, is, ivi, itum, a. 4. est tussiendo aliquid ejicere. *Cels.* 2, 8. med. Vomicam excitat, sic ut extussiat. *Plin.* 23, 3, 35. Sanguinem ejicientibus et suppurata extussentibus.

**EXTUSSITUS**, a, um, part. ab *extussio*, tussiendo ejectus, ut *Extussita* sputa. *Coel. Aurel. Acut.* 2, 16.

**EXVÁPORO. V. EXSUPPULO.**

**EXUBÉRANS**, antis, part. ab *exubero*, uberius abundans. *Gell.* 3, 9. Vigoreque et colore exuberantissimo. *Lactant.* 4, 29. Fons exuberans. *Pacuv.* ap. *Varr. L. L.* 6, 2. Calydonia atrix terra exuberantium virum, h. e. multorum vel fortium, magnorum, illustrium, virtute exuberantium.

**EXUBÉRANTIA**, ae, f. exuberatio. *Gell.* 2, 26. Phoeniceus color exuberantiam splendoremque significat ruboris. *Id.* in titulo c. 7. l. 8. Exuberantia memoriae.

**EXUBÉRATIO**, onis, f. abundantia. *Vitr.* 1, 4. Exuberantibus aut defectionibus laborare. *V. Exsuperatio. B. A.*

**EXUBÉRO**, as, n. 1. *ἐὐθνήω*, superabundo: ab *ex* et *ubero*. *Virg. G.* 2, 516. pomisque exuberat arbor. Et *ib.* 1, 191. luxuria foliorum exuberat umbra. *Id.* A. 7, 465. alte spumis exuberat amnis. *Val. Fl.* 3, 234. sanguis exuberat ulna, h. e. abunde exit. *Suet. Cal.* 40. Lucrum exuberat. *Auct. Dial. de Or.* 30. Ex multa eruditione, ex pluribus artibus exundat et exuberat eloquentia. *Gell.* 7, 22. Luxuriare et exuberare. *Col. prooem.* In Asia Mysiaque densa et glutinosa terra maxime exuberat. Reperitur etiam active. *Id.* 9, 4. Quae favorem ceras exuberant, h. e. uberes reddunt. *Id.* 2, 16. Materiam meliorem vindemiis exuberandis.

**EXUCCUS. V. EXSUCCUS.**

**EXUCTUS. V. EXSUCTUS.**

**EXUDO. V. EXSUDO.**

**EXVEHO. V. EVEHO.**

**EXVELATUS. V. EXSINUATUS.**

**EXVERRAE. V. EVERRAE.**

**EXVERTO**, is, erti, sum, a. 3. praevenire, praecoccupare. *Pl. Poen.* 4, 2, 52. Cito homo exverti potest. Optimi codices habent *perverti*. [*Hoc verbum etiam ap. Plinium* reperiri auctor est *Seyfert.* *Gr. Lat.* §. 1640. nro. IV. Sed qua auctoritate hoc contendat nescio. *Cfr. Schneid. Elementarl.* Tom. II. p. 563.]

**EXUGENS**, entis, part. ab *exugo* vel *exugo*. *Fest.*: Exugentes, Exprimentes. *Plin.* 23, 1. extr. Aceto os colluunt venena exugentes. *B. A.*

**EXUGO. V. EXSUGO.**

**EXVIBISSO**, as, n. 1. idem ac *vibrisso*. *Tit. ap. Fest.* in *Vibrisso*. Si erit tibi cantandum, facito usque *exvibrisses*.

**EX VICARIO**, indeclin. qui vicarius fuit. *Inser. ap. Grut.* 28, 5. Caecionius Rufius Volusianus V. C. et ex vicario Asiae. Adde *Ammian.* 22, 11.

**EXUL** etc. *V. EXSUL.*

**EXULATICIUS**, *φυγίας* *Gloss. Gr. Lat. B. A.*

**EXULCÉRATIO**, onis, f. *ἐλκωσις*, plaga. *Plin.* 20, 3, 8. Et interaneorum, vesicarumque exulcerationibus. *Cels.* 4, 22. Si nulla exulceratio est. *P. Translate.* *Sen. Cons. ad Helv.* 1. Verebar, ne haec non consolatio, sed exulceratio esset, h. e. doloris renovatio.

**EXULCÉRATORIUS**, a, um, adj. exulcerandi

vim habens. *Plin.* 23, 7, 64. Exulceratorium medicamentum.

**EXULCÉRATRIX**, icis, f. quae exulcerat. *Plin.* 27, 12, 80. Vis ei styptica et exulceratrix.

**EXULCÉRATUS**, a, um, part. ab *exulcero*. *Cels.* 4, 16. Cutis exulcerata. *Plin.* 28, 13, 54. Exulceratus stomachus. *Id.* 23, 2, 32. Acetum calucleratus exulceratis. *P. Translate.* *Cic. Dom.* 11. Tot suspicionibus certorum hominum, et scelere exulceratus. Sic *Id. Deiot.* 3. Ut in exulcerato animo facile fictum crimen insideret. *Liv.* 9, 14. Ira exulceratos ignominia stimulabat animos. *Cic. Fam.* 1, 1. Ut in rebus ab ipso rege, et ab intimis Pompeji clam exulceratis, deinde palam a consularibus exagitat, et in summam invidiam adductis; ita versatur. *Petr. Sat.* 111. Cetera, quibus exulceratae mentes ad sanitatem revocantur, h. e. agrae, afflictiae, moerentes.

**EXULCERO**, as, avi, atum, a. 1. *ἐξελκώω*, ulcus induco. *Varr. R. R.* 2, 9. de canib. Perungunt aures, et inter digitos, quod muscae et ricini et pulices solent ea exulcerare. [*Col.* 7, 9, 5. Exulcerantur vulvae ferro.] *Cels.* 4, 15. Omnis agitatio exulcerat. *Plin.* 27, 12, 90. Polyanthemum caustica vi exulcerat cicatrices. *Cels.* 3, 21. med. Feramentis candentibus venter exulcerandus est. *P. Translate.* *Cic. Brut.* 42. Ut ea non modo non exulcerare vestram gratiam, sed etiam conciliare videatur. Et *Or.* 2, 75. Cur aut adversariorum adjumenta confirmant, aut ea, quae sanare nequeunt, exulcerant? *Plin. ep.* 1, 12. Exulcerare dolorem.

**EXULO. V. EXSULO.**

**EXULTO** etc. *V. EXSULTO.*

**EXULULATIO**, onis, f. *August. B. A.*

**EXULULATUS**, a, um, part. ab *exululo*, ululando clamatus. *Ov. A. A.* 1, 507. Ista jube faciant, quorum Cybeleia mater Concinitur, Phrygiis exululata modis. *P. Deponentis* forma, qui exululat. *Id. Trist.* 4, 1, 41. Usque suum Bacchis non sentit saucia vulnus, Dum stupet Edonis exululata jugis, *ἐξολολύσσα*.

**EXULULO**, as, n. 1. *ἐξολολύζω*, valde ululo. *Ov. Met.* 1, 233. nactusque silentia ruris Exululat, frustra loqui conatur. *Val. Fl.* 8, 171. Sic genitrix, similique implet soror omnia questu Exululans. *Sil.* 12, 598. sparsaeque solutis Crinibus exululat matres. [*V. Drak. ad h. l.*]

**EXUNCTIO**, onis, f. ap. *Celsum* esse dicitur. *B. A.*

**EXUNCTUS**, a, um, part. ab *exungo*. *Pl. Trin.* 2, 4, 5. Quid factum est eo? (argento). Comesum, expotum, exunctum, elotum in balineis, h. e. unguentis emendis absumptum. *F.*

**EXUNDATIO**, onis, f. *κατακλύσις*, superfluentia. *Plin.* 19, 3, 13. Nisi exundatione fluminum invecito semine a Tiaris.

**EXUNDO**, as, avi, atum, n. 1. *ἐκπλημμυγίω, κατακλύζω*, extra unda, abunde effluo. *Colum.* 8, 17. Rivis, per quos exundat piscina, praefigantur aenei cancelli. *Plin.* 2, 103, 106. Fons tertia noctis hora in sextam exundat. *Sen. Agam.* 222. alto sanguine exundans solum. Et 903. Trunco cruor exundat. *Tac. Germ.* 45. Tura balsamaque in proximum mare labuntur, ac vi tempestatum in adversa litora exundant, h. e. fluunt, feruntur, exeunt in litus. *P. Tribuitur* et aliis rebus. *Sil.* 3, 314. In Libyam dirum fluxisse cruorem: Inde Medusaeis terram exundasse chelydri. *Id.* 14, 62. Flammaram exundat torrens. *Stat. Theb.* 12, 431. exundant diviso vertice flammae. *Sil.* 5, 456. Spiritus exundans perflavit campum, h. e. morientis anima exiens. *Sen. Oed.* 924. Mersus alte magnus exundat dolor. *Id. Med.* 492. Exundat furor. *Auct. Dial. de Or.* 30. Exundat et exuberat eloquentia. *Juven.* 10, 119. Exundans ingenii fons. *Sen. Ira* 1, 7. Temperare iram: eoque detracto, quod exundat, ad salutarem modum cogere. *P. Cum accus.* *Sil.* 2, 630. densum qua turbine nigro Exundat fumum piceus caligine vertex. *Al. leg. exundat fumans.*

**EXUNGO**, is, a. 3. idem ac *ungo*. *Pl. Rud.* 2, 7, 21. Eluas tu, an exungare, ciccum non interduim.

**EXUNGUIS**, e, adj. qui ungue caret. *Tertull. Pall.* 5. Muraena bestia edentula, et exunguis, et excornis.

**EXUNGÜLO**, as, a. 1. *ἐξονύζω*, unguis aufero. Affertur locus ex *Pl. Truc.* 2, 2, 57., sed ibi legendum est *sexungula*, quam vocem V. suo loco. *P. Exungulare*, neut. signif. pro unguis amittere, habet *Veg. Veter.* 2, 57. Si exungulaverit jumentum.

**EXÜO**, is, ui, utum, a. 3. *ἀποδύω, ἐκδύω*, indumenta, aut quidpiam aliud corpori adhaerens detraho, aut depono, spolio. Est ab allato *ἐκδύω*, quasi *ecdūo*, ut *Voss.* docet, et probat *Cellar.*: opponitur autem voci *induo*, quod ab *ἐνδύω*, subeo. Sunt, qui minus recte ab *ex*, et suo ducunt, et *exsuo* scribunt. [*Cfr. Ruddim. Inst.* 1. p. 225.] *Virg. A.* 5, 423. Et magnos membrorum artus, magna ossa, lacertosque Exuit. *Suet. Ner.* 32. Veste aliquem exuere. *Pl. Men.* 1, 3, 16. Exuere pal-

lam. *Hor. Ep.* 17, 15. membra pellibus. *Virg. A.* 1, 693. Amor exuit alas. *Et ib.* 5, 420. Trojanos exue caestus. *Mart.* 14, 109. Exuere digitos. *scil. anulis. Appul. Met.* 1, p. 110, 27. manticam humero. *Ov. Her.* 13, 147. alicui clypeum. *Id. Met.* 2, 419. pharetram humero. *Id. ib.* 7, 773. jamdudum vincula pugnat Exuere ipse sibi. *Cic. Verr.* 2, 5, 58. se ex laqueis. *Liv.* 35, 17. jugum. *Et ib.* 34, 13. extr. se jugo. *Ov. Met.* 9, 52. amplexus. *P. Passive, et Graeca constructione. Id. ib.* 7, 317. minuuntur corporis artus, Cornuaque exuitur, necnon cum cornibus annos. *P. Pro extrahere, educere. Stat. Theb.* 9, 287. Sed miseratur equum, magnoque e vulnere telum Exuit. *P. Pro detegere. Mart.* 9, 60. mensas et opertos exuit orbes. *P. Exuere vagina ensem. Stat. Theb.* 9, 76. Simile est illud *Ov. Med. fac.* 54. hordea Exue de palea, tegminibus suis. *P. Translate est spoliare, detrahere, privare, auferre. Caes. B. G.* 7, 14. Impedimentis exuere hostem. *Sall. Jug.* 93., *et Liv.* 34, 28. armis. *Sall. fr. ep. Mithrid.* classe. *Vell.* 1, 9. *et Liv.* 31, 42., *et 41, 12. castris. Sen. ep. 90. med.* Sapientia vanitatem exuit mentibus, *h. e. detrahit, expellit. Juven.* 13, 188. Paulatim vitia atque errores exuit omnes Prima docens rectum sapientia. *Tac. A.* 14, 31. Avitis bonis aliquid exuere. *Id. ib.* 13, 39. hostem sedibus. [*\*Flor.* 2, 7, 9. Exuere aliquid castris. *Adde id.* 3, 3, 4.] *P. Item deponere, abjicere. Cic. Ligat.* 14. Si clamare coepisses, Caesar cave ignoscas, cave te fratrum misereatur; nonne omnem humanitatem exuisses? *Juv.* 11, 188. Ante meum, quidquid dolet exue limen. *Virg. A.* 4, 319. Exue mentem. *Id. G.* 2, 51. Exuere silvestrem animum. *Mart.* 10, 30. curas. *Ov. Met.* 1, 622. Metum omnem. *Petr.* 122. in carm. moras omnes. *Ov. Met.* 14, 777. animam. *Id. Amor.* 3, 4, 43. Vultus severos. *Id. Fast.* 3, 281. Feritatem. *Liv.* 27, 8. mores antiquos. *Id.* 34, 7. f. servitutum. *Sil.* 7, 496. mente monita. *Tac. A.* 1, 75. Virtutes. *Et ib.* 6, 25. vitia et 8. amicitiam alicujus; *et 4, 72. pacem et 12, 14. fidem; et 6, 43. pacta; et 13, 44. promissa; et ib.* 13. obsequium in matrem; *et H.* 3, 5. jus fasque; *et Ann.* 14, 52. magistrum; *et H.* 5, 5. patriam; *et A.* 11, 19. Jussa. [*\*Exuere bovem, hominem, asinum pro: exuere formam bovis, hominis, asini. Ovidend. ad Appul. Met.* 3, 221. *Ruhnck. ad Ov. Her.* 14, 108.] *P. Illa quoque eleganter translata sunt Livii* 2, 23. Exuere se agro paterno: *scil. dividendo aeris alieni causa. Sen. ep.* 11. Exuere se omnibus vitiis. *Cic. Fin.* 5, 12. Fugere plane ipse se, et hominem ex homine exuens, naturam odisse videatur. *Stat. Sil.* 4, 3, 50. Exuere montes, *h. e. spoliare arboribus. P. [\*Confunduntur Exuere et exigere. Burm. ad Ov. Fast.* 3, 281.]

EXUPERO c. Deriv. V. EXSUPERO.  
EXUPERUS, a, um, adj. *Appul. de herb.* 65. *et 72. B. A.*

EXURDIO. V. EXSURDO.

EXURGEO, es, a. 2. exprimo, elicio: ductum a spongia, quae ut humorem reddat, urgetur et comprimitur. *Pl. Rud.* 4, 3, 69. Ego te itidem quasi penicillus novus exurgeri solet, exurgebo quidquid humoris tibi est. *Cato R. R.* 156. In linteum exurgeto succum. *Al. leg. exurgeto*, ab *exurgeo*. V. EXSUGO.

EXURGO. V. EXSURGO.

EXURO, is, ussi, ustum, a. 3. i. q. uro, aut valde uro, peruro. *Hirt. B. Afr.* 26. Villas exuri, agros vastari, pecus diripi. *Cic. Verr.* 2, 1, 27. Domi suae vivus exustus est. *Virg. A.* 1, 43. Exurere classem Argivum. *Curt.* 4, 7. Ferrido solo exurente vestigia. *Sic Tibull.* 2, 3, 9. Nec quereret, quod sol graciles exureret artus; *et Plin.* 30, 4. Si ferventia os intus exusserint. *Id.* 17, 9. f. Haec omnia segetem exurunt. *Phaedr.* 1, 6, 7. Sol omnes unus exurit lacus. *P. Translate Tibull.* 4, 2, 5. Illius ex oculis, cum vult exurere divos, Accendit geminas lampadas acer Amor, *h. e. amore accendere. Petr. Sat.* 121. in carm. Nec enim minor ira rebellat Pectore in hoc, leviori exurit flamma medullas, *h. e. stimulat, ad furorem incitat. Sen. Agam.* 665. Magis exurunt, quos secretae lacerant curae, *h. e. pungunt, angunt. Lucr.* 3, 931. *et Curt.* 4, 16. Sitis exurit fatigatos. *Id.* 1, 10. extr. Vim veneni talem esse constat, ut ferrum quoque exurat. *Sil.* 8, 273. Quos plurima passos Tertius exurit lacrimosis casibus annus. [*\*Ann. Marc.* 21, 1, 22. Pyrrhus Italiam bellis saevissimis exurens, ubi Erfurd. similia attulit p. 320.] *P. Pro delere, tollere. Cic. N. D.* 3, 3. Mihi quidem ex animo exuri non potest, esse Deos. *Al. aliter leg. ex conjectura.*

EXUSCITO. V. EXSUSCITO.

EXUSTIO, onis, f. *zavōis*, ustio. *Cic. Somn. Scip.* 7. Propter eluviones, exustionesque terrarum. *Plin.* 17, 24. Exustio solis.

EXUSTUS, a, um, adj. ut Exustus ager ap. *Virg. G.* 1, 107. Sole exustus caseus, ap. *Colum.* 7, 8. Exusta palus. *Virg. G.* 3, 432. Loca exusta solis ardoribus. *Sall. Jug.* 22. *et Sil.* 5, 606. Clausus ubi exusto liquor indignatur aeno, *h. e.*

ferventi. *P. Allegorice. Cic. Brut.* 4. Sic omnis fetus repressus, exustusque flos veteris ubertatis exaruit. [*\*Confunduntur a librariis exustus et exutus. V. Munck. ad Hyg. fab.* 102. p. 191.] *P. \*Exusta, ae, insula in sinu Arabico. Plin.* 6, 29. Praeter Exustam. *Sic ed. Hard. Edd. vett. exusta. Ap. Auct. Periplus maris Erythr. est zaxaxaxavutēv. B. A.*

EXUTUS, a, um, *zavōvōvōis*, spoliatus, detractus. *Mart.* 10, 4. Exutus puer pennis labentibus, *h. e. Icarus. Virg. A.* 2, 153. Sustulit exutas vinculis ad sidera palmas. *P. Translate Plin.* 35, 11. Herculem exuta mortalitate, in coelum euntem. *Tac. A.* 3, 17. Exuta dignitas. *Cic. Tusc.* 5, 25. Mens exuta vitiis. *Al. aliter leg. Tac. A.* 16, 33. Omnibus fortunis exutus. *Flor.* 3, 1. Hostis exutus urbibus. *Curt.* 4, 15. Impedimentis. *Virg. A.* 11, 395. Armis. *Liv.* 41, 3. extr. Castris. *Suet. Gramm.* 11. patrimonio. *Sall. fr. or. Lepidi.* Imperio, gloria. *P. Absolute Tac. A.* 1, 2. Exutus Lepidus, *h. e. spoliatus auctoritate et potentia. P. Cum accus. more Graecorum. Virg. A.* 4, 518. Unum exuta pedem vinculis. *Stat. Th.* 9, 163. Exutus canos lacero diademate crines; *et ib.* 11, 460. Vitis exuta comam. *P. Translate Mart.* 5, 7. Exuta est veterem nova Roma senectam. *Sil.* 6, 100. Exutus senium; *et 5, 15. Castumque exuta pudorem, h. e. quae abjecit. P. Insignis est hypallage in illo Ov. Her.* 9, 111. Hirsuti costas exuta leonis Aspera teterunt vellera molle latus, *h. e. Vellera detracta costis leonis. Usitata hypallage erat: Costae exutae vellera. P. [\*Confunduntur Exutus et excitus. Drak. ad Liv.* 9, 31, 12.]

EXUVIAE, arum, f. *zavōvava*, vestes, aliudve quippiam corpori adhaerens, quo quis se exuit: ab exuendo, ut *Fest.* docet. Singularem numero omnino caret. *Virg. Ecl.* 8, 91. Has olim exuvias mihi perfidus ille reliquit; *et A.* 4, 496. Pyram Erige, et arma viri, thalamo quae fixa reliquit Impius, exuviasque omnes . . . super imponas. *Fest.* in Tensa. Exuviae deorum, *h. e. ornamenta, insignia deorum. Sic Suet. Aug.* 94. Cum fulmine et sceptro, exuviisque Jovis. *P. Exuviae capitis ap. Sen. Hippol.* 1181. *et Catull.* 65, 62. Sunt capilli. *P. Quod ait Pl. Men.* 1, 3, 9. Induviae tuae, atque uxoris exuviae: intelligit vestem surreptam a Menaecho uxori, et amicae delatum; *et v. 13. exuvias facere est se spoliare ad amicam vestiendam. P. Dicuntur et de pelle detracta animalibus. Virg. A.* 2, 473. De angui pellem exuente. Cum positus novus exuviis, nitidusque juvena etc. *Et 9, 307. Pellem horrentisque leonis exuvias; et 11, 577. Tigridis exuviae. Val. Fl.* 6, 19. *et 8, 65. Exuviae sacrae pecudis, h. e. vellus aureum. Id. ib.* 358. Bovis exuvias multo frangere olivo. *Festive Pl. Mostell.* 4, 1, 26. Lora ex corio bubulo, quibus caeduntur servi, exuvias bubulas vocat. *P. Item saepe de iis, quae victo detrahuntur hosti, ut arma vestes, ceteraque spolia omnia, zavōvava, vava. Cic. Manil.* 18. extr. Rostra ornata exuviis nauticis et classium spoliis. *Virg. A.* 10, 423. Haec arma, exuviasque viri tuae quercus habebit; *et 2, 275. Hector, qui redit exuvias indutus Achilles. Tibull.* 1, 1, 54. Ut domus hostiles praeferat exuvias. *Juv.* 10, 133. Bellorum exuviae. *Adde Liv.* 30, 38. *P. Exuvium, ii, n. singulare, quod ponitur a quibusdam Lexicographis, caret adhuc idoneo Latino auctore.*

## F

F littera a *Prisc.* 1, 542. *et 560. et 569.* inter mutas numeratur, quod vim mutae habeat, tametsi, quia in proferendo a vocali incipit, prolationem habeat semivocalis: a *Diomed.* 2, 417. *et 419.* et aliis inter semivocales. Pronuntianda est non tam fixis labris, ut *ph*, ut *Prisc.* docet *ib.* 543. hoc enim inter illas differt, quod nostra *f* minore spiritu exprimitur, quam Graeca *ph*. Habet autem vim *v* consonantis vocalibus praeposita, sed aliquanto plenior: qua de re *Quint.* 12, 10. Illa, quae sexta est nostrarum, paene non humana voce, vel omnino non voce potius, inter disrimen dentium efflata est: quae etiam cum vocalem proximam accipit, quassa quodammodo, utique quoties aliquam consonantiam frangit, multo fit horridior. *\*V. Majum ad Cic. de R. Publ.* 1, 2. p. 7. *ed. Lond. B. A.* *P. Figuram habet Graeci digammatis: et aliquando pro illo adhibita fuit, ut in Digamma dictum est. Appingit quoque mos erat loco aspirationis, fordeum, trafo, cefo, pro hordeum, traho, veho. Prisc. ib.* 560. *et Fest. in Fedus.* His adde *foctia, foctis, folus, Formiae, fircus:* quae v. suis locis. [*\*Cf. Spalding. ad Quint.* 1, 4, 14.] *P. Aliquando et pro b usurpata est ut in siflare pro sibilare, teste Non. 12, 49. V. si lubet Lips. de recta rat. pronunc. lat. ling. c. 12. P. Praeponitur duabus liquidis e, et r, ut fleo, frigus. P. In notis Rom. saepe filium signifi. In illo tamen Cic. Or. 48. Festivitate et facetiis C. Julius L. F. et superioribus etc. illud F. fratrem significare quidam putant.*

Nam C. et L. Julios Caesares fratres fuisse, tum ex *Ascon. in or. pro Scaur.*, tum ex ipso *Cic. Or.* 3, 3. [*\*V. Ellendt. proleg. ad Brut.* §. 45.] *P. In inscriptionibus praesertim sepulchralibus valet facere: ut V. F. vivens fecit. F. J. fieri jussit: F. C. faciendum curavit etc. [\*Valeat Faber in inscr. ap. Orell. 3953. Praefec. F. i. e. (explic. Orell.) Praefecto fabrorum; aliaib. 4089. Coll. F. i. e. collegio fabrum. — Item fastus dies. V. Orell. in corp. inscr. 2. p. 382. *et 407. — Fidelis* 464. 4985. — *Filius* 4275. (Fili). — *Florum.* 226. *Felicitas* 3127. *Ita Orell. al. Faventia. — Foederata* 370. *ubi V. — Fiscus.* 3335. etc. Inversum F. (F) denotat filius et filia. *V. ap. Eund.* 2699.] *P. \*In MSS. saepe reperitur pro ph. Sic philosophus, fiala, Formio etc. scriptum pro philosophus, phiata, Phormio etc. V. D. A. G. Cramer. ad Vet. Schol. in Juv. 5, 38. *et Maj. ad Cic. R. Publ.* 1, 2. B. A. [*\*Adde Triumphis pro triumphis in inscr. ap. Orell.* 38. *Filippo ib.* 5075.]**

## FA

FABĀ, ae, f. *zavōos*, genus leguminis. [*\*Vicia Faba. L.*] Qui accurate de plantis scripsere, putant fabam Veterum, Gr. *zavōov*, non esse eam quam nos dicimus *Bohne*, sed aliud legumen fructu rotundo et multo minore, quam nostra est. Hanc autem nostram phaselum fuisse dictam. Viderint alii! [*\*De genere leguminis, cui fabae nomen a vett. additum, fortasse nostr. Pferdebohne vel Saubohne, v. Schneid. ad Colum.* 2, 10, 6. *et in Ind. Script. R. R. Cf. Voss. ad Virg. G.* 1, 215. p. 111. *Laudat haec Heindf. ad Hor. Sat.* 2, 6, 63.] *Plin.* 18, 12. Inter legumina maximus honos fabae, quippe ex qua tentatus sit etiam panis. *Id.* 19, 3. *et 27, 5. Faba fracta, aut fresa. Cic. Div.* 1, 30. Ex quo etiam Pythagoreis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quod habet inflationem magnam is cibis, tranquillitati mentis, quaerenti vera, contrariam. *Plin. l. c. Faba hebetare sensus existimata, insomnia quoque facere: ob haec Pythagorica sententia damnata: ut alii tradidere, quoniam mortuorum animae sint in ea. [\*Cf. Schol. Cruq. ad Hor. Sat.* 2, 6, 63.] *Gell.* 4, 11. Aristoxenus nullo saepius legumento Pythagoram dicit usum, quam fabis, quoniam is cibis et subduceret sensum alvum, et levigaret. *Fest. et Plin. l. c. et Fab. Pictor ap. Gell.* 10, 15. Fabam neque tangere Diali mos est neque nominare: quod ea putatur ad mortuos pertinere. Nam et lemuralibus jacitur larvis et parentalibus adhibetur sacrificiis, et in flore ejus luctus litterae apparere videntur. *Ov. Fast.* 5, 436. Nigras accipit ante fabas, Aver-susque jacit: sed dum jacit, haec ego mitto, His, inquit, redimo meque meosque fabis. *Varr. ap. Non.* 2, 513. Quibus temporibus in sacris fabam jactant noctu et dicunt, se lemures domo extra januam ejicere. *P. Pl. Aul.* 5, 9. Quid reperisti? *Stro.* non quod pueri clamitant in faba se reperisse, *h. e. non rem nihili, puta hilum, aut curculionem aliumve similem vermiculum, sed rem pretiosam. P. Istae in me cadunt faba; h. e. hoc malum in me recidet: prov. ap. Terent. Eun.* 2, 3, 89. vel inde ductum quod quidam olim male coctam fabam supra caput coqui saxo comminuerit: vel quia cum faba cuditur, solum laborat, in quo cuditur. *Donat.* Alii ducunt ex eo, quod antiqui fabam peccantibus in manum eudebant: unde usus inoleverit, fabam pro culpa, aut poena dici. Alii scuticam servilem significari ajunt, cujus extremum nodos haberet in modum fabae. Sed postremum hoc non placet. [*\*V. et Erasm. in adagijs p. 186.] P. Tam perit, quam extrema faba, h. e. omnino, certo perit, quod faba, quae est in extremo agro plerumque aut proteritur, aut decerpitur a praeterentibus. Fest. in Tam. P. In veteri Calendario ap. Grut. p. 139. legitur in mense Decembr. Vincas Herc. faba serentes, materias dejicientes: ut sint faba, orum, neutr. gen. Sed illud incertae admodum auctoritatis est. P. Transfertur et ad alius generis grana. Plin. 18, 10. Fertillissima tritici genera, ramosum aut quod centigranum vocant. Inventus est jam et scapus unus centum fabis onustus, *h. e. spicis. Id.* 19, 12. In fabis caprii fimi singulis cavatis si porri, eruae, lactucae, nasturtii semina inclusa serantur mire provenire, *h. e. globulis fimi fabae magnitudine.**

FABACEUS, et Fabacius, a, um, fabalis, *zavōvōis*. *Pallad. in Novembr.* 1. Ager qui calamos fabaceae messis eduxit. *Maer. Sat.* 1, 12. med. Carnae deae pulve fabacia et larido sacrificatur. *P. Absolute Plin.* 18, 12. Quin et prisco ritu fabacia suae religionis diis in sacro est, *h. e. fabacia puls. P. Fabaciae virides ap. Apic.* sunt caules et siliquae virides fabarum.

FABAGINUS, a, um, fabalis, fabaceus. *Cato R. R.* 54. Paleas triticeas, acus fabaginum, viciam dato.

FABALIS, e, *zavōvōis*, ad fabam pertinens, fabaceus. *Ov. Fast.* 4, 725. Stipulasque fabales. [*\*Nota h. l. cinerem fabalium etc. in suffimentis aut februis fuisse. In Plin. loco mox cit. ad me-*